

1674 1677



UAN

SIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

1727


BX1757
.T54
1727
c.1

UTÓNOMA D
ENERAL DE B



1080044920

6 # 740477



093
UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN


DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CAPILLA ALFONSO DE BORBÓN, BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

MICROFILMADO Roll-8

Bx1757

TS4
1727



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SECRETARÍA DE EDUCACIÓN PÚBLICA

SCOTUS MORALIS

PRO CONFESSARIIS

Humili manu expositus,

In quo ea, quæ Subtilis Doct̃or in quatuor Sententiarum, & Quolibeta sparsim docuit, Interrogatorij forma inspicuntur.

OPUS OMMIBUS

Qui salutem animarum consulunt perutile.

Auctore Adm. R. P.

F. BONAVENTURA THEULO

de Velitris Socio, & Assistente

Generali Ord. Min. Conu.



Superiorum permissu.

VENETIIS, M. DC. LXI.

Apud Paulum Balconium.

Juxta eius exemplar:

EXICI, M. DCC. XXVII.

à Josephum Bernardum de Hogal- Typo-

graphum maiorem Ciuitatis. 46339



1838



R^{mo} P. N. Comissario General.
De la Libreria de la S^{ma} Cruz de Queretaro

EL Grande Pequeño libro *Scotus* *Moralis pro Confessarijs humili manu expositus*, puso en las mias vn Angel, que Angeles son, segun las letras Diuinas, los Sacerdotes. Y diziendome personas doctas à quienes le mostré, ser libro de oro, por no hallarse menos peso en sus ojas, con lo aquilatado de sus sentencias; me pareció acertado el empeño de que gozasse esta segunda Venecia de Mexico, lo que hallé impresso en la de mas crystalinas aguas, no de mas aventajado comercio. En ella corren, en rios caudalosos, las de Sabiduria, y Eloquencia: y no cabe le falten las Morales muy delgadas

das

das del Subtilísimo Doctor Mariano Escoto, cuyo Nombre en todas materias es digno de oírse, porque en todas merece celebrarse.

La Mano, que le expuso, se elevó por humilde (no podía menos, que quien se humilla se ensalza) à ponerlo en las de vn R^{mo}. P. Ministro General de los Doctísimos PP. Conventuales: y las mias (valiendose de las plumas de sus alas, que sin ellas, difícil me fuera volar tan alto) à ofrecerle à V. R^{ma}. que se halla ocupando el grande puesto de Comissario General en estas Religiosísimas Prouincias de Nueva-España, todas Obseruantes, porque lo son en todo.

Reimprimo la Carta dedicatoria tambien, para que se advierta el Nombre solo mudo; por predicarse de V. R^{ma}. quanto se dice en ella. Y no porque digo *Fernando* por *Miguel*, dexo la obra indefensa: que la espada, y escudo, que resplandecie-

ron

ron en el Principe de los Angeles S. Miguel, para el arrojado de las rebeldes Intelligencias: no faltó en el Rey de las Españas S. Fernando, para la expulsion de los mas que atreuidos Agarenos.

En vn mal romance, y no en latin eloquente, vá esta mi Dedicatoria: y vá así, porque en esta lengua hé hablado siempre, por propria, y no en la latina; porque, aunque en casa no falta, es de peregrina, y para entenderla, hé menester interprete. Ninguna lengua ignoró Christo, y nos dize el Euangelio habló en la hebrea como propria, quando con su Padre en la Cruz; teniendo en el titulo de Rey la griega, y la latina, de cabeza. Y quando sobre la mia se hallára el Espíritu Santo, con todas, solo en la propria hablára; porque para que V. R^{ma}. en todas me entendiera, bastára.

Por vltimo, R^{mo}. P. N. digo: que el dedicar à V. R^{ma}. este Grande Pequeño libro,

libro, mas mira à satisfaccion, que dize afecto; no siendo poco el que me asiste. Tengo hechas de espacio mis cuentas: y me hallo alcanzado en ellas por V. R^{ma}. Es mucho lo que debo: y tanto, que quando para la satisfaccion vendiera, y no quemára, todos mis libros, sin darla, me quedára en el aprieto de vna prensa. No pretendo dar à entender, que por importar mas el Escoto moral, que todos los libros que abarca vna libreria bien surtida, y mas: con el solo puedo corresponder. Lo que si quiero decir, es: que por no poder dexar de ser este mi libro, para V. R^{ma}. de grande aprecio; en él solo libro todo el desempeño de mi crecida deuda. De esta Casa de V. R^{ma}. y Octubre 24. de 1727 años.

R^{mo}. P. N. Comissario General.

B. L. M. de V. R^{ma}. su seguro serv^{or}

Joseph Bernardo de Hogal.

RE-



REVERENDISS. PATRI

F. MICHAËLI ANGELO

CATALANO

A Sancto Mauro Art. & Sac. Theolog. Doctori,
Vniuersi Ordin. Min. Sancti Fran-
cisci Conu.

MINISTRO GENERALI

VIGILANTISSIMO

PATRONO COLENDISSIMO.



Nimaduerti, Reuerendiss. Pater, tot seculis Scotum Theologorum Vniuersitates illustrasse per orbem, ingenia excelsisse viroꝝ, Sacras explanasse sententias, humanas scientias declarasse, Scripturæ diuinæ arcana penetrasse, Sanctorum Patrum percepisse sensus, asserta exposuisse Philosophorum, profundissimas soluisse difficultates; ita vt illud ortum sit Adagium cunctis notissimum. *Qui scit Scotum, scit totum;* Qui tamen vel ob subtilitatis Encomium, vel ob Doctrinæ sublimi-

TA-

tatem, vel ob mentis humanæ tenuitatem, nunquam, vel raro, Scotus Moralium, Canonumque refertus notitia; à Confessarijs (etiam Scotistarum instituti) Moralis inter Canonistas conspicuus, innominatus penè reperitur. Hinc *Moralis Scotus* titulo fulgentem conficere libellum incubui. Sub tuo morali, ac prudentissimo regimine edere, & clarissimo tuo dicere Nomini decreui. Tibi Reuer. Pater profecto debetur Moralis, speculatiuis ornamentis exutus; quoniam speculatiuis vndique doctrinis ipse decorus (vt Minorum Gymnasia proclamant) Moralibus nunc renitens virtutibus, Seraphicam Minor. Religionem vniuersam gubernas, & regis. Tibi, inquam, debetur Codiculus, natura ipsa docente; Fontes enim, & omnes exigui in mare circumfluunt, & flamma permodica in vicinum, magnumque insilit ignem, vt maximo se commisceat. Quamobrem ad tuæ Sapientiae mare vastissimum Reuer. Pater, minimus hic rivulus, rudi meo sciatens ingenio, decurrit; & paruulus hic igniculus maximo tuæ eloquentiæ, prudentiæ, doctrinæ, cunctarumque virtutum igni, quo filios sub cinere tuos, & foues, & erigis, adherere contendit, aut tuo caelesti nomine saltem foueatur. Tibi denum debetur opusculum, qualecumque sit, meis vigilijs elaboratum, quia tuæ me totum magnificentissimæ debeo protectioni. Etenim supra eiususdam sententiam, maxima in senescentem beneficia contulisti. Periuicundum profecto mihi erit, si minusculum hoc recognoueris tuum, quemadmodum iucundissima est, Philosopho teste, beneficiorum re-

cor-

cordatio, quorum memoriam nunquam in me senescere curabo. *Scotus* hic *Moralis* inermis, est sine argumentorum iaculis, sine probationum clypeis. Solum veritate, & oratione contextus in ingeniorum Palestram descendit; haud quaquam pauebit, dum *Michael* defendet, dum *leo* custodiet. Hoc humilissimus ego filius exopto, & me tuæ paternæ benignitati totum committens reuerentissimè manus deofcolor.

Dat. Assisij in Sac. Conu. Die 24. Aug. 1651.

P. V. Reuerendissima

Humilissimus, & Deuotiss. Filius.

F. Bonau. Theulus Veliternus.



A D



AD

LECTOREM.



NE mireris (candidissime Lector) si Scotus ille subtilis, non speculatiuis decorus artibus, non doctrinarum profunditate conspicuus, sed *moralis*, sed Canonista in orbis Theatrum descendit; vt enim omnes, qui Animarum consulunt saluti, illum intueri possint, hoc ipse curauit. Etenim Vniuersitatū Scholæ, & Scholasticorum Classes vel abbreviatum, vel dilucidatum, vel compendiosè redactum, vel ad summam diffusum, speculatiuum vndiquè mirantur. Et in sacris suggestis, vel parum ab Ecclesiasticis solidissima eius dicta referuntur; Sed in Cathedris, ac subsellij supremi, spiritualisque Iudicij (si dicere fas esset) ignoratur Scotus. Quod ego haud æquo animo ferens, non breui tempore laboravi ann. 1630. dum per Langas ob pestis fauittiam vagabar, gemebundus incepti, & subtilitatum, profunditatumque pelago logicas argumentationes, naturales disputationes, metaphysicas quidditates, ac Theologicas subi-

limitates relinquens, hæc moralia haurire præsumpsi, vt sic vel minimum indigenti iuuamen porrigerem, discenti præberem Arduum sanè est è subtilissimo Doctore subtilitates excoerpere. Difficile inquam est è speculatiuis moralia tecernere; artamen, quod vires (Deo dante) suppeditauere, hilari animo sum exequurus. Ad hæc, quæ Erotemata vides, solida sunt data responsa, quamuis exiguis firmata rationibus. Vt difficultatibus studiorum non defatigetur ingenia, quæstiones omisi, quisquis enim acutiori mentis præditus acie querendo attingere valebit altiora. Potuissimè Doctorem insignumque viro- rum, qui post Scoti tempora floruerè, sequelam adscriberem, vt modernorum asserta non pauca è Scotico fonte absumpta viderentur; Sed tu (candidissime Lector) istius opusculi lectu perspicies. Non nulla vitra promissum, vel cogitatum inuenies. Sed quoniam à subtilitatum fodina hæc extraxi moralia, quandoquè speculatiuis admixta videntur, Plura desiderabis, quia multa desunt, tu candidissimo animo, amici loco, Scoticam viam sequens, calamo puro, quod meū est tantum, vel dele, vel corrige, vel adde.

TOMAS DE NUÑEZ LEÓN
 DE BIBLIOTECAS

APPRO-

APPROBATIO.

Adm. R. P. Mag. Matthai Veglenfis in Publica
Vniuerſitate Patavina Theologi.

Librum, cui titulus, *Scotus Moralis*, compoſi-
tum ab Adm. R. P. Mag. Bonauentura Veli-
terno Ordinis Min. Conu. ſocio; iuſſu Reuo-
rendiff. Patris Mag. Michaelis Angeli de Santo
Mauro Miniſtri Generalis euſdem Ordinis legi, at-
que reperi in eo immaculatam Scoti doctrinam, &
in fide Catholica, & in Chriſtianis moribus repositam
ſumma cū fidelitate, ſumma claritate, ſumma breui-
tate, in quibus peragendis, & eximium Auctoris in-
genium, & erga Scotum propenſio, & Charitas in
iuuandis Theologiæ moraliſ ſtudioſis; atque Chriſti
fidelibus omnibus mirificè ſplendent. Speroquè fo-
re, vt ſubtilis Doctōris ſcientia ex hoc opere, & fiat
glorioſior, & vtiliorem Eccleſiæ Dei frogem pro-
ducatur.

Ita ſentio. Patavij die 20. Auguſti 1651.

Fr. Mattheus Veglenſis Theologus Pub.

Frater	Bonauentura	Theulus
62	118	96

Veliternus	Minorita	Conuentalis
130	89	138

Socius,	&	Aſſiſtens	Ordinis,
78	23	113	80

Terraquè	Sanctæ	Prouincialis
100	57	132

Minister,	Nunc	Duns	Scoti
97	46	52	60

Moralia planè dilucidat.
61 42 77

UNIVERSIDAD NOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Volumen, cuius inscriptio est *Scotus Moralit pro
Confessarjjs* ab Adm. R. Patre Magistro Bonaventura Theolo Veliterno Socio, & Assistente Generali Ordinis Min. Conu. Elucubratum, iussu Reuerendis. Patris Magistri Antonij Vercelli à Lendinaria Patavij Inquisitoris Generalis accuratissimè legi; Illud vero non modo Christianæ fidei, morumque integritati consonum, sed frequentissimis multiplicis eruditionis luminibus referentur, plurima ad morum doctrinam necessaria perspicuè declarans, atque conscientiæ nodos, congenitos styli hæctenus illibati candore dissoluens inueni. Quapropter ad Reipublicæ Christianæ ornamentum in lucem edi posse censeo. Datum Patavij die 3. Iulij 1651.

F. Fr. Angelus Capranica ab Amatrice in Collegio S. Antonij Patavini Min. Conu. Regens.

Imprimatur Padua.
F. Ans. à Lend. Inquisitor Gen. Padua.

SERIES TITULORUM.

- D**e Sacramentis in Genere. Tit. I.
De Baptismo. Tit. II.
De Confirmatione. Tit. III.
De Eucharistia. Tit. IV.
De Sacerdote Sacrificante. Tit. V.
De Missæ Valore. Tit. VI.
De Pœnitentia. Tit. VII.
De Attritione, & Contritione. Tit. VIII.
De Confessione. Tit. IX.
De Satisfactione. Tit. X.
De Restitutione. Tit. XI.
De Peccatore Recidivante. Tit. XII.
De Clauibus. Tit. XIII.
De Extrema Vnctione. Tit. XIV.
De Ordine. Tit. XV.
De Censuris. Tit. XVI.
De Matrimonio. Tit. XVII.
De Mendacio. Tit. XVIII.
De Simulatione. Tit. XIX.
De Voto. Tit. XX.
De Iuramento. Tit. XXI.
De Legibus. Tit. XXII.
De Præceptis. Tit. XXIII.
De Peccato Originali. Tit. XXIV.
De Peccato Veniali. Tit. XXV.
De Peccato mortali. Tit. XXVI.
De Virtutibus Theologicis. Tit. XXVII.
De Virtutibus Moralibus. Tit. XXVIII.
De Actibus Humanis. Tit. XXIX.
Oratione Sactorum. Tit. XXX.

Quanta fuerit Doctoris subtilis in Canone peritia, inspice lector ex locis superius adnotatis. Ipse ego quaecumque vidi accuratèque comparavi, plura profectò, non tanti culpa Doctoris, sed vel Impressorum, vel Correctorum iniuria maculata videbantur errore. At nunc, vel emendata, vel restituta, & citatione Libri, Tituli, Canonis, vel Capituli, eorum numeri, ac vnus, vel alterius verbi additione, ad studiosorum commoditatem illustrata. Quæso, amantissimè Lector, pro multis excusa, quia in multis defeci. Aureo calamo Amici pro amicis laborantis sudoribus cum attramento ornamentum instilla, immisce, Et Scotum in Canone insignem pronuncia, proclama.



SCO

SCOTUS
MORALIS

Pro Confessarijs.

AUCTORE

FR. BONAVENTURA

THEULO VELITERNO.

DE SACRAMENTIS
IN GENERE.

TIT. I.



¶ **I**n Vtrum possibile fuerit Deum
 creare aliquem effectum inuisi-
 bilem pertinentem ad salutem
 hominis victoris? Respondetur
 affirmatiuè; hoc enim non re-
 pugnat potentie Diuinæ, quæ
 Theologo nota est. *Scotus* 4.

sent. dist. 1. q. 2. l. D.

A

2. Int.

Quanta fuerit Doctoris subtilis in Canone peritia, inspice lector ex locis superius adnotatis. Ipse ego quaecumque vidi accuratèque comparavi, plura profectò, non tanti culpa Doctoris, sed vel Impressorum, vel Correctorum iniuria maculata videbantur errore. At nunc, vel emendata, vel restituta, & citatione Libri, Tituli, Canonis, vel Capituli, eorum numeri, ac vnus, vel alterius verbi additione, ad studiosorum commoditatem illustrata. Quæso, amantissimè Lector, pro multis excusa, quia in multis defeci. Aureo calamo Amici pro amicis laborantis sudoribus cum attramento ornamentum instilla, immisce, Et Scotum in Canone insignem pronuncia, proclama.



SCO

SCOTUS
MORALIS

Pro Confessarijs.

AUCTORE

FR. BONAVENTURA

THEULO VELITERNO.

DE SACRAMENTIS
IN GENERE.

TIT. I.



¶ **I**n Vtrum possibile fuerit Deum
 creare aliquem effectum inuisibilem pertinentem ad salutem
 hominis victoris? Respondetur
 affirmatiuè; hoc enim non repugnat potentie Diuinæ, quæ
 Theologo nota est. *Scotus 4.*

sent. dist. 1. q. 2. l. D.

A

2. Int.

2 Int. Vtrum sit possibile Deum imponere, & statuere aliquod signum ad signandum effectum invisibilem? Resp. affirmative; nam etiam nos possumus aliquod signum imponere ad signandum nostros effectus, sicut patet de iuramentis, & promissionibus, sic pariter dicendum est de Deo, qui potest statuere tale signum, & determinare se ad cooperandum cum illo, si non adsit impedimentum, & tale est Sacramentum. *Scot. ibid. l. D.*

3 Int. Quid est Sacramentum? Resp. Sacramentum est signum sensibile, gratiam Dei, vel eius effectum gratuitum ex institutione Divina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris. *Scot. ibid. l. F. M.*

4 Int. Quotuplex est signum. Resp. triplex est signum, scilicet, rememorativum, pronosticum, & demonstrativum; Rememorativum respectu preteriti, pronosticum respectu futuri, & demonstrativum respectu presentis. *Scot. ibid. l. D.*

5 Int. Quomodo accipitur signum in definitione Sacramenti? Resp. potest accipi omnibus tribus modis, sed precipue demonstrative, & pronostice, respectu gratiæ, quæ subsequitur ad signum cum aliquo ordine durationis, & nature. *Scot. ibid. l. M.*

6 Int. Quomodo accipitur gratia in definitione Sacramenti? Resp. quod accipitur non pro gratia accidentali tantum, sed etiam pro effectu gratuito Dei, sicut est Corpus Christi. *Scot. 4. sent. dist. 8. q. 1. l. B.*

7. Int.

7 Int. Quare in definitione Sacramenti ponitur efficaciter significans? Resp. hoc ponitur ad ostendendam certitudinem effectus, & ad differentiam signi æquivoci, & signi sequentis naturaliter signatum. *Scot. 4. sent. dist. 1. q. 2. l. M. N.*

8 Int. Quodnam est signum efficax. Resp. illud est signum efficax, quo adhibito, sequitur signatum ordine nature, & non è conuerto. *Scot. ibid. l. D.*

9 Int. Quare ponitur in dicta definitione ex institutione? Resp. ponitur ad differentiam signi significantis naturaliter. *Scot. ibid. l. N.*

10 Int. Quomodo intelligitur efficaciter in dicta definitione? Resp. quod intelligitur certitudinaliter, non autem simpliciter, quia potest impediri; potest enim esse indispositio ex parte illius, cui adhibetur, quo casu, non efficaciter se habet respectu signati. *Scot. ibid. l. D.*

11 Int. Quomodo intelligitur definitio Sacramenti assignata à Magistro? Resp. quod illa definitio, videlicet, *Sacramentum est invisibilis gratia, visibilis forma, &c.* intelligitur eo modo, quo potest suppleri per primam accipitur enim forma pro signo sensibili, eo modo, quo imago Herculis, dicitur forma Herculis, & *ly visibilis* debet accipi pro sensibili in communi, pro quanto sensus visus est excellentior omni sensu, & plurium differentiarum cognoscitivus. Ponitur *gratia invisibilis* pro effectu Dei gratuito inferiori ordinato ad salutem hominis viatoris. *Scot. ibid. l. N.*

12 Int.

12. Int. Vtrum instituentium fuerit aliquod Sacramentum? Resp. affirmatiue, sed non potest probari necessario, neque a priori; quia Deus extra se nihil agit necessario; neque potest probari a posteriori, sicut a fine; quia absolute possibile est effectum inuisibilem haberi, sine tali signo sensibili. *Scot. 4. sent. dist. 3. q. 3. l. A.*

13. Int. Fuit ne aliqua congruentia talis institutionis? Resp. affirmatiue, & prima congruentia est ex parte effectus; Congruum enim fuit effectum inuisibilem causandum a Deo, qui ordinat hominem ad salutem, signari per aliquod signum sensibile, practicum, costum, & efficax, quasi vt in pluribus, vt homo ex tali signo effectum cognoscat, & in tali signo effectum ardentem quaerat. *Scot. ibid. l. A.*

14. Int. Datur ne alia congruentia? Resp. omissis alijs a Magistro narratis, datur alia congruentia ex parte communis; Congruum est enim omnibus vntoribus vnus sectae communicare, & conuenire in aliquibus signis exterioribus, per quae etiam ab alijs alienis sectae distinguantur. Nam ex talibus signis homo sent, quis est iuae sectae, & quis alienus. *Scot. 4. sent. dist. 1. q. 3. l. D.* Quod sectae vocabulum accipitur sicut accipit. *Apost. Act. 6. 24.*

15. Int. Quid faciunt communitati talia signa? Resp. non solum per talia signa sciunt homines se esse eiusdem sectae, sed etiam per haec se mutuouuant ad obseruationem eiusdem sectae: ac qui sciunt

sciunt esse dissimilis sectae, vitant tamquam impedientes, & sic talia signa sunt vntiua eorum, & distinctiua ab alijs. *Scot. ibid. l. B.*

16. Int. Quid est signum practicum? Resp. Illud est signum practicum, quod signat effectum signatum esse, vel fieri. *Scot. ibid. l. A.*

17. Int. Quis instituit immediate Sacramenta? Resp. Deus benedictus instituit, quia ipse potest dare certitudinem signo practico sui effectus, & se determinare ad cauendum effectum sibi proprium. *Scot. ibid. l. D. F.*

18. Int. Potest ne Creatura instituire Sacramenta? Resp. quod cum signum acceptum in definitione Sacramenti habeat duo, scilicet, quod sit signum practicum, & quod signet practice, & efficaciter; quantum, ad huiusmodi signum potuit a creatura institui Sacramentum, non autem quantum ad certitudinem effectus signati; solus enim Deus potest sic Sacramentum instituire. *Scot. ibid. l. D.*

19. Int. Quisnam instituit Sacramentum, quo ad signum practicum? Resp. Deus instituit Sacramentum hoc modo, siue congruit; non enim fuit congruum Deum committere inferiori se, vt institueret Sacramentum, in quantum certum signum, ne Deus esset approbator alienius signi falsi, vel equiuoci. *Scot. ibid. l. D.*

20. Int. Quare non congruit tali modo Sacramentum a Creatura institui? Resp. Quia talis fuisset omnino falsa, cum ex impositione numquam potuisset

let habere virtutem; hoc enim non est in potestate imponentis, nec illo utentis. *Scot. ibid. l. D.*

21 Int. Quid potest facere Creatura circa Sacramentum? Resp. potest Creatura Sacramentum, & quatenus signum certum promulgare, ut præco, quæ promulgatio præsupponit Sacramenti institutionem. *Scot. 4. sent. d. 1. q. 3. l. D.*

22 Int. Vtrum institutio, & certitudo Sacramenti sint idem? Resp. negativè, sed sunt duo actus distincti, primus est, quo instituit signum sensibile ad prædicte signandum effectum Dei; secundus, quo determinat se realiter ad cooperandum tali signo regulariter, quæ duo faciunt unam completam institutionem Sacramenti. *Scot. ibid. l. E; F.*

23 Int. Quid præfert illa particula *regulariter*? Resp. hanc vocem *regulariter*, hic importare semper, quando indispositio suscipientis non impedit. *Scot. ibid. l. F.*

24 Int. Fuit ne congruum in omni statu viæ post lapsam Sacramentum institui? Resp. affirmativè, quia pro quocumque statu, in quo est morbus, necessaria est medicina; sicut etiam in quolibet statu congruum fuit hominem manu duci ad invisibilia per aliquod sensibile: ut in omni statu viæ post lapsam fuit morbus, fuit igitur congruum medicinam institui, scilicet Sacramentum. *Scot. ibid. l. G.*

25 Int. Vtrum in statu Patriæ sit aliquod Sacramentum? Resp. negativè, non enim fuit congruum institui, quia in tali statu non indiget homo sensibi-

bilibus, ut cognoscat intelligibilia pertinentia ad suam salutem? quia iam eam perfectè consequutus est. *Scot. ibid. l. G.*

26 Int. Vtrum in statu innocentiae fuerit congruum aliquod Sacramentum institui, sicut post lapsum? Resp. quòd quamvis homo non potuerit in statu illo nisi ex sensibilibus cognoscere intelligibilia; tamen nullum sensibile fuit ei necessarium tamquam conferens ad salutem, remouendo aliquod salutis impedimentum, ut scilicet dici possit propriè medicina contra morbù peccati. *Scot. ib. l. G.*

27 Int. An Sacramenta fuerint diuersa in alia, & alia lege? Resp. quòd loquendo de Sacramentis propriè dictis, præcipuè de medicina contra morbù peccati originalis, debuit aliud, & aliud institui Sacramentum, in tali, & tali statu legis; saltem congruum fuit de eo Sacramento, quod instituebatur ut medicina contra morbù peccati originalis, quo fiebat principalis distinctio legis à lege: At loquendo de Sacramentis improprie sumptis nulla fuit necessitas huiusmodi diuersitatis; sed poterant esse eadem in utroque statu. *Scot. 4. sent. d. 1. q. 3. l. I, K, L.*

28 Int. Quænam sunt Sacramenta propriè, & quænam improprie dicta? Resp. Sacramenta propria sunt illa, quibus competit definitio Sacramenti ut supra, scilicet. *Est signum sensibile, &c.* Sacramenta impropria sunt genuflexiones, inclinationes, prostrationes ad terram, & huiusmodi, quæ pos-

possunt generaliter dici sacra signa, & hæc poterant esse eadem tam in lege Mosaica, quam in nostra lege Evangelica. *Scot. ibid. l. 1.*

29^a Int. Quomodo fuit diuersitas in Sacramentis proprie dictis? Resp. quod talis diuersitas erat in signatione, vel in signo, non autem in signato, & effectu, quia hic, & ibi fuerunt contra eundem morbum. *Scot. ibid. l. 1. H, I, K.*

30^a Int. Quare debuit esse huiusmodi diuersitas in signationem? Resp. quia semper creuit cognitio veritatis perfectior, vnde est quod semper lex de nouo instituta est perfectior, ad cuius perfectionis conseruationem perfectiora adiutoria requiruntur, & ideo congruum fuit, vt in posteriori lege institueretur manifestior signatio, & eo maxime, quia effectus signatus est perfectior. *Scot. ibid. l. 1. K.*

31^a Int. Vtrum Sacramentum quantumcumque perfectum habeat aliqua causalitatem physicam respectu gratiæ, quæ per Sacramenta confertur? Resp. quod Sacramenta non habent propriam causalitatem: siue actionem proprie dictam, sed solius sunt dispositiones immediate, & proxime, quibus positus causatur effectus signatus, nempe gratia, quæ creatur a Deo; quomodo dici possunt causæ actiue instrumentales, non principales, & sic Sancti intelliguntur, quando asserunt Sacramenta gratiam causare: Nam Sacramentum, vel Sacramenti susceptio est dispositio necessitans ad effectum signatum per Sacramentum, non quidem per

per aliquam formam intrinsecam, per quam necessario causaret terminum, vel aliquam dispositionem præuiam, sed tantum per assistentiam Dei, causantis illum effectum non necessario absolute, sed necessitate respiciente potentiam ordinatam; disposuit enim Deus vniuersaliter, & de hoc, Ecclesiam certificauit, quod suscipienti tale Sacramentum, ipse conferret effectum signatum. *Scot. 4. sent. dist. 1. q. 4. l. D. E.*

32^a Int. Quomodo hoc potest dici, si susceptio Sacramenti est aliquid circa corpus ipsius suscipientis, & gratia causatur in anima? Resp. sufficit ad hoc, quod dispositio, & forma sint in eodem supposito, & maxime quando dispositio non est dispositio ex parte rei, sed in ordine ad agens voluntarie causans terminum. *Scot. ibid. l. E.*

33^a Int. Datur ne aliqua virtus supernaturalis in Sacramentis? Resp. quod si virtus accipiatur pro efficacia signi respectu signati, vtique datur talis virtus; at si virtus dicat aliquam formam absolutam causandi, nequaquam datur talis virtus in Sacramentis. *Scot. 4. sent. dist. 1. q. 5. l. H. K.*

34^a Int. Quodnam Sacramentum veteris legis erat ad delendum peccatum originale? Resp. Circumcisio erat tempore legis data ad delendum peccatum originale licet fuerit data Abrahæ ante legem Mosaicam fere annos 400. *Scot. 4. sent. dist. 1. q. 6. l. A.*

35^a Int. Circumcisio conferebat ne gratiam suscipienti?

piens? Resp. quod cum Circumcisio fuerit proprie Sacramentum, verè conferebat gratiam ex virtute operis operati, non tantùm ex virtute operis operantis, scilicet ex motu interiori. Scot. *ibid.* l. K.

36 Int. Vtrum per Sacramenta improprie dicta conferebatur gratia? Resp. quod non causabant gratiam tamquam signa efficacia, respectu gratiæ; at loquendo per modum meriti, dum illa ex charitate obseruabantur, conferebatur gratia; esset enim nimis durum asserere, quod aliquis ex charitate, & obedientia sic seruans Dei præceptum, & non mereatur, & negatiue loquendo, esset hoc irrationabile, scilicet quod Deus præcepta dederit, nolens obseruantem illa mereri, quantumcumque ex charitate, & obedientia obseruaret. Scot. *ibid.* l. I.

37 Int. Circumcisio conferebat ne tantam gratiam, quantam gratiam confert Baptismus? Resp. Circumcisio, vel paruum gratiam conferebat respectu Baptismi, vel conferebat gratiam, sed non vt dispositionem immediatam ad gloriam, quia non aperiebat Paradisi lanuam, & hoc non ex defectu sui, sed quia erat tempore, quo pretium non erat solutum, quod patet de Patribus in Limbo; vel non conferebat gratiam vniuersaliter cuiquamque suscipienti, quia ex sui institutione determinabatur fortè ad certum gradum gratiæ, ita quod vltra illum gradum conferre non posset, nec intendendo, nec inducendo, & ita si tantum gradum inueni-

ueniret in suscipiente, nihil sibi conferret. Scot. 4. sent. dist. 1. q. 6. l. L.

38 Int. Quid contulit Abrahæ Circumcisio, si ipse iam fuit iustus? Resp. quod Circumcisio Abrahæ iustificato solum fuit signaculum, nihil enim ei interius contulit, quia gratia Abrahæ, iam attingerat, vel transcenderat illum gradum, ad quem determinata erat Circumcisio: & hoc loquendo per modum Sacramenti, siue virtute operis operati, quamuis contulerit per modum operis operantis, nempe ex eius obedientia, & charitate. Scot. *ibid.* l. M.

39 Int. Quomodo Circumcisio conferebat gratiam, si non est proprie Sacramentum, quia non certum signum? Resp. quod satis certum erat signum, signans gratiam, vel in fieri, si non erat obex, vel in esse, sicut dicendum esset de Baptismo. Quoniam B. Virgo Maria si fuisset in conceptione sui sanctissimi filij summa gratia, plenitudine, ad quam Deus disposuit peruenturam, si postea fuisset baptizata, nullam ibi gratiam tunc per Baptismum recepisset de nouo; nihilominus Baptismus non fuisset in signum falsum, vel incertum, quia gratiam significasset, vel tunc in fieri, vel prius datam tunc in esse, quod conditi natè dicitur, vt patet etiam. dist. 4. q. 6. l. B. Scot. *ibid.* l. M.

40 Int. Quare Circumcisio non aperiebat Paradisi lanuam? Resp. vt dictum est hoc fuisse non ex defectu sui, sed quia tunc fuit, quando pretium ad-

huc

huc non erat solum, nam post solum pretium potuit alicui, non baptizato, sed circumciso etiam in gratia ianuam aperire. *Scor. ibid. l. N.*

41 Int. Vtrum si aliquis baptizatus mortuus fuisset ante Passionem Christi ei Ianuam Paradisi aperta fuisset? Resp. negative eadem ratione, quia non erat adhuc solum pretium. *Scor. ibid. l. N.*

42 Int. Fuit ne aliquod Sacramentum in tempore legis naturæ? Resp. affirmative nam Deus nullo tempore dimisit cultores suos sine remedio ad salutem necessario, & efficaci ad delendum peccatum originale. *Scor. 4. sent. dist. 1. q. 7. l. A.*

43 Int. Quodnam fuit hoc Sacramentum pro tempore legis naturæ? Resp. quod in paruulis tale remedium erat fides Parentum, non sumpta pro habitu tantum, vel pro actu fidei interiori, sed pro aliquo actu exteriori sensibili protestante fidem, ut inuocando Deum, vel paruulum Deo offerendo; pro adultis vero erat fides cum Sacrificijs. *Scor. ibid. l. B. A.*

44 Int. Vbi habetur tale Sacramentum institutum pro tempore legis naturæ? Resp. quod potest dici Deum reuelasse tale Sacramentum alicui Patrium, cum quo tunc frequentius colloquebatur, & si scriptura sacra expresse cui, vel quando non dicat. *Scor. ibid. l. B.*

45 Int. Potest ne elici ex scriptura Sacra Deum sic reuelasse? Resp. potest deduci ex oblationibus, Abel, Cam, Ofes, Melchisedech, Abraham, & aliorum,

rum, quas Diuino præcepto, vel Cœlesti inspiratione fecisse dicendum est, aliter, præsumptuosi, vel fatui reputati fuissent: & has oblationes pluribus in locis sacre scripturæ habentur expresse. *Scor. ibid. l. B.*

46 Int. Quot sunt Sacramenta nouæ legis? Resp. sunt septem, Baptismus scilicet, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium, quorum quinque priora requiruntur tamquam adiutoria necessaria cuiusque personæ per se; & alia duo posteriora requiruntur ad bonum Communistis obseruantis Euangelicam legem. *Scor. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. B.*

47 Int. Vtrum ista Sacramenta sint omnia singulis necessaria eodem modo? Resp. negative, quia non omnes recipiunt ordines, non omnes contrahunt Matrimonium. Baptismus est necessarius omnibus, & singulis, & post Baptisum reciduantibus in peccatum mortale est necessaria pœnitentia; Alia vero Sacramenta non sunt fortè necessaria, & si sint, tunc satisfactio, ut Confirmatio Eucharistia. *Scor. 3. sent. dist. 40. q. 1. l. D.*

48 Int. Quot Sacramenta sunt septem, & non plura? Resp. quia sicut in vita naturali, sic in vita spirituali septem requiruntur; Ad illam enim requiruntur primo Generatio, secundo Nutritio, tertio Roboratio; quarto sanitatis perditæ reparatio; quinto finalis præparatio, quæ quinque sunt ad vitam naturalem propriæ personæ. Sed vitæ hæc requi-

requiruntur duo ad bonum Communitatis scilicet constitutio in gradu necessariò ad aliquem actum necessariam Communitatis, & multiplicatio proli; sic pariter in vita spiritali septem requiruntur, scilicet Baptismus pertinens ad generationem, Eucharistia pertinens ad nutritionem, Confirmatio ad roborationem, Pœnitentiã ad reparationem, Extrema Vnctio ad finalem preparationem, Matrimonium ad multiplicationem in esse naturæ, vel carnali, & Ordo ad multiplicationem in esse gratiæ, vel spiritali in gradu necessario. *Scot. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. B. C.*

49 Int. Quis instituit Sacramentum nouæ legis? Resp. Christus Dominus, vel ipse Deus, Optimus, Maximus Sacramenta instituit. *Scot. ibid. l. D.*

50 Int. Vbi habetur institutio Baptismi? Resp. apparet eius institutio ex eo quod Christus præcepit, Apostolos baptizare, vt habetur *Matth. cap. 28. Itē, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine, &c.* Imò Apostoli baptizabant, vt habetur *Ioan. c. 3. Scot. ibid. l. D.*

51 Int. Instructio Eucharistiæ vbi patet? Resp. quòd eius institutio in Coena patet. *Matth. cap. 26. Prædicatio autem eius diffusa habetur. Ioan. cap. 6. Scot. ibid. l. D.*

52 Int. Confirmationis institutio quo loci factæ scripturæ apparet? Resp. hoc Sacramentum apparet fuisse institutum per ea, quæ habentur *Ioan. cap. 20. quando Christus dixit: Accipit Spiritum*

san-

sanctum, &c. vel in die Pentecostes. *Act. cap. 2. Scot. ibid. l. D.*

53 Int. In quo loco habetur institutio Sacramenti Pœnitentiæ? Resp. quamuis aliqui dicant Pœnitentiã institutam fuisse à D. Iacobo Apostolo, vt habetur in sua canon. cap. 5. *Constituentini alterutrum:* tamen cum ipse non habuerit auctoritatem instituendi aliquod Sacramentum, dicendum est, tunc institutum fuisse, quando Christus Dominus dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Ioan. cap. 20. & quando dixit Petro: tibi dabo clauis Regni Calorum, quodcumque ligaueris, &c. Matth. c. 16. Scot. ibid. l. D.*

54 Int. Vbi in scriptura reperitur Sacramentum extremæ Vnctionis? Resp. quòd habetur in sinuatum *Matth. c. 6. vbi legitur Apostolos vnxisse multos infirmos qui sanabantur, quod quidem non fecissent, nisi in virtute Christi, qui instituerat illam vnctionem virtuosam. Scot. ibid. l. D.*

55 Int. Vbi habetur institutio Matrimonij? Resp. reperitur apud *Matth. cap. 19. vbi habetur. Non legistis (inquit Christus) quia masculinum, & femininum fecit eos (supple Deus) & quod Deus coniunxit, homo non separet, vbi Christus approbat, & ratificat, quod Deus in statu innocentiae per os Adæ publicauit. Scot. ibid. l. D.*

56 Int. Si Christus ratificauit, & approbauit Matrimonium, quomodo instituit? Resp. quòd instituit tunc gratisè quantum ad aliquod concomi-

tans

tans illum contractum conjugalem coniungentem?
Scot. 4. sent. dist. 26. q. vn. l. K.

57. Int. Quo loci sacre scripturæ habetur institutio Sacramenti Ordinis? Resp. habetur apud *Matth. c. 26. hic facite in meam commemorationem, & Ioan. c. 20. Quorum remisistis peccata, &c.* quæ duo scilicet potestas respectu Corporis Christi veri, & potestas respectu Corporis Christi myitici pertinent ad Ordinem sacerdotalem. *Scot. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. D.*

58. Int. Quomodo se habuit Christus in institutione Sacramentorum? Respondetur, quod Christus se habuit ut causa meritoria. Deus autem ut causa principalis, quia ipse solus se determinat ad cau-
sandam effectus Sacramentorum regulariter concomitantes Sacramenta, ideo est causa principalis, Christus verò est causa meritoria propter obsequium exhibitum Sanctissimæ Trinitati tanquam à persona gratissima, & dilectissima. *Scot. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. F.*

59. Int. A quo Sacramenta habuerunt efficaciam? Resp. quod tam Circumcisio, & alia Sacramenta legis veteris, quam cetera Sacramenta legis nouæ habuerunt efficaciam à Passione Christi: illa veteris legis à Passione Christi præuisa, sed Sacramenta nouæ legis habuerunt efficaciam à Passione Christi exhibitæ in actu Christi magis interiori, quam exteriori. *Scot. ibid. l. I. K.*

60. Int. Quomodo intelliguntur Sacramenta fluxisse

xisse ex vulnere lateris Christi, si vulnus inflicium fuit post mortem? Resp. Sacramenta fluxisse à latere Christi non propriè, sed per quandam similitudinem expressiorem eorum, quæ ibi fuerunt ad sensibilia, quæ sunt in quibusdam Sacramentis, ut sunt sanguis, & aqua, quæ duo principaliora Sacramenta ostendunt, scilicet Eucharistiæ, & Baptismi, ut habetur extr. *de celebratione Missarum cap. 8. In quadam nostra, in fine, in quibus duobus (scilicet aqua, & sanguine) duo maxime Sacramenta Redemptionis videlicet, & Regenerationis reuocent.* *Scot. ibid. l. M. & Num. 11.*

quest. 3. l. Q.

DE BAPTISMO

TIT. II.

Baptizati Baptismo Ioannis necessario tenentur iterum baptizari baptismo Christi? Resp. scitur, quod si Ioannes baptizabat in forma baptismatis Christi, tunc non erant iterum baptizandi, quia tunc baptismo Christi, non Ioannis fuissent baptizati. Si verò non fuissent baptizati in forma Christi, sed aliqua alia forma, scilicet in nomine Christi venturi, vel alia, tunc fuissent iterum baptizandi baptismo Christi, ut habetur de *Consecr.*

C

di-

tans illum contractum conjugalem coniungentem?
Scot. 4. sent. dist. 26. q. vn. l. K.

57. Int. Quo loci sacre scripturæ habetur institutio Sacramenti Ordinis? Resp. habetur apud *Matth. c. 26. hic facite in meam commemorationem, & Ioan. c. 20. Quorum remisistis peccata, &c.* quæ duo scilicet potestas respectu Corporis Christi veri, & potestas respectu Corporis Christi myitici pertinent ad Ordinem sacerdotalem. *Scot. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. D.*

58. Int. Quomodo se habuit Christus in institutione Sacramentorum? Respondetur, quod Christus se habuit ut causa meritoria. Deus autem ut causa principalis, quia ipse solus se determinat ad cau-
sandam effectus Sacramentorum regulariter concomitantes Sacramenta, ideo est causa principalis, Christus verò est causa meritoria propter obsequium exhibitum Sanctissimæ Trinitati tanquam à persona gratissima, & dilectissima. *Scot. 4. sent. dist. 2. q. 1. l. F.*

59. Int. A quo Sacramenta habuerunt efficaciam? Resp. quod tam Circumcisio, & alia Sacramenta legis veteris, quam cetera Sacramenta legis nouæ habuerunt efficaciam à Passione Christi: illa veteris legis à Passione Christi præuisa, sed Sacramenta nouæ legis habuerunt efficaciam à Passione Christi exhibitâ in actu Christi magis interiori, quam exteriori. *Scot. ibid. l. I. K.*

60. Int. Quomodo intelliguntur Sacramenta fluxisse

xisse ex vulnere lateris Christi, si vulnus inflicium fuit post mortem? Resp. Sacramenta fluxisse à latere Christi non propriè, sed per quandam similitudinem expressiorem eorum, quæ ibi fuerunt ad sensibilia, quæ sunt in quibusdam Sacramentis, vt sunt sanguis, & aqua, quæ duo principaliora Sacramenta ostendunt, scilicet Eucharistiæ, & Baptismi, vt habetur extr. *de celebratione Missarum cap. 8. In quadam nostra, in fine, in quibus duobus (scilicet aqua, & sanguine) duo maxime Sacramenta Redemptionis videlicet, & Regenerationis reuocent.* *Scot. ibid. l. M. & Num. 11.*

quest. 3. l. Q.

DE BAPTISMO

TIT. II.

Baptizati Baptismo Ioannis necessario tenentur iterum baptizari baptismo Christi? Resp. scitur, quod si Ioannes baptizabat in forma baptismatis Christi, tunc non erant iterum baptizandi, quia tunc baptismo Christi, non Ioannis fuissent baptizati. Si verò non fuissent baptizati in forma Christi, sed aliqua alia forma, scilicet in nomine Christi venturi, vel alia, tunc fuissent iterum baptizandi baptismo Christi, vt habetur de *Consecr.*

C

di-

distinct. 4. Can. 39. Aliud est baptizare. Scotus 4. sentent. distinct. 2. quest. 2. l. A.

2. Int. A quo potuit scire Iohannes formam baptismi Christi? Resp. potuit scire talem formam à Christi discipulis, vel ab alijs videntibus, & audientibus eos baptizare. *Scot. ibid. l. A.*

3. Int. Ad quid ergo baptismus Iohannis? Resp. quod baptismus Iohannis erat sicut quaedam dispositio merè preparatiua ad baptismum Christi, ut per illam abluionem facilius inclinarentur homines ad suscipiendam aliam abluionem sibi salutarem. *Scot. ibid. l. A.*

4. Int. Quotplex est baptismus? Resp. triplex est baptismus, scilicet, fluminis, sanguinis, & flammis, de primo loquimur. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 3. l. A.*

5. Int. Quid est baptismus? Resp. Baptismus est ablutio hominis aequaliter consentientis, facta ab alio, in qua simul certa verbo, cum intentione debita proferente significans efficaciter ex institutione abluionem animæ à peccato. Vel alio modo. Baptismus est Sacramentum abluionis animæ à peccato consistens in abluione hominis aequaliter consentientis facta in aqua ab aliquo abluente, & in verbis certis simul ab eodem abluendum debita intentione prolatis. *Scot. 4. sent. d. 3. q. 1. l. E.* Vel sic. Baptismus est Sacramentum abluionis animæ à peccato consistens in abluione hominis vitoris aequaliter consentientis, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in aqua elementari fluida, cum pro-

prolatione verborum actum, & suscipientem, & Ministrum cum inuocatione Trinitatis designantium ab alio simul abluente, & verba certa proferente, & intendente facere, quod facit Ecclesia Christiana. Vel alio modo. Baptismus est ablutio hominis vitoris aequaliter consentientes, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in aqua elementari fluida ab alio, simul abluente, & verba certa actum, & suscipientem cum inuocatione Trinitatis designantia proferente, tam in abluendo, quam in proferendo, intendente facere, quod Christus instituit faciendum, vel quod intendit facere Ecclesia Christiana, efficaciter significans ex institutione Diuina abluionem animæ à peccato. Ex ista definitione habentur omnes conditiones requisitæ ad baptismum. *Scotus 4. sent. dist. 6. q. 11. l. D. E.*

6. Int. Quænam differentia reperitur inter istas iam assignatas definitiones? Resp. nulla differentia essentialis reperitur, sed solum respectu diuersi modi opinandi, nam in prima admittitur fundamentum relationis esse abluionem, quæ ponitur in casu recto, in alijs vero admittuntur ablutio, & verba simul ex æquo pro fundamento talis relationis sed in obliquo. *Scot. 4. sent. d. 3. q. 1. l. E.*

7. Int. Quænam est forma Sacramenti Baptismi? Resp. quod forma potest dupliciter considerari, vno modo proprie pro altera parte compositi & sic forma baptismi est illa relatio, seu respectus signi, scilicet abluionis ad effectum signatum, per quem

quem respectum Baptismus dicitur formaliter Sacramentum. Alio modo accipitur improprie scilicet pro parte principali, & actualiori determinante & sic verba sunt forma, quia verba sunt principaliora in Sacramento, & actualiora ipsa ablutione. *Scot. 4 sent. dist. 3. q. 2. l. A. B.*

8 Int. Quenam verba sunt forma Baptismi? Resp. quod forma necessaria ad Baptismum potest ad duo referri vel ad Sacramentum, vel ad ministrum; si ad Sacramentum hæc est forma, *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti* si ad ministrum, *ego te baptizo in nomine Patris, &c.* Et habet extr. de Baptis. & eius effect. cap. 1. *Si quis per unum ter in aqua commiserit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Et non dixerit, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nõ est puer baptizatus. Sc. ib. l. A. A. C.*

9 Int. Quid vult præferre ista forma necessaria quoad ministrum? Resp. nihil aliud vult dicere, nisi quod minister debet illa forma ut, cuius parte abiata esset Sacramentum; unde si relinquere illam particulam *ego*, peccaret mortaliter minister, etiam si esset verum Sacramentum, nam post tempus Alexandri III. quantum ad Ecclesiam Latinam necess. est ministro exprimere, *ego* *Scot. ib. l. C.*

10 Int. Si Sacerdos, vel minister dimitteret formam illam impositam ab Ecclesia, posset ne excusari? Resp. minime excusaretur, non enim ignorantia posset eum excusare: quia tenetur scire illa, que sunt

sunt sui officij, ad quod deputatur. *Scot. ib. l. C.*

11 Int. Quenam est forma necessaria ministro Græco? Resp. quod prius ponebatur forma in Indicatio cum nomine persone baptizantis, dicendo, *Baptizat te Paulus, Iohannes, &c.* Sed quia propter talem formam ortum habuit schisma, gloriabantur enim de ministris baptizantibus, ideo noluerunt illam servare, sed posuerunt illam in modo optatio, nominando suscipientem in tertia persona, quæ formalis erat *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, &c.* *Scot. ib. l. C.*

12 Int. Quare posuerunt illam formam in modo optatio, ponentes suscipientem in tertia persona? Resp. ut significarent ministrum non esse auctorem baptismi, sed orantem, & desiderantem effectum conferendum à Deo. *Scot. ib. l. C.*

13 Int. Erat ne recta locutio appellando suscipientem servum Christi? Resp. quod melius fuisset exprimere suscipientem nomen proprio quam vocare illum Christi servum, quia adhuc non erat servus Christi, sed baptizabatur, ut esset servus Christi loquendo de servitio spirituali, quo Christianus Christi servus est. *Scot. ib. l. C.*

14 Int. Fuit ne licit. Græcis Ministris illa prædicta forma? Resp. quod tamdiu fuit licita, quandiu fuit ab Ecclesia Romana tolerata. *Scot. ib. l. D.*

15 Int. Fuit ne rationabilis ista Græcorum forma? Resp. quod fuit rationabilis durante causa; causa enim fuit ad tolerandum schisma; abiato igitur schis-

schismate non amplius fuit rationalis, sed potuit fuisset eis imposita forma communis. *Scot. ib. l. D. Q.*

16 Int. Supposito, quod Ecclesia non prohibuerit talem formam tenet ne Græcorum baptismus? Resp. quod Ecclesia illam formam permittente, videtur licitum illam continuare, maxime si in Concilio sui particularibus inter se talem formam esse seruandam ordinauerint; tamen si prohibuisset, teneret Sacramentum, sed Ministri ea vtentes peccarent. *Scotus ib. l. D.*

17 Int. Sunt ne omnia verba posita in forma baptismi necessaria, vt exprimi debeant? Resp. quod verba pertinentia ad formam, quædam expriment Ministrum, quædam suscipientem, & quædam expriment actum; De primis verbis non est necessesse simpliciter illa exprimere, quia si derelingeretur illud pronomen *ego*, adhuc paruulus esset bene baptizatus. De verbis verò exprimentibus suscipientem, & actum, dicendum est esse necessario proferenda. *Scot. ibid. l. E.*

18 Int. Vnde elicitur huiusmodi necessitas? Resp. quod necessitas, vt illa exprimentur, habetur apud *Mat. c. ult.* vbi dicitur, *Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vbi exprimitur actus, & suscipiens. *Scot. ibid. l. E.*

19 Int. Sunt ne necessaria verba illa in nomine Patris, &c. Resp. maxime, & sunt præcise necessario petentia ad formam Sacramenti. *Scot. ibid. l. E.*

20 Int. Possunt ne verba formæ prædictæ variari?

ri? Resp. dicta verba possunt quatuor modis variari. Primo secundum substantiam, secundo secundum qualitatem, tertio secundum quantitatem; Quarto secundum Vbi. *Scot. ibid. l. E.*

21 Int. Quomodo intelligitur variatio secundum substantiam? Resp. intelligitur derelinquendo aliqua illorum verborum, & pro illis alia verba ponendo. *Scot. 4. sent. dist. 3. q. 2. l. E.*

22 Int. Quomodo intelligitur variatio secundum quantitatem? Resp. intelligitur sic, scilicet apponendo alia verba, vel subtrahendo, & sic apponendo, vel anteponendo, vel postponendo, vel interponendo. *Scot. ibid. l. E.*

23 Int. Quomodo intelligitur variatio secundum qualitatem? Resp. intelligitur in auferendo aliquam requisitam terminationem ad congruam locutionem. *Scot. ibid. l. E.*

24 Int. Quomodo intelligitur variatio secundum Vbi? Resp. intelligitur sic, quod aliqua formæ verba de loco vno in alium transportentur. *Scotus ibid. l. E.*

25 Int. Si fieret variatio secundum istos modos, tenet ne Baptismus? Resp. quod si minister intenderet vti illa forma sic variata tamquam propria Ecclesiæ forma, non baptizauit præcise, quia deficeret illa intentio vtendi verbis, quibus vtitur, tamquam forma Ecclesiæ, nam intendit vti illis verbis aliquo aliter variatis tamquam forma præcise Baptismi. *Scot. ibid. l. E.*

26 Int.

26 Int. Quot modis fit variatio secundum substantiam? R. sp. quinque modis fit variatio secundum vocem tantum, ut utendo voce Græca pro Latina, secundo secundum significatum disparatum importatum per nomen variatum, ut ponendo lapis loco filij. Tertio quando variantur nomina significantia? tres personas Divinas non sub ratione personarum, ut loco patris ponendo genitoris. Quarto, quando personæ Divinæ nominantur per unum nomen collectivum, ut dicendo in nomine Trinitatis; Quinto quando nomen variatum connotat personas, sicut effectus causam, ut dicendo in nomine Christi. *Scor. ibid. l. G.*

27 Int. Si fuerit variatio verborum secundum vocem, tollitur ne forma Baptismi? Resp. negativè, in qualibet enim lingua potest fieri Baptismus, & sic in diversis linguis, cum sit variatio, talis variatio non mutat formam. *Scor. 4. sent. dist. 3. q. 2. l. G.*

28 Int. Quid dicendum de baptizante solemniter ratione officij? Resp. quod fortè illi non licet alio idiomate formam proferre, nisi Latino, sicut nec in institutione Eucharistiæ, quia sic instruit Ecclesia Romana, quæ ordinavit, ut officia Eucharistica dicantur, & Sacramenta ministrantur in latino gramatico, quia hoc distinctius potest proferri. *Scor. ibid. l. N.*

29 Int. Si verbum fuerit variatū secundum substantiam, & habeat significatum omnino disparatum, ut si poneretur lapis loco patris, quid dicendum?

dum? Resp. quod tunc omnino non servatur vera forma baptismi; hoc enim est impertinens, & per consequens cum prolatione huiusmodi verborum non baptizatur. *Scor. ibid. l. H.*

30 Int. Quid dicendum, si fuerit variatio nominum significantium tres personas? Resp. quod variatis nominibus personarum, & loco Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, positus, Genitoris, Geniti, & Spirati, non servatur vera forma baptismi quia Christus voluit personas vocari nominibus personarum, & rationabiliter; Nam sicut Iudæis datum erat, ut invocarent nomen significans essentiam Divinam, nempe, *tetragrammaton*, ita Christus dedit Ecclesiæ nomina significantia personas Divinas sub proprijs nominibus. *Scor. ibid. l. H.*

31 Int. Quare sic voluit nomina personarum invocari? Resp. quia possibile erat, ut in aliqua invocatione nomen personæ habeat maiorem efficaciam, quam non habet nomen proprietatis personæ. *Scor. ibid. l. H.*

32 Int. Quid dicendum, si fieret in nomine collectivum Personarum, scilicet Trinitatis? Resp. quod tunc non servaretur forma Baptismi, quia Christus intellexit illas personas esse explicandas, nomen tamen Trinitatis implicite tantum importat personas, & ideo quando de *Consecr. dist. 4. C. 24. a quodam Iudæo habetur, si in nomine sanctæ Trinitatis, &c.* Resp. quod debet explicitè intelligi pro tribus personis. *Scor. 4. sent. dist. 3. q. 2. l. H.*

33 Int. Quid dicendum, si quis baptizaret in nomine Christi, dicendo: *Ego te baptizo in nomine Christi?* Resp. quod aliquando fuit licitum tali utriusque forma, ut habetur, *Act. Apost. cap. 2. 10. & cap. 19.* sed modo non amplius licet. *Scot. ibid. l. 1.*

34 Int. Quomodo utebatur ista forma in primitiva Ecclesia, si alteram iam Christus edidit. Fuit ne illa prior reuocata? Resp. quod nullus inferior potest reuocare legem factam a superiore, nec simpliciter, neque quoad tempus, sic nullus potuit reuocare legem de baptizando in ista forma, in nomine Patris, & Filij, &c. & ideo solum fuit facta aliqua dispensatio, scilicet, ut uterentur tali forma in nomine Christi. *Scot. ibid. l. 1.*

35 Int. Quenam fuit causa talis dispensationis? Resp. quod causa dispensationis ad tempus fuit, ut divulgaretur Christi nomen, qua cessante, cessauit etiam dispensatio. *Scot. ibid. l. 1.*

36 Int. Si quis nunc baptizaret in nomine Christi, puer esset ne verè baptizatus? Resp. dubium est, an talis sit baptizatus, quia talis minister non uteretur forma tradita à Christo Domino, nec habetur, quod dispensatio in primitiva Ecclesia facta fuerit reuocata, videtur tamen, quod sic baptizans peccaret mortaliter. *Scot. ibid. l. 1.*

37 Int. Si daretur casus, quod aliquis esset huiusmodi forma baptizatus, quid esset agendum? Resp. quod in his dubijs seruari debet id, quod habetur *Extr. de Baptis. & eius effect. cap. 2. de quibus dubium:*

bium: debet itaque iterum baptizari verbis primitiuis, si baptizatus es, non te baptizo, si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Scot. ibid. l. 1. K.

38 Int. Quot modis fit variatio secundum quantitatem? Resp. fit sex modis, primo addendo, secundo interponendo, tertio disiungendo, quarto postponendo, quinto interponendo, sexto subtrahendo verba formæ. *Scot. ibid. l. 1. M.*

39 Int. Si fit variatio verborum secundum quantitatem, seruatur ne forma vera baptismi? Resp. quandoque seruatur, & quandoque non seruatur. *Scot. ibid. l. 1. M.*

40 Int. Si addatur aliquod verbum in forma, seruatur ne vera forma? Resp. quod si tale verbum fuerit repugnans verbis principalibus, vel diminuens non seruatur, ut dicendo: *Ego te baptizo in nomine Patris maioris, Filij minoris, &c.* nam dictiones maioris, vel minoris sunt repugnantes fidei nostræ, & talis non est verè baptizatus. *Scot. ibid. l. 1. M.*

41 Int. Si præponatur aliqua conditio: que non existit, seruatur ne forma? Resp. negatiuè, ut dicendo: *Si ego sum omnipotens, ego te baptizo,* tunc non seruatur vera forma, nec fit Sacramentum. *Scot. ibid. l. 1. M.*

42 Int. Vtrum si ponatur aliqua oratio disiunctiua, seruatur vera forma? Resp. negatiuè, nam dicendo: *Ego te baptizo, vel ego te non baptizo,* non est vera forma, & ratio est, quia disiunctiua nihil ponit

nit determinatè quoad alteram partem propositionis, & ideo nullus cum tali forma esset verè baptizatus. *Scot. ibid. l. M.*

43 Int. Si anteponatur formæ, vel postponatur aliquod verbum, seruetur ne vera forma? Resp. quòd si verbum postpositum, vel antepositum est repugnans, tunc non seruetur vera forma, & nihil fit; si autem verbum non est repugnans, tunc verè baptizatur, sed peccat mortaliter. *Scot. ibid. l. M.*

44 Int. Si Sacerdos baptizans interponeret aliquid intersecando formam, verè ne baptizaret? Resp. quòd si per interpositionem non interruptur vnitatis necessaria (quod iudicari potest ex alijs actibus humanis) quia tunc manet forma, vt dicendo, *ego te baptizo*, postea ad aliquos diceret, *scete, recedite*, ac deinde prosequeretur, *in nomine Patris, &c.* talis esse, benè baptizatus; at si interponeretur aliqua oratio distrahens, & interruptens vnitatem, vt aliqua faceret continens, tunc cum non posset continuari sermo, forma illa non esset verè forma, nec paruulus benè baptizatus. *Scot. ibid. l. M.*

45 Int. Vtrum si subtraheretur formæ aliquod verbum, seruetur vera forma? Resp. quòd si verbum est principalis, & necessarium, tunc non remanet vera forma, nec est verus baptismus. De verbis non principalibus est aliter omnino sentiendum. *Scot. ibid. l. N.*

46 Int. Vtrum si subtraheretur aliqua syllaba p
sincopam,

seruaretur vera forma? Resp. quòd propter hoc non destruitur vera forma, quia Deus noluit omninò determinare hominem ad verba in Sacramentis vitra illum modum, quo verba sufficiunt ad exprimendum conceptum, sicut sunt verba prolata per sincopam, per quæ etiam conceptus loquentis auditur, quamuis hoc sit cauendum in Sacramentis. *Scot. ibid. l. N.*

47 Int. Quid dicendum de Sacerdote per sincopam verba formæ proficiente? Resp. quòd si hoc faceret ex infirmitate, vel humana inconsideratione, potest dici, quod non peccaret mortaliter, si autem ex contemptu, dicendum est, ipsum peccare mortaliter propter reuerentiam, quæ illis verbis sacramentalibus debetur. *Scot. ibid. l. N.*

48 Int. Quot modis sit variatio secundum qualitatem? Resp. quòd fit tantum secundum terminationes pertinentes ad congruitatem verborum. *Scot. ibid. l. O.*

49 Int. Si quis baptizando diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancta*, verè baptizaret? Resp. affirmatiue, & habetur de *Consec. dist. 4. Can. 86. resulerunt nuntij*, vbi Papa respondet de Sacerdote sic baptizante, quòd si hoc fecit ex imperitia linguæ latinæ, non intendens inducere errorem, verè baptizatur; aliter dicendum est non verè baptizare, & mortaliter peccare. *Scot. ibid. l. O.*

50 Int. Quid requiritur ad hoc, vt illa variatio non annulet Sacramentum Baptismi? Resp. requiritur,

ritur, quod talis congruitas in fine dictionis non prohibeat intelligentiam, & conceptum significatum, per verba, quia si talem conceptum prohiberet, non esset verè Baptismus. *Scot. ibid. l. O.*

51 Int. Quot modis fit variatio quoad Vbi? Resp. quòd solum fit talis variatio transponendo verba formæ. *Scot. ibid. l. P.*

52 Int. Si quis diceret: *Ego Patris baptizo te, in nomine Filij, &c.* esset ne tunc verè baptizatus? Resp. negativè, quia talis transpositio variat sententiam, & auferit conceptum orationis, vt instituta est. *Scot. ibid. l. P.*

53 Int. Si quis diceret: *Ego te baptizo in nomine Filij, & Patris, & Spiritus sancti*, esset ne benè baptizatus? Resp. affirmatiuè, quia talis transpositio verborum variat tantum ordinem originis, qui debet seruari à ministro ex officio, non tamen hoc est necessarium ratione Sacramenti, quia Personæ Diuinæ quocunque ordine sint numeratæ, sunt vnum efficiens principale in Baptismo, & vt sic inuocantur. *Scot. ibid. l. P.*

54 Int. Quotuplex est materia Sacramenti Baptismi? Resp. duplex est materia proxima scilicet, & remota, accipiendo tamen materiam, vt supra dictum est de forma scilicet quatenus est aliquid minus principale, & determinabile. *Scot. 4. sent. dist. 3. q. 3. l. A.*

55 Int. Quænam est materia proxima? Resp. materia proxima est ablutio visibilis exterior facta cum

cum aqua, quæ consistit in fieri, quasi actiuè. *Scot. ibid. l. A.*

56 Int. Potest ne aqua ordinata ad Baptismum dici Sacramentum? Resp. negativè, & ideo alina dubitatio illorum fuit, qui dixerunt *caus. 1. q. 1. can. 54. Destrabe*, ne fortè asinus bibat Sacramentum, quia illa ablutio non erat, nisi in fieri, & quamuis aqua possit bibi, & huc, vel illuc transfundi, ablutio non potest hæc pati. *Scot. ibid. l. A.*

57 Int. Quomodo accipitur ablutio in Baptismo? Resp. accipitur formaliter, & actiuè, formaliter, quia requiritur contractus corporis ab aqua, quæ est formalis ablutio; actiuè verò, quia talis ablutio est ab ablutente, sicut eum homo dicitur lauare corpus; sola prima non sufficit, quia non est instituta tamquam signum vel pars signi, sed requiritur etiam ipsa lotio effectiuè facta. *Scot. ibid. l. A. B.*

58 Int. Oportet ne, vt per baptismalem abluionem munderetur corpus? Resp. negativè, non enim est necesse, vt per contactum aquæ munderetur corpus à fordibus sed sufficit lotio, vel ablutio in cõmuni corporis ab alio hoc agente, id est causante contactum illum. *Scot. ibid. l. B.*

59 Int. Si quis se iptum ablueret, esset ne verè ablutio? Resp. negativè, oportet enim contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante huiusmodi abluionem, quæ quidem ablutio est proxima materia huius Sacramenti. *Scot. ibid. l. B.*

60 Int. Quænam est materia remota Baptismi? Resp.

Resp. aqua pura, naturalis, elementaris, hanc pro materia Baptismi instituit Deus. *Scot. ibid. l. B.*

61 Int. Quare huiusmodi aqua naturalis est materia remota Baptismi? Resp. quod alia ratio, vel probatio non habetur, nisi quia sic instituit Christus, quamvis detur ad hoc aliqua congruentia. *Scot. ibid. l. B.*

62 Int. Quanam congruentia est? Resp. hanc esse congruentiam, quia aqua naturalis est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis, & ideo congruenter Baptismus fit ex aqua, quia Baptismus est ad extinguendum actum concupiscentiarum, ad sectendum rigorem inobedientiarum, ad illustrandam claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis, & est communis omnibus ad salutem. *Scot. ibid. l. O.*

63 Int. Quare habetur, quod debeat esse aqua naturalis? Resp. debet esse aqua naturalis ad differentiam aquarum artificialis, quae non est apta ad Baptismum; ipse enim non est aqua, nisi æquinoctè. *Scot. ibid. l. D.*

64 Int. Quare aqua artificialis non est sufficiens ad Baptismum, cum sit similis aquae elementari? Resp. quod licet talis aqua artificialis sit aquae naturali in aliqua qualitate similis cum aqua, non est tamen dissimilis in alia, quam habet à tota specie, qua concluditur esse alterius substantiae: est pariter dissimilis, quia aqua artificialis non est producta ordine, & processu determinato à natura,

ta, sed vniuersaliter fit per actionem ignis, qui non est sufficiens in virtute actiua ad corrumpendum, vel conuertendum quaecumque mixta in aquam elementarem. *Scot. ibid. l. D. G.*

65 Int. Quomodo aqua artificialis non est sufficiens, si est subtilior, quam sit aqua naturalis? Resp. quod aliqua aqua artificialis est subtilior, non ratione simplicitatis, ita quod sit magis simplex, sed bene subtilior, subtilitate virtutis actiuae, quae non est conueniens aquae elementari. *Scot. ibid. l. G.*

66 Int. Quod intelligitur per aquam puram? Resp. quod cum impuritas sit duplex, vna per mixtionem secundum iuxtapositionem, vt aqua lutosa, altera, per mixtionem alterantem à specie, sicut humor mixtus, quando dicitur, quod aqua Baptismi debet esse aqua pura intelligitur ab impuritate per mixtionem alterantem à specie, non primo modo. *Scot. ibid. l. F.*

67 Int. Potest ne ex aqua lutosa, vel simili fieri ablutio baptismalis? Resp. quod tunc potest fieri, quando illa impura lutositas non impedit, quin aqua sit conueniens ad abluendum. *Scot. ibid. l. F.*

68 Int. Aqua imbibita farinae in pasta, vel spongia, vel in luto spisso, est ne conueniens ad Baptismum? Resp. negatiue, quia similes quam vis contingant carnem, non sunt conuenientes ad abluionem; nec talis contractus est lotio, vel ablutio: ablutio enim est contractus aquae fluidae, liberè coniungenti secuti, vel separantis inter cutem, & aliud corpus. *Scot. ibid. l. F.* E 69 Int.

69 Int. Vtrum quis posse baptizare in niue, & glacie, vel grandine? Resp. negatiue, quia dum talia sunt, non possunt assignari pro materia conueniente Baptismo, nec ex eis fieri lotio, propter eorum duritiem, sed vniue possunt, sit talia essent liquefacta. *Scot. ibid. l. 1. F.*

70 Int. Vtrum in salua, vel vrina, & huiusmodi, quis posset baptizare? Resp. negatiue, quia illa sunt mixta alterata quibusdam alterationibus quae constituunt alteratum extra speciem suam, & ideo non sunt eiusdem speciei cum aqua; sic habetur *Extr. de Baptif. c. eius esset. c. 5. non ut apponeret. Scotus ibid. l. 1. F.*

71 Int. Possit ne fieri Baptismus in brodio carni, farina, Geruisia, & similibus? Resp. hoc vertit in dubium, quia non est manifestum, quod in illis sit aliquod actiuum corrumpens speciem aquae, quod non potest resolueri Theologus, ad quem spectat determinare circa materiam Baptismi ex Biblia, nec Canonista qui talem considerat secundum ordinationem Ecclesiae: sed bene Philosophus naturalis, cuius est inquirere, quana alteratio transferat aquam a specie sua, & quae non. *Scot. ibid. l. 1. F.*

72 Int. Quid agendum, si in istis dubijs factus fuerit Baptismus? Resp. quod in dubijs, quantum ad materiam & formam, tres maxime sunt; Prima si possibilitatis adest, via tutissima est eligenda; Secunda, si possibilitas non adest, via tutissime proxima est tenenda; Tertia, cessante impossibilitate,

caute.

caute est supplendum, quod impossibilitas prohibet. *Scotus 4. sent. dist. 3. quest. 2. l. 1. & quest. 3. l. 1. F.*

73 Int. Quomodo requiritur aqua ad Baptismum, si Baptismus fluxit a latere Christi, ex quo exiit flegma? Resp. ex Innocentio III., quod illa fuit aqua, quae exiit a latere Saluatoris, vt dixit Ioannes, qui testimonium perhibuit veritati, qui flegma dixisset, non aqua si flegma exisset, Hinc Ecclesia aquam in Sacramento Eucharistiae miscendam decrevit, sicuti est filice, a Moysse percussa aqua, non flegma exiit, quae aqua, vel fuit ibi de nouo creata miraculose, vel de componentibus resoluta. At vltra hoc, dicendum est Baptismum fluxisse a latere Christi similitudinarie, non proprie. *Scot. 3. sent. dist. 3. q. 3. l. H. l.*

74 Int. Nonne institutus fuit Baptismus, quando Christus baptizari voluit in Iordane a Ioanne? Resp. negatiue, quia non fuit Baptismus in forma Christi; Tunc enim Christus dedicauit aquam tamquam materiam idoneam Baptismo suo ex contactu suae mundissimae carnis. *Scot. 4. sent. dist. 3. q. 4. l. A.*

75 Int. Nonne institutus fuit Baptismus, quando Christus dixit Nicodemus, nisi quis renatus, &c. Ioan. cap. 3. ? Resp. negatiue, quia non est verisimile tam necessarium Sacramentum in conuolui coram persona priuata institui; quae non debuit esse praeco institutionis illius. *Scot. ibid. l. 1. A.*

76 Int. Quot condiciones habuit Baptismus in sui

fui institutione? Resp. quinque conditiones habuit, & rationabiliter, quia est principale Sacramentum legis Evangelicæ, per quod intratur in eius observantiam, & ideo primo debuit esse novum, & proprium isti legi. Secundo debuit esse evidens in significatione, quia ista est lex veritatis evacuans umbram. Tertio copiosum in collatione gratiæ, hæc enim est lex gratiæ. Quarto facile, quia iugum Christi suave est, & onus eius leve. Quinto debuit esse commune, nam lex Moysis erat ad unum populum, sed lex Evangelica ad totum mundum, & ad omnem sexum, & ætatem. *Scot. ibid. l. B.*

77 Int. Erat ne necessarium simpliciter statim post institutionem Baptismi baptizari? Resp. negativè, quia nullus tenetur ad aliquod præceptum Divinum, nisi per aliquem idoneum, & authenticum præconem sibi promulgetur, vel fama veridica, & testimonio honorum, cui debet quilibet rationabiliter credere, reueletur, ideo non statim quis tenebatur baptizari. *Scot. ibid. l. C.*

78 Int. Quotplex est promulgatio? Resp. duplex est promulgatio, vna per modum consilij, & altera per modum præcepti, & ista vtraque promulgatione debebat Baptismus promulgari. *Scot. ibidem l. D.*

79 Int. Ad quod obligat promulgatio per modum præcepti? Resp. non solum obligat ad non contemnendum, sed etiam ad observandum, si fuerit

rit præceptum affirmatiuum, vel ad cauendum, si fuerit negatiuum. *Scot. ibid. l. E. F.*

80 Int. Quid dicendum de consilio, & præcepto humano? Resp. quòd aliquando licet tam consilium, quàm præceptum alicuius hominis superioris contemnere, id est irrationabile, & infructuosum iudicare, sed non licet, dum est Prælatus contemnere, non observando; Et quamuis non teneatur quis necessariò falsam habere opinionem de suo superiore, tamen potest monitio illius, vel præceptum esse in se irrationabile, & infructuosum, & tunc potest illud præceptum reputare sicut est, & sic contemnere non approbando. *Scot. ibid. l. E.*

81 Int. Quid agendum, si præceptum superioris est irrationabile? Resp. quòd tunc rationabiliter, & vtiliter laborandum est ad eius reuocationem, & ad correptionem, vel ad amotionem talis Prælati fatnè præcipientis! *Scot. ibid. l. F.*

82 Int. Quenam istarum promulgationum præcessit? Resp. præcessit promulgatio per modum consilij, & hoc congruenter; Primò quia lex Evangelica est perfectissima, & ideo non debuit precipitanter imponi, sed homines primò ad illam illos cadentem adhuc sub consilio, vt postea excitatis potuissent imponi sub præcepto: Secundo quia lex vetus non erat mala, sicut est idololatria, & ideo non debuit subito repelli; debuit enim sepeliri synagoga cum honore, vt ostenderetur fuisse bona pro tempore suo. *Scot. ibid. l. D.*

83. Int. Impositio Baptismi per modum præcepti, euacuauit ne Circumcisionem? Resp. Euacuauit Circumcisionem saltem quantum ad necessitatem, quia tunc non erat amplius necessaria. Scot. *ibid.* l. D.

84. Int. Ad quid obligat promulgatio per modum consilij Diuini? Resp. obligat ad non contemnendum, qui enim consilium contemnit, contemnit consulentem in quantum consulentem. Scot. *ibid.* l. E. F.

85. Int. An peccet nolens seruare consilium Diuinum Euangelicum? Resp. quod contemnentes tale consilium Diuinum tamquam irrationabile, & infructuosum peccant mortaliter. Vnde videant mordentes paupertatem Euangelicam, nè fortè cum nolint seruare, quia non est necessarium, contemnant, quia tales contemnentes, vel paruipendentes contemnunt Christum, qui hanc suauit obseruari tamquam meritoriam, & utilem ad vitam æternam. Scot. *ibid.* l. E.

86. Int. Quot tempora assignari possunt in promulgatione Baptismi? Resp. duo tempora assignari possunt; Primum, quo erat sub consilio; secundum, quo erat sub præcepto; Primum durauit à principio, ex quo prædicabatur Euangelium, vel Baptismus per Christum, vel per Apostolos usque ad prædicationem solemnem, & autenticam eiusdem post Ascensionem Christi; secundum uero tempus incepit à die Pentecostes in Hierusalem, in quo

quo die missò Spiritu Sancto solemniter prædicauerunt, & circiter tria millia baptizati sunt. *Ab. c. 2.* Scot. *ibid.* l. H.

87. Int. Incepit ne tempus Baptismi simul apud omnes? Resp. negatiuè; quia quibuldam incepit tempus secundum ad mentem, post Pentecostem, aliquibus ad annum, aliquibus ad decem annos; & sic deinceps, sicut eis Baptismus prædicabatur. Scotus *ibid.* l. H.

88. Int. Quot tempora dantur respectu Circumcisionis? Resp. quatuor tempora dantur; Primum, quo erat necessaria; secundum, quo erat utilis, non necessaria; Tertium, quo non erat utilis nec necessaria, sed tantum erat licita; & quartum, quo erat illicita, & mortifera. Scot. *ibid.* l. H.

89. Int. Quomodo se habuit primum tempus Circumcisionis ad primum tempus Baptismi? Resp. quod primum tempus Circumcisionis præcessit utrumq; tempus Baptismi. Scot. *ibid.* l. H.

90. Int. Quomodo se habuit secundum tempus Circumcisionis, ad primum tempus Baptismi? Resp. quod secundum tempus Circumcisionis conuenerat primum tempus Baptismi, quia ex illo tempore, quo consulebatur Baptismus, non fuit necessaria Circumcisio uolenti baptizari, & tunc concurrat utrumq; cum disunctione, ut Iudæus eligeret quodcumque uellet; licuit enim, & profuit sibi circumcidi, si uoluit. Scot. *ibid.* l. I.

91. Int. Si Iudæus aliquis ante Christi mortem, ad

ad Christi prædicationem, vel Petri puerum suum baptizasset, & non circumcidisset, si talis deinde puer mortuus fuisset, fuisset ne saluus? Resp. affirmatiuè, quia recepit gratiam in Baptismo? Baptismus enim prima sui institutione gratiam conferbat. *Scot. ibid. l. 1.*

92. Int. Quomodo se habuit tertium tempus Circumcisionis ad secundum tempus Baptismi? Resp. quòd concurrerunt simul, loquendo quantum ad Iudæos vsque ad tempus Pauli, qui se purificauit, quo etiam videbantur fratres in Hierosolymis approbare obseruantiam legis, & de ea Paulo consulere. *Scot. 4. sent. dist. 3. q. 4. l. 1.*

93. Int. Quid dicendum quantum ad Gentiles conuersos ad fidem? Resp. quòd secundum tempus Baptismi, & quartum tempus Circumcisionis concurrerunt simul, saltem post 14. annos à passione Christi, vel circiter, quando Paulus ascendit Hierosolymam ad seniores, vt habetur. *Act. cap. 15. Scot. ibid. l. 1.*

94. Int. Quando fuit etiam illicita Circumcisio Iudæis conuersis? Resp. quòd tempus illud non habetur in sacra scriptura, quia Historica scriptura non perducit tempus Ecclesiæ ultra quintum annum Neronis scilicet non ultra trigessimam annum à passione Domini, quo tempore Iudæi conuersi obseruabant legem quod eis licuit; vnde forsitan non fuit omissum, vsque ad euerisionem Hierusalem, siue ad dispersionem Iudæorum. *Scot. ib. l. 1. 95. Int.*

95. Int. Quando fuit reuocata Circumcisio? Resp. quòd loquendo de Gentilibus conuersis, præceptum de Circumcisione fuit reuocatum in III. Concilio Apostolorum auctoritate Petri, & Iacobi, imò auctoritate Spiritus sancti, quia Iacobus dixit *cap. 15. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis.* Quantum autem ad Iudæos, supponitur aliquando reuocata, licet tempus reuocationis non fuerit simpliciter explicitum in scriptura. *Scot. ibid. l. 2.*

96. Int. An Paruuli sint baptizandi? Resp. affirmatiuè, quia dicit D. August. *l. de fide ad Petrum, Paruulos, qui sine sacramento Baptismi de hoc seculo transeunt, aeterno supplicio puniendos,* (aeterno supplicio damni, non sentus) Paruuli enim contrahunt peccatum originale ad cuius deletionem, quæ necessaria est ad salutem, ipsi sunt baptizandi, nam contra culpam originalem institutus est Baptismus. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 1. l. A.*

97. Int. Quomodo Paruuli sunt baptizandi, si Baptismus est contra peccatum, quod non reperitur in illis, cum non habeant vsum rationis, qui requiritur ad peccatum? Resp. quòd licet requiratur ad peccatum vsum rationis, id est, quòd peccatum sit voluntarium vt dicit D. Aug. tamen intelligitur de peccato actuali, non de originali, quod tamen fuit voluntarium in Adam, & hoc sufficit. *Scot. ibid. l. A.*

98. Int. Paruuli baptizati recipiunt ne effectum Baptismi? Resp. affirmatiuè, sed hoc est mere, creditum,

ditum, non enim datur aliqua ratio naturalis, per quam probari possit; quoniam sicut est creditum peccatum originale per Baptismum remitti, ita est creditum paruulus gratiam infundi. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 2. l. A.*

99. Int. Quomodo Paruuli possunt recipere gratiam, si gratia infunditur cum fide, quam paruuli non habent, quia fides, ut dicit D. Paulus est exauditum? Resp. quod duplex est fides, acquisita scilicet, & infusa: acquisita est per auditum, infusa non est per auditum, & hanc paruuli habent. *Scot. ibidem l. A.*

100. Int. Quomodo possunt recipere gratiam Baptismi Paruuli, qui non coniunguntur Deo, cum coniunctio sit per fidem, quam Paruuli non possunt habere ante Baptismum? Resp. Quod illa gratia datur per aliquam causam meritoriam, nempe Christum, qui meruit primam illorum coniunctionem cum Deo, præter quam gratia alia non datur in paruulis recipientibus Baptismum, qua Deo coniunguntur licet huiusmodi causa dicatur extrinseca. *Scot. ibid. l. A.*

101. Int. Vtrum gratia baptismalis, quæ dicitur prima, possit recipi absque Baptismo? Resp. affirmative, si loquamur de adultis; nam per aliquem bonum motum meritorium de congruo disponentem ad illam, gratia prima confertur; quia talis motus, ut opus intrinsecum, aliquo modo acceptatur tanquam meritum de congruo. *Scot. 4. sent. dist. 14. quest. 4. l. D.*

102. Int.

102. Int. Potest ne paruulus existens in utero matris, baptizari? Resp. quod si omnes partes corporis pueri fuerint in utero matris, tunc baptizari non potest, quia Baptismus est ablutio in aqua, ac paruulus in utero existens non potest abluí, quia aqua non tangit eam immediate; si autem apparet extra matris uterum aliqua pars principalis, tunc potest baptizari in illa parte. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 3. l. A.*

103. Int. Si paruulus inuolueretur pellicula, vel corio, & poneretur in aqua esset ne baptizatus? Resp. quod si aqua non tangeret corpus, non esset baptizatus; si verò tangeret, esset utriusque baptizatus. *Scot. ibid. l. A.*

104. Int. Si quis proieceret de ponte puerum in aquam, ut baptizaret; esset ne baptizatus? Resp. quod non, quia illa proiecctio non esset ordinata ad vitam, seu ad lotionem sed potius ad mortem. *Scotus ibid. l. A.*

105. Int. Vtrum si in utero matris pueri existens, solum appareret caput esset baptizandus? Resp. affirmative, quia in illa parte potest fieri ablutio; non enim est de necessitate, quod talis ablutio fiat per totum corpus, & si postea exiret, non esset iterum baptizandus, quia in illa parte intelligitur simpliciter baptizatus, sicut illi numero tria milia, qui in die Pentecostes fuerunt per aspersionem baptizati. *Scot. ibid. l. A.*

106. Int. Sitantum appareret pars minus principalis,

palis, sicuti manus, vel pes, esset ne puer baptizandus in illa parte? Resp. affirmatiue, quia in illa parte est tota anima, licet in ea non sit omnis sensus, sicuti in capite, at si postea uiuus nasceretur, esset sub conditione baptizandus, vt docetur *extra de Baptismo, & eius effect. cap. 2. de quibus. Scot. ibidem l. B.*

107 Int. si puer moreretur postea in utero matris, quid dicendum? Resp. erendum est, quod Deus suppleret illud, quod impotentia impediret, & talis esset sepeliendus in terra benedicta. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 3. l. B.*

108 Int. Quomodo Sacramentum Baptismi non potest in utero matris conferri, si Adæ peccatum in utero matris contrahitur? Resp. quod utique in utero matris contrahitur peccatum originale, in quo etiam potest Deus conferre aliquod donum supernaturale, per quod potest iustificare paruulum, sicut habetur de Hieremia, de Ioanne, & de Beatissima Virgine Maria, sed non per illud Sacramentum, quia dum est in utero matris, non est huius Sacramenti capax. *Scot. ibidem l. C.*

109 Int. Si puer in utero matris potest liberari à seruitute corporali, quare non potest liberari à seruitute spiritali per Baptismum? Resp. non esse paritatem, quia quantum ad seruitutem temporalem, filius, dum est in utero matris, non est distinctus à matre; non enim quis habet dominium in puero, nisi quia in Matre. De seruitute uero spiritali

tuali non est sic, quia respicit distinctam personam, & ideo puer in utero matris, cum sit distinctus à matre, sicut extra uterum, indiget specialiter distincta libertate, quæ per Baptismum habetur. *Scot. ibidem l. C.*

110 Int. Si mater grauida occideretur propter fidem, utrum Paruulus in utero existens pateretur propter fidem? Resp. affirmatiue, & baptizaretur Baptismo sanguinis; nam si puer extra uterum occideretur pro iustitia, vel fide, etiam non baptizatus, reciperet Baptismum sanguinis, sic rationabile est, quod Deus non contemnet eum pro simili casu in utero matris passum. *Scot. ibidem l. A.*

111 Int. An Adultus fatuus, vel furiosus à natiuitate, qui numquam est usus ratione, nec modo utitur, sit baptizandus? Resp. quod si talis adultus speratur, quod sit curandus, debet expectari ad tempus curationis, vt cum maiori reuerentia suscipiat Sacramentum; si uero de huiusmodi curatione desperatur, statim debet baptizari, quia nulli Deus excludit remedium ad salutem. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 4. l. B.*

112 Int. Si aliquis adultus aliquando usus est ratione ante Baptismum, sed dum uult suscipere Baptismum, caret tali usu, esset ne baptizandus? Resp. quod talis debet censi quomodo se habuit ante infirmitatem, quia si prius in sanitate existens obtabat Baptismum, & immediate postea euaserit demens, tunc censendus est habitualiter

consentiens, & sic est baptizandus; si verò prius erat dissentiens, tunc debet ceteri habitualiter dissentiens, & non debet baptizari. *Scotus ibidem l. B.*

113 Int. Quid intelligendum est per illud immediatè? Resp. intelligendum est, quòd inter usum rationis, & carentiam illius, non intercedat alius actus voluntatis intermedius, quia ille potuisset esse actus oppositus, & sic vel fuisset, vel non fuisset baptizandus, eo modo, quo adultus se habuisset ad talem usum. *Scot. ibid. l. B.*

114 Int. Expedit ne talem baptizare; multa enim licent, quæ non expediunt? Resp. quòd si speretur eum reuerturum ad sanitatem, & ad usum rationis, tunc magis expedit expectare tempus, quo utatur ratione, vt de dormiente tempus vigiliæ expedit expectare, & de furioso tempus lucidi interualli; si autem non speratur sanitas, vt de illo, qui incidit in perpetuum impedimentum vsus rationis, cum expedit baptizare, si tamen est capax Baptismi, quia alias exponeretur periculo damnationis. *Scot. ibid. l. B.*

115 Int. Adultus habens usum rationis, sed non consentiens, est ne baptizandus? Resp. quòd non consentiens potest duplici modo sumi, vno modo contrariè, alio negatiuè; negatiuè, quatenus negat actualem consentium; contrariè, quatenus ponit actualem dissentium, & hoc modo dupliciter, vno modo dissentiens actu simpliciter, alio modo secun-

dum quid, si accipiatur non consentiens contrariè vtroque modo, non debet baptizari, & si baptizetur, non recipit Baptismum, quia Deus non vult aliquem inuitum adscribere familiæ suæ, quod fit per Baptismum. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 4. l. C. D.*

116 Int. Si aliquis adultus non consentiens vtroque modo, nec reclamans, nec protestans aliquo signo exteriori baptizaretur, deberet ne cogi ad obtemperantiam Christianæ legis? Resp. maximè deberet cogi, nec potest in hoc Ecclesia argui, quòd isti nolenti, tamen non reclamanti fiat iniuria, minus malum est, quòd inuitus seruet legem Christianam, quam quòd impunè permittatur agere contra illam, quia minus malum est inuitum aliqua bona facere, & mala fugere, quam impunè liberè mala agere, & bona dimittere. *Scot. ibid. l. B.*

117 Int. Si adultus simpliciter consentiens, & secundum quid dissentiens recipiat Baptismum, idest, eo modo, quo Ecclesia confert, verè ne reciperet Sacramentum? Resp. affirmatiuè, quia talis simpliciter est volens, licet nolens secundum quid, de quo loquitur Concilium Toletanum, quod allegatur Extr. de Baptis. & eius effect. cap. 3. *Maiores Ecclesie. §. Propter quod. Qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, &c. quia iam constat eos Sacramentis Diuini associatos, &c. Oportet, vt eadem, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur & fides, quam susceperunt, viliis, ac contemptuosis habeatur.* *Scot. ibid. l. E.*

118 Int. Quid est consentire simpliciter, & dissentire secundum quid? Resp. est consentire in illam ablutioem Baptismi suscipiendam, eo modo, quo confertur ab Ecclesia, & nolle, si posset euadere tormenta, quia non credit eam aliquid valere, quod patet de proijciente merces in mare, vt fugiat submersionem, hic vult simpliciter proijcere merces, quia voluntas mouet imperando potentiam motiuam ad proijciendum tamen est nolens secundum quid, hoc est, sub conditione, quia noleret, si posset alio modo salvare vitam. *Scot. 4. sent. dist. 4. quæst. 4. l. C.*

119 Int. Quomodo quis potest esse consentiens, & dissentiens modo prædicto? Resp. per exemplum, est aliquis, qui non credit verba incantationis posse habere aliquem effectum, tamen concedit incantanti, quod dicat illa verba super eum ea intentione, qua ipse solet ea dicere, dicendo in corde suo, valeant quantum valere poterunt, iste verè dicitur incantatus, & si talis incantatio super aliquem diceretur consecratio diabolo, ille esset diabolo consecratus: sic dicendum est de Baptismo collato simpliciter consentienti, & secundum quid dissentienti. *Scot. ibid. l. E.*

120 Int. Quænam est differentia inter baptizatum, qui sit dissentiens simpliciter, & baptizatum, qui sit dissentiens secundum quid? Resp. hanc esse differentiam, quia simpliciter dissentiens non recipit Sacramentum, & ideo cessante dissensu, esset

esset simpliciter baptizandus: dissentiens vero secundum quid tantum, si fuerit baptizatus, cessante tali dissensu, non est iterum baptizandus. *Scot. ibid. l. E.*

121 Int. Si quis non consentiat tantum negatiue recipit ne Baptismum? Resp. quod recipit Sacramentum, si consentit virtualiter, quia noluit Deus obligare hominem ad impossibile, vel secundum statum huius vitæ nimis difficile, sicut est non distrahi pro hoc statu, & ideo noluit Deus ponere salutem hominis in ista conditione, si non distrahatur, quod etiam dicitur de Sacerdote celebrante. *Scot. ibid. l. F.*

122 Int. Quisnam dicitur habitualiter consentiens? Resp. ille dicitur tali modo consentiens, qui aliquando habuit consensum actiualem, non interueniente dissensu, sicut dicitur est supra de futuro, talis enim sic vtens ratione recipit Sacramentum; quia non videtur propter aliquam conditionem, quod sit minus capax, si vtatur ratione, quam si prius vtus est, & non vtatur nunc, sed in tali non vtente nunc, prius tamen vtus, sufficeret habitualis consensus, sic igitur dicendum videtur de habitualiter prius consentiente. *Scot. 4. dist. 4. quæst. 4. l. H.*

123 Int. Veram adultus vtens ratione, negatiue se habens in assensu, & dissensu, tum actualiter, quam habitualiter; sit capax Baptismi? Resp. quod licet talis casus sit difficilis, tamen, si daretur, non

esset capax Baptismi, quia ex quo videtur ratione, oportet, quod habeat devotionem aliquam ad Sacramentum, si debeat illi valere, aliter videretur Sacramentum contumere. *Scot. ibid. l. l.*

124 Int. Adultus non respondens pro se, ut dormiens, potest ne baptizari? R. Ip. affirmatiue, dummodo esset habitualiter conscientis, licet consuetudo rationabilis, & laudabilis Ecclesie, aliud exoptulet, ut scilicet adultus respondeat pro se ipso, at tamen non expedit baptizari, sed expectare tempus, quo actualiter consentiat. *Scot. ibid. l. l.*

125 Int. Vtrum renuntiare diabolo, & pompis eius sit de necessitate Sacramenti? Resp. quod cum votum de renuntiendo diabolo, & pompis eius sit præcedens Baptismum, non est de Sacramenti necessitate, sed pertinet tantum ad eius solemnitatem. *Scot. ibid. l. k.*

126 Int. Quis est fictus? Resp. fictus dicitur ille, qui aliud præterdit interius, & aliud habet exterius. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 5. l. A.*

127 Int. Si aliquis adultus offenderet se recipere illam ablutionem baptismalem eo modo, quo confertur ab Ecclesia, & tamen oppositum haberet in anima reciperet ne Sacramentum, & gratiam? Resp. negatiue, quia talis est simpliciter volens respectu ablutionis Sacramentalis, licet sit volens respectu ablutionis simplicis; & si postea ille recederet à fictione, esset baptizandus. *Scot. 4. sent. dist. 4. quest. 5. l. A.*

128 Int.

128 Int. Potest ne Ecclesia illum cogere ad obseruandam Christianam legem? Resp. maxime, quia Ecclesia iudicat de manifestis, & præsumit partem meliorem, quando signa talem partem præterdunt, sicut est in casu, & ideo, cum Ecclesia præsumat illum consentisse in ablutionem Sacramentalem, possit eum cogere ad obseruantiam fidei Christianæ. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 5. l. A.*

129 Int. Est aliquis adultus, qui fingit se esse dispositum ad recipiendum Sacramentum, & tamen non est dispositus interius, vel quia non habet veram fidem, vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu, vel peccatum, de quo nullo modo atteritur, vel conteritur, talis recipit ne Baptismum? Resp. quod si loquamur de effectu, minime recipit, quia nolentem Deus non iustificat, & per obicem non recipit adultus hoc modo fictus gratiam Baptismi. Si loquamur de Baptismo recipit utique, puta illam ablutionem, prout traditur ab Ecclesia. *Scot. ibid. l. A.*

130 Int. Quid agendum erit, cum videatur iste esse perplexus, quia non patet sibi via salutis, cum non possit iterum baptizari? Resp. quod utiq; non potest reitorari Baptismus in tali ficto, non tamen est perplexus, cum pateat ei via salutis per veram penitentiam de illa fictione. *Scot. ibid. l. B.*

131 Int. Quare Baptismus non est reitorabilis? Resp. hoc fecit Deus, ne propter plenam remissionem, que fit tam poenæ, quam culpæ per Ba-

ptis-

pissimum, daretur ocalio sæpius delinquendi. *Scot. ibid. l. C.*

132 Int. Quomodo fictus habebit gratiam baptismalem, vel effectum Baptismi? Resp. per poenitentiam, per quam remittitur illa fictio; & ponitur casus; Adultus namque habens septem peccata mortalia, sed de sex solum est attritus, septimum vero peccatum actus illi placet, tunc illud septimum est causa fictionis, imò peccavit nouo peccato, propter irreuerentiam factam Baptismo, tunc non est necesse quod iterum de septem atteratur, sed sufficit, quod verè poeniteat de illo septimo, & de illa fictione, & sic illa fictione recedente, quæ fuit impedimentum effectus, Deus confert gratiam baptismalem, contra alia peccata, quæ fuerint deleta in Baptismo, nisi fictio occurrisset. *Scot. 4. sent. dist. 4. quæst. 5. l. C.*

133. Int. An tunc esset dimidiata poenitentia? Resp. quod non esset dimidiata poenitentia, quia poenitentia vera perfecte reconciliat Deo, & per consequens nullum peccatum relinquit, præcipue loquendo de peccatis post Baptismum, quæ omnia sunt obiectum poenitentiar; sed quando sunt commissa ante Baptismum, non sunt omnia obiectum poenitentiar, & ideo hec lex per Baptismum deleatur, septimum vero, quod fuit causa fictionis, deleatur per poenitentiam, non dicitur poenitentia dimidiata, vel venia, sed tota à Deo. *Scot. ibid. l. D.*

134 Int.

134 Int. An possit dici quod illa sex peccata deleantur per poenitentiam, si remanent post Baptismum? Resp. Quod utique peccatum commissum, vel omnino inherens post Baptismum, quatenus scilicet de illo non fuit contritus non deletur, nisi per poenitentiam, sed illa sex fuerunt commissa prius, & nullum illorum fuit causa, quod ipsa non fuissent deleta, sed solum illud septimum, & ideo de illo sufficit contritio, vel confessio, vt Baptismus suam efficaciam tribuat. *Scot. ibid. l. D.*

135 Int. Quænam est differentia inter modum remittendi peccata per Baptismum, & modum remittendi peccata per poenitentiam? Resp. quod in Sacramento Poenitentiar Sacerdos dimittit peccata per modum iudicij, & arbitrij, sed in Baptismo non dimittit, nisi virtute Sacramenti absque iudicio, vel arbitrio. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 1. l. D.*

136 Int. Quænam peccata expellit Baptismus? Resp. omne peccatum, quod inuit vsque tunc, culpam verò quæ tunc inest actu, vel quæ actu de nouo committitur, vel de qua nulla est contritio, non expellit, non est defectu Baptismi, sed quia inuenit obiectum contrariæ voluntatis. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 5. l. II.*

137 Int. Quisnam grauius peccat fictus in Baptismo, vel lapsus post Baptismum? Resp. quod lapsus quantum ad aliquid grauius peccat, quia cadit à prima gratia, fictus tamen grauius peccat, quia facit irreuerentiam Sacramento. *Scot. ibid. l. F.*

138 Int.

138 Int. Quando fictus recipit effectum Baptismi? Resp. quando se premitet de fictione, quia tunc fit filius Regni, & non obligatur amplius ad recipiendum Baptismum, ad hoc ut sit filius Regni, quia præceptum implevit de recipiendo Baptismo, & potest dici baptizatus non in Christo, sed in Christi nomine. *ibid. l. G. H.*

139 Int. Quid acquiritur per Baptismum? Resp. multa bona acquiritur, sed baptizatus præcipue per Baptismum induit Christum, id est, adscribitur familiæ Christi. *Scot. ibid. l. H.*

140 Int. Vtrum Iustificati teneantur ad receptionem Baptismi? Resp. quod quando Baptismus fuit promulgatus per modum præcepti, quilibet tunc iustificatus qualiscumque tenebatur ad Baptismum, dummodo non fuerit cum illo à Deo specialiter dispensatus, tenetur, inquam, ad illum affectu, & pro loco, & tempore tenetur effectu; si permanserit Viator, & hoc, quia in tali promulgatione nullus excipitur. *Scot. 4. sent. d. 4. q. 6. lit. A.*

141 Int. Quare Iustificatus etiam tenetur ad Baptismum? Resp. quia quilibet Viator tenetur esse membrum Ecclesie militantis, non solum in scientia Divina, sed etiam quantum ad notitiam aliorum membrorum, cum quibus debet communicare propter obseruationem legis, & eos non scandalizare, sicut faceret, si non reciperet Baptismum; nam alij haberent occasionem iudicandi ipsum contemnere communitatem. *Scot. ibid. l. A.*

142 Int.

142 Int. Vtrum Apostoli fuerint baptizati? Resp. possibile est illos esse baptizatos; nam fuerunt Sacerdotes, & Ordo Sacerdotij, saltem de congruo supponit Baptismum. *Extra de Presbytero non baptiz. cap. 3. Veniens ad Apostolicam sedem; nec videtur Christus cum Apostolis dispensasse, cum nulla fuerit necessitas dispensandi. Scotus 4. sententi. dist. 4. quest. 6. lit. B.*

143 Int. Vtrum Beata Virgo Maria fuerit baptizata? Resp. affirmatiue, tenendum est, nisi forte illa fuisset excepta ab illa lege, ac de ea fuisset ratio dispensandi, quia forte habuit (ut alibi dictum est) in conceptione filij illam plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam peruenire. *Scot. ib. l. B.*

144 Int. Vtrum baptizatus Baptismo sanguinis, si postea remaneat Viator, teneatur baptizari Baptismo fluminis? Resp. affirmatiue; tenetur enim effectu, & effectu pro loco, & tempore; si autem fuerit ille Baptismus completus, non tenetur, quia Sacramenta non habent locum, nisi pro statu vite. *Scot. ibid. l. C.*

145 Int. Vtrum Iustificatus frustra recipiat Baptismum? Resp. negatiue, quia tunc gratia, augetur, dummodo prius non peruenierit ad terminum, & si forte prius peruenierit, additur ibi meritum obediendo præcepto Diuino; nec tunc signum esset falsum, sed verum non respectu gratiæ infieri, sed inesse, & ob id nulla penitus iniuria heret Sacramento, quo etiam significaretur ablutio à peccato

tam-

tamquam infienda, quantum est ex parte Sacramenti, si aliquod peccatum incideret, a quo anima esset abluenda. *Scor. ibid. l. C.*

146 Int. An passio Christi æqualiter fuerit pro omnibus? Resp. quod pro nobis efficacius fuit, quam pro Patribus veteris legis, quia obsequium præstitum ad maius bonum retribuendum, & magis acceptatur, quam beneficium præsum: sicut Passio Christi, quæ pro illis fuit præuisa, & pro nobis exhibitæ. *Scor. 4. sent. dist. 4. q. 7. l. C.*

147 Int. Baptizati æqualiter ne recipiunt Baptismum? Resp. quod loquendo in ordine ad Deum, qui prædestinavit electos ad certum gradum gloriæ antecedenter ad determinationem talis signi, potest esse maior gratia baptismalis in vno, quam in alio, & hoc speciali benivolentia Diuina: Vel potest dici, quod ex parte causæ principalis, nempe Dei, effectus Baptismi regulariter est æqualis simpliciter in omnibus: si vero loquatur de causâ meritoria, potest dici, quod illa scilicet Christus efficacius operatus sit ad gratiam in vno, quam in alio, & sic Baptismi gratia non sit æqualis. *Scor. ibid. l. A. B. C.*

148 Int. Vtrum fuerit æqualis gratia in Circumcisione, sicut in Baptismo? Resp. quod non propter inæqualem applicationem causæ meritorie ad eos, qui recipiunt Baptismum, & ad illos, qui recipiunt Circumcisionem. *Scor. ibid. l. C.*

149 Int. Vtrum baptizati ante Passionem, & baptizati

ptizati post Passionem Christi recipiant æqualem gratiam? Resp. potest dici, quod sit inæqualis propter inæqualem applicationem causæ meritorie, quæ, vt dictum est, fuit Christus. *Scor. ibid. l. C.*

150 Int. Vtrum in ordine ad suscipientes Baptismum, scilicet pueros, sit gratiæ inæqualitas? Resp. quod loquendo inter paruulos non potest esse inæqualitas, quia nullum motum habent ad gratiam ex parte sui recipiendam, tamen respectu Parentum, vel Ministrantium, vel Baptismo assistentium, propter quorum merita Deus potest conferre vni paruulo maiorem gratiam, quam alteri, ratione meriti, non virtute Sacramenti, tunc potest esse inæqualitas, quod patet de B. Nicolao, cui Parentes orationibus meruerunt maiorem gratiam, quæ erat in paruulo tam mirabilis effectus, vt duobus diebus in Hebdomada vnica tantum lactatione contentus maneret: hinc optandum est magis puerum baptizari a bono Sacerdote, quam a malo. *Scor. 4. sent. dist. 4. q. 7. l. D.*

151 Int. Quid dicendum de adultis? Resp. affirmatiue, quia adulti possunt esse inæqualiter dispositi per motum proprium, & sic recipere inæqualem gratiam, quia in Sacramento confertur gratia, secundum proportionem dispositionis in suscipiente, quæ potest esse inæqualis, & sic inæqualis effectus. *Scor. ibid. l. E.*

152 Int. Vtrum sit inæqualitas gratiæ inter paruulum, & adultum? Resp. affirmatiue, quia paruulum, & adultum

lus nullum habet meritum: Adultus verò quantumcumque tenuem habeat voluntatem, dum tamen contentiam recipere Sacramentum, nec ponat aliquem obicem, videtur habere meritum proprium, & sic erit magis dispositus, & maiorem gratiam recipiet. *Scot. ibid. l. E. F.*

153. Int. An melius sit recipere Sacramentum Baptismi à bono Sacerdote, quam à malo? Resp. affirmatiue, quia orationes Sacerdotis boni, quas multas facitante, & post Baptismum, magis exaudiuntur, & valent illi, pro quo fiunt, quam orationes Sacerdotis mali. *Scot. ibid. l. D.*

154. Int. Vtrum peccata venialia causent indispositionem in adulto? Resp. negatiue, quia veniale peccatum non prohibet gratiam infundi, nec etiam actum meritorium simul habere, & sic non causet indispositionem; tamen actus ille cum peccato veniali potest esse minus intensus, & ideo minus meritorius, quam foret sine illo. *Scot. ibid. l. F.*

155. Int. A quo Baptismus magis dependet, à conferente, vel à suscipiente? Resp. quod quantum ad esse Sacramentum, magis dependet à ministro, in quo requiritur intentio, sed quantum ad inaequalitatem effectus dependet à suscipiente, scilicet adulto. *Scot. ibid. l. G.*

156. Int. Quid faciendum de puero exposito? Resp. quòd si inueniatur paruulus cum aliquibus signis certis, quòd non sit baptizatus, sicut solent

lent facere mulierculæ, quæ paruulo apponunt sal, sicut fit illis, qui deportantur ad baptizandum tunc absque aliqua hæsitacione baptizandus est absolute; si autem talia signa non inueniuntur, nec potest haberi certitudo per viciniam, vel per testimonium fide digni, quòd sit baptizatus, tutius est illum baptizare, vtens illa forma conditionata, vt habetur *extra de Baptismo, & eius effect. cap. 2. de quibus dubium est. Scot. 4. sent. dist. 4. quest. 8. l. A.*

157. Int. Vtrum paruuli Hebræorum, & infidelium sint inuitis parentibus baptizandi? Resp. affirmatiue; Princeps enim, cui tales infideles in regimine Republicæ sunt subiecti, posset hoc facere; nam in paruulo Deus habet maius dominium, quam pater; Princeps igitur debet auferre paruulos à dominio parentum, & zelare pro domino seruando supremi Domini, scilicet Dei, & sic applicare, illos paruulos cultui Diuino, quòd non potest fieri sine Baptismo, & sic, si Princeps hoc faceret cum bona cautela, ne scilicet parentes prius cognoscentes hoc, pueros occiderent, & quòd baptizatos faceret religiose educare, bene faceret. *Scot. 4. sent. dist. 4. q. 9. l. A.*

158. Int. Vtrum parentes infideles essent cogendi ad Baptismum? Resp. quòd bene, imò religiose fieret, si ipsi parentes cogentur minus, & terribus ad suscipiendum Baptismum, & conseruandum postea susceptum, quia quamuis non essent veri

veri fideles in animo, tamen minus malum esset eis, non posse impunè legem suam illicitam seruare, quam posse eam libere seruare, & filij eorum in tertia, & quarta generatione essent verè fideles, quod fuit commendatum in Concilio Tolitano, quando temporibus religiosissimi Principis Alsebuici infideles ad Christianitatem coacti sunt.

Scot. ibid. l. A. B.

159 Int. Quid faciendum esset pro veritate prophetæ Isaiæ cap. 9. quam recitat Paulus ad Rom. cap. 10. *Reliquia Israhel conuertentur in fine?* Resp. quod sufficit aliquos paucos in aliqua insula sequestratos permitti legem suam seruare, de quibus tandem adimpleretur propheta prædicta, reliqui verò essent coarctandi ad fidem suscipiendam. *Scotus 4. dist. 4. q. 9. l. B.*

160 Int. Quodnam bonum ex hoc sequeretur? Resp. præter quod dictum est, sequeretur, quòd non tanta multitudo adhereret Antichristo, vt Dominus Iesus dixit Ioan. cap. 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me; si autem alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.* Sic igitur illi subuertendi sunt, quòd non fieret, si prius eorum parentes fuissent Christiani: Et licet deinde uita destructione Antichristi: illi qui adhererunt conuertentur; tamen pro tam paucis, & tardè conuertentibus, non oporteret tot ludæos in tot partibus mundi, tantis temporibus sustinere in lege sua persistere, quia finalis fructus de eis Ecclesiæ est, & erit modicus. *Scot. ibid. l. A. B.*

161 Int.

161 Int. Vtrum malitia ministri impediat conferri verum Baptismum? Resp. negatiuè, dummodo malitia culpæ malus minister seruet modum Ecclesiæ; nec ad probandum, hoc est alia ratio nisi quia sic Deo placuit instituire Baptismum, ne ministri malitia Sacramentum, nec eius effectum impediret; nam Deus afficit tali signo pratico independentem, & antecedentem ad conditionem Ministri; at si loquamur de malitia quatenus Minister non intendit conferre Sacramentum, tunc utriusque impedit. *Scotus 4. sent. dist. 4. q. 4. l. K. & dist. 5. q. 1. l. A.*

162 Int. Quid resulcarent si malitia ministri impediret? Resp. quòd tunc Baptismus non esset in magnum remedium viatorum, quia nullus potest esse certus de alterius bonitate, & sic non esset certus se recepisse Baptismum, quòd est inconueniens. *Scot. ibid. l. A.*

163 Int. Quid agendum, cum quis non sit certus de intentione Ministri? Resp. hoc non obstat, quia probabiliter præsumi potest, quòd Minister talem actum exercens, intendit facere illud, ad quòd actus secundum se ordinatus est, quòd non potest dici de sanctitate, vel bonitate Ministri. *Scot. 4. sent. dist. 5. quest. 1. l. A.*

164 Int. Vtrum baptizatus ab hæretico sit rebaptizandus? Resp. quòd si hæreticus baptizet in forma, & intentione Ecclesiæ nihil obest paruulo, nec quantum ad Sacramentum, nec quantum ad ef-

ad effectum, & sic non est iterum baptizandus; nec obstat de Cypriano Martyre, qui aliter sustinuit, quia non fuit hoc punctum suo tempore definitum & ideo non peccauit, nisi venialiter, nimis persistendo in hac opinione, nulla auctoritate, vel ratione cogente, quamvis oppositam sententiam paratus esset affirmare, si Ecclesia determinaret. *Scot. ibid. l. B. C. D.*

165 Int. Vtrum recipiens Baptismum à malo Sacerdote peccet mortaliter? Resp. quòd loquendo de malo ministro, puta, præciso totaliter scilicet ab hæretico & schismatico, vel de tali ad tempus, scilicet ab excommunicato, potest, & debet adultus recipere Baptismum à tali præciso, si alium ministrum non inueniat, nec possit habere; at si loquamur de paruulo, si vrgeat periculum mortis, pater eius debet à tali præciso, si nullus alius possit haberi, vel alius expectari, baptismum petere; nimis enim durum est dicere, quòd teneatur paruulum suum perpetuo damnari permittere, cum possit habere aliquem, qui eum baptizet, cum saluetur, à quocumq; baptizetur, etiam si paganus baptizaret, secundum illud de *Consecrat. dist. 4. can. 23. Romanus Pontifex, & can. 26. Baptismus talis* quia, vt dicit August. *Non exhorret columba ministerium malorum. Scot. 4. sent. dist. 5. q. 2. l. B. C.*

166 Int. Vtrum excommunicatus videns paruulum non baptizatum in periculo mortis, possit eum baptizare? Resp. affirmatiuè: nam si talis præcisus habens

habens panem videat fame morientem, debet subuenire, multò magis debet illi subuenire in tali casu cum quis magis teneatur diligere vitam eius spiritualem, quam corporalem. *Scot. 4. sent. dist. 5. q. 2. l. A.*

167 Int. Vtrum à malo Sacerdote, scilicet vitæ scandalosæ, & notoriæ possit quis recipere Baptismum? Resp. quòd si talis malus Sacerdos notoriè malus, fuerit Parochus, & Curatus, competat ex officio conferre Baptismum, potest ab eo quis Baptismum recipere, & non peccat; Si autem non est Curatus, debet alium querere, & si melior non inuenitur, potest ab illo Baptismum recipere. *Scotus ibidem l. D.*

168 Int. Vtrum sit melius recipere baptismum à bono Laico, quam à malo Sacerdote? Resp. quòd melius est recipere à malo Sacerdote, quia hoc officium ei datum est ab Ecclesia ad ministrandum, quod non est datum Laico. *Scot. ibid. l. E.*

169 Int. Vtrum petens Baptismum à malo Sacerdote sit causa peccati, quia petit illum actum, à quo non potest exerceri sine peccato? Resp. negatiuè; quia petens Baptismum non cooperatur Sacerdoti directè ad peccatum mortale, quia petit sibi actum debitum, qui actus posset etiam solui sine peccato, si Sacerdos contereretur; vnde quantum est ex parte petentis magis necessitat Sacerdotem ad poenitendum, quam ad actum peccandi; Si verò ille non poeniteat, nihil imputandum est petenti,

petenti, quia petit, non in quantum est peccatum, sed in quantum debitum. *Scor. 4. sent. d. 5. q. 2. l. G.*

170 Int. Vtrum possit recipi Baptismus à simoniacò? Resp. quòd si Sacerdos petat pretium pro actu Baptismi, tunc sit simoniacus perfecte, & ab eo nullo modo Baptismus est recipiendus, quia peccaret mortaliter, estò quòd nullus esset in Provincia, qui posset eum baptizare, & quamvis paruulus esset in periculo damnationis, nihilominus, dum non posset Pater, vel alter exponens eum baptizare, vel quia mancus, vel quia mutus esset, debet dimittere paruulum mori sine Baptismo, quia non sunt faciendæ mala, vt inde eueniant bona, & quilibet debet magis diligere se ipsum, quam proximum, & per consequens magis in se ipso vitare peccatum mortale, quam in alio damnationem, quamvis talis casus de difficili contingant. *Scor. ibidem l. H. I.*

171 Int. Quid esset agendum in tali casu ad vitandam simoniam? Resp. posset tunc offerens, & exponens emere à Sacerdote aquam, quamvis esset consecrata, non habendo respectum ad consecrationem, sed quia tantum illa aqua valet, quantum non consecrata, quomodo licet vendere Calicem consecratum nullo modo habendo oculum ad emendum, vel vendendum consecrationem. *Scor. 4. sent. dist. 5. quæst. 2. l. I. K.*

172 Int. Si Sacerdos intenderet vendere actum baptismationis, quid esset agendum? Resp. quòd tunc

tunc offerens posset emere illum actum, non in quantum est actus Sacramentalis, sed intendens laborem Sacerdotis in illo actu. *Scor. ibidem l. K.*

173 Int. An aliquis debeat ministrare Sacramentum Baptismi, quando præsumitur baptismationem vigere in periculum vitæ corporalis eius, qui suscipit? Resp. quòd non, quando præsumptio de morte illius est certa ex signis certis, vt si quando ad baptizandum deberet paruulum in puteum proijcere, quia tunc peccaret mortaliter, secus autem dicendum est, si non est mortis certa præsumptio. *Scor. 4. d. 5. q. 3. l. A.*

174 Int. An puer sic submersus in puteum, esset baptizatus? Resp. quòd talis non esset baptizatus, quia baptismalis ablutio est ordinata ad vitam, & non ad mortem; talis autem demersio potius esset ad mortem quam ad vitam, & ideo nihil faceret. *Scor. ibidem l. A.*

175 Int. Quid esset agendum, vt puer baptizetur? Resp. quòd si non habeatur vas ad aquam hauriendam, dimittendus est pannus aliquis in puteum, & ex eo exprimenda est aqua, vt talis puer baptizetur. *Scor. ibidem l. A.*

176 Int. Si adultus, vel paruulus esset in articulo mortis, quid esset agendum? Resp. quòd si dubitaretur de acceleratione mortis, illum baptizando, & ob id nollet eum baptizare, tunc Sacerdos haberet conscientiam erroneam, & tunc si nullus alius minister adesset, deberet illam conscientiam

erroneam deponere, & paruulum baptizare, ne damnaretur, quia de necessitate salutis tenetur ad vitam eternam, quam ad vitam temporalem; nam sicuti peccaret, non saluando in casu necessitatis vitam eius temporalem, v. g. permitiendo cum subtergi, nolendo ei manum porrigere ad extrahendum, multo magis peccaret mortaliter, permittendo illum damnari propter defectum Baptismi. *Scor. 4. sent. dist. 5. q. 3. l. A.*

177 Int. Quis baptizando cum tali conscientia erronea, peccaret ne? Resp. affirmatiue, peccaret mortaliter, quia secundum conscientiam erroneam faceret homicidium, & ideo debet dimittere illam conscientiam erroneam, quia praesumptio est facta, & irrationabilis, quia non multum noceret, etiam grauius infirmo parum aspergi de aqua, nam si aqua frigida noceret, saltem non noceret aqua tepida; Paruuli enim aqua tepida balneantur. *Scor. ibid. l. B.*

178 Int. Vtrum baptizans cum ita conscientia erronea, si postea sequatur mors, sit irregularis? Resp. minime esse irregularem, quia non est vere homicida, tamen post mortem illius sic baptizati, stante illa conscientia erronea, debet se habere tamquam irregularem, quia se habet tamquam homicida, sed cessante tali conscientia erronea, non oportet dispensationem, quia numquam fuit vere irregularis, nulla enim lex Ecclesiastica reddit irregularem, nisi vere homicidam. *Scor. ibid. l. C.*

179 Int.

179 Int. Quis debet cauere potius a baptizando infirmum constitutum in articulo mortis. Clericus, an Laicus? Resp. neuter debet cauere, quia neuter transgreditur praecipuum Diuinum de non occidendo; tamen stante tali conscientia erronea, Clericus haberet plura retractiua a tali Baptismo, pura & peccatum mortale, & irregularitatem, non sic Laicus. *Scor. ibid. l. D. E.*

180 Int. Vtrum solus Sacerdos possit baptizare? Resp. quod si loquatur ex necessitate, etiam Laicus potest baptizare; si vero ex officio, solus Sacerdos, quia per Baptismum recipitur baptizatus in Collegium Ecclesiae militantis, quae receptio pertinet & ad praesidentem, & ad habentem auctoritatem in Collegio, & ideo magis competeret Episcopo, qui maiorem habet auctoritatem, sed propter paruitatem Episcoporum, & multipliciter baptizandorum, regulariter conceditur Sacerdotibus. *Scor. 4. sent. dist. 6. quest. 1. l. D.*

181 Int. Quot modis fit Baptismus? Resp. tribus modis, scilicet per motionem corporis ad aquam, scilicet immergendo, vel per motionem aquae ad corpus, scilicet perfundendo, vel aspergendo. *Scor. ibid. l. A.*

182 Int. Quot requiruntur conditiones in Ministro baptizante? Resp. tres conditiones, scilicet quod habeat virtutem motuam, virtutem locutiua, & ratiocinatiua, scilicet vsum rationis, prima requiritur ad abluendum; secunda ad verba formae

formam proferendum; tertia ad intendendum; ideo vel mancus, vel mutus, vel demens non potest baptizare. *Scot. ibid. l. A.*

183 Int. Vtrum Angelus bonus possit baptizare? Resp. quod Angelus potest baptizare in corpore assumpto, cum habeat illas tres conditiones, nec esset baptizatus ille iterum baptizandus, quia tunc faceret ex Dei praecepto, sicut de Michaeli Archangelo, qui prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in Monte Gargano, asserens se dedicatam fuisse. *Scot. ibid. l. B.*

184 Int. Vtrum Angelus malus possit baptizare? Resp. affirmatiue, vt dictum est de Angelo bono, dummodo constaret hoc reuelatione Diuina, sine qua non esset ei credendum; tum quia Deus non ministrat Sacramenta salutis per exclusos finaliter a salute, tum quia, si non esset a Deo coarctatus propter inimicitiam, potius procuraret paruuli damnationem, eum baptizando incompletè, & imperfectè. *Scot. ibid. l. B.*

185 Int. Cui magis congruit baptizare? Resp. Homini viatori magis congruit, quia institutor Baptismi fuit homo, nempe Christus Dominus; tum quia in Sacramento est aliquid sensibile, & aliquid spirituale, & ideo magis ministro, qui sensu, & intellectu vitur, conuenit, quam Angelo qui est pure spiritualis; similiter quia per Baptismum aliquis adscribitur Ecclesiae militati, ergo magis congruum est hoc fieri per aliquem in illa Ecclesia existentem. *Scot. 4. d. 6. q. 1. l. C.*

187 Int.

187 Int. Vtrum duo Sacerdotes possint simul vnum baptizare? Resp. affirmatiue, possunt duo Sacerdotes vnum baptizare, quorum quilibet facit totum Sacramentum, quia non est verisimile, quod vnus faciens annullat factum alterius. Et si dicatur, quod vnus effectus non potest dependere a duabus causis totalibus? Resp. quod verum est de causis inducentibus formam effectiue in materiam, quomodo non se habent Sacerdotes, qui solum sunt Ministri; Deus enim est causa inducens formam, scilicet gratiam. *Scot. 4. dist. 6. q. 1. l. B.*

188 Int. Quare duo Sacerdotes non possunt simul vnum baptizare, alter illorum abluendo, & alter verba dicendo, cum ablutio, & prolatio sint duo distincta? Resp. ideo non possunt, quia nec ablutio per se sola, nec prolatio per se sola est aliquid absolute, sed bene vna cum altera sunt aliquid, quae non possunt, nisi ab vno efficiente fieri propter ordinationem principalis agentis, scilicet Dei, qui sic instituit, vt hoc signum non esset efficax, nisi totaliter ministraretur ab eodem. *Scot. ibidem. l. N.*

189 Int. Verum uterque simul abluens, sit uterque causa totalis? Resp. quod neuter est causa totalis illius abluionis, quomodo locumque fiat ablutio, quia vel immersio, vel infusio, vel asperio fit vno motu causato a virtute motiua amborum, sicut patet de duobus portantibus vnum pondus, quod alter solus portare possit. *Scot. ibid. l. C.*

190 Int.

190 Int. Quid dicendum est de forma ab utroque prolata, esset ne altera illarum prolationum superflua? Resp. difficile est, quin altera prolationum superflua, ita quod, verba ab vno prolata non sint per se pars vnius Sacramenti; sed quoniam sit superflua, & cuius Sacerdotis proferentis, difficile est assignare, quia est eadem ratio pro utroque: tamen secundum Scotistas dicitur, quod baptizatio, vel huius, vel illius valet, illius scilicet, cuius baptismum Deus accepit, sed determinate, cuius baptizatio valeat, nobis penitus incertum est, solus Deus nouit, & cui voluerit reuelare.

Scot. 4. sent. dist. 6. quest. 2. l. C.

191 Int. Vtrum sic baptizatus à duobus, esset bis baptizatus? Resp. negatiue, quia Sacramentum Baptismi magis est baptizatio passiuua, quam actiua, quia baptizatus proprie suscipit Sacramentum, & suscipit proprie abluentionem passiuam, & non actiuam; modo plurificata baptismatione actiua, non plurificatur passiuua, nec Baptismus, quia ablutio passiuua est vna, & sic tali modo baptizatus non potest dici bis baptizatus. Scot. *ibid.* l. D.

192 Int. Vtrum si essent duo Sacerdotes, quorum alter ablueret, alter vero verba proferret, verè baptizaretur? Resp. negatiue, nec talis esset verè baptizatus, nec est alia ratio, nisi institutio Dei, qui sicut voluit esse vnum principale agens, ita voluit habere vnum Ministrum in collatione integra Sacramenti, aliter alter illorum esset mendax.

dax, dicendo: *Ego te baptizo, &c.* cum ipse non baptizaret. Scot. *ibidem* l. E.

193 Int. Vtrum si vterentur forma Græcorum dicentium: *Baptizetur seruus Christi*, verè baptizaret? Resp. minime, quia illa forma non est simpliciter depræcatio, sed efficax operatio, vt sit sensus, per istum actum meum circa tealem baptizetur ille, & sic neque illi baptizarent. Scot. *ibid.* l. E.

194 Int. Vtrum vnus Sacerdos plures simul aspergens, vel fundens, & simul proferens verba in numero plurali, dicendo: *Ego vos baptizo*, verè baptizaret? Resp. quod vtrique baptizat simul plures, sed quia non seruat formam impostam sibi ab Ecclesia, peccat mortaliter; nisi forte esset tanta necessitas, quod immineret mors omnium illorum, vel quando singulos baptizando sigillatim, aliquis eorum foret mortuus antequam alios baptizasset. Scot. 4. sent. dist. 6. q. 2. l. F.

195 Int. An tali in casu excusaretur Minister baptizans à peccato mortali? Resp. quod quamuis videatur dubium, videtur tamen rationale ipsum excusari, quia ex quo fuit in potestate Ecclesie determinare istam formam ad illa verba: *Ego te baptizo*, non videtur, quod ipsa voluerit ita precise coarctare aliquem ad illam formam, vt per hoc alicui præcluderetur via salutis, sicut adueniret in casu, si ille Minister nollet, & non posset baptizare ea forma: *Baptizo vos*, ob peccatum mortale committendum. Scot. *ibid.* l. H.

196 Int. Vtrum in tali casu essent plures, vel vnus Baptismus? Resp. quod tenendo Sacramentum Baptismi esse passiuam baptismationem, potest dici, quod essent plures Baptismi, & licet forma sit vna, semel tantum prolata, tamen *ly vos*, vt dicunt Grammatici, includit in se singulare pluris genitum, & forma illa non est simpliciter vna. *Scor. ibid. l. G.*

197 Int. Quid agendum in baptizando Monstru? Resp. quod debet fieri diligens inquisitio antiquam baptizetur, vt habeatur distinctio personarum, scilicet si fuerint duae vel ne; & talis inquisitio potest haberi, vel ex patribus corporis, vt si sint duo capita, vel duae spine dorsii, vel duo corda, de quibus sit principale iudicium. *Scor. ibid. l. I.*

198 Int. Vtrum signum de duobus capitibus possit esse certum? Resp. non potest esse omnino certum, quia possibile est aliquam Cellulam in matrice esse perforatam per totam, praesertim in parte superiori, & tunc concurrerent partes seminis, cadentes in diuersis incastraturis matricis, pro tota parte inferiori, & tunc distinguerentur in parte suprema, & ibi formarentur duo capita, cum tamen reliqua materna non sufficeret, nisi pro formatione vnus personae. *Scor. 4. sent. dist. 6. q. 2. l. I.*

199 Int. Quodnam est signum euidentissimum distinguendi in Monstro? Resp. est per actum intellectus, & voluntatis; nam si sint duae animae, non est necessarium vnam scire quicquid sciat alia, & velle

velle quicquid vult alia, sed numquam, vel raro accidit duas esse animas, quin duo etiam sint capita, licet non e conuerso; quando igitur deprehenditur intellectum diuersitas, & voluntatum, vt velle, & nolle, tunc dicendum, quod sint duae animae, sicut de monstro adulto narratur in Francia, quod habebat duo capita, quorum vnum expressit nolle de eo, de quo aliud expressit velle; vnum enim voluit continere, & sobrie viuere, & aliud lasciuire, & crapulari, & cum vnum per os suum excederet, reliquum clamabat se grauari. *Scor. ibid. l. K.*

Ipsle pariter die 30. Octob. anni 1647. Velitris vidi monstrum bicorporeum duorum masculorum, quorum vnus vocabatur Lazarus, alter Ioannes Baptista Coloredo Ianuensis, 33. annorum: Lazarus erat vir humana perfectione formatus, varijs linguis loquebatur ambulabat, ac omni humano membro utebatur; Ioannes vero erat illi coniunctus in ventre cum magno capite, sed pendente, cum naso, ore, & clausis oculis, cum pilis in barba, atque caesare duobus brachijs, sed paruis manibus, & trium digitorum, cum vnica crure, ac pede quatuor digitorum, ac cum generationis organo; erat minimi sensus, solummodo tactus passiuus, non nihil actiue; Lazarus tantum pro vtroque tibus sumebat, & omnes vitales actus exercebat, quem etiam alloquentem saepe saepius Ioannes Baptista pungebat.

200 Int. Quid igitur agendum est de tali monstro? Resp. quod si potest haberi talis certitudo, quod sint partes pertinentes ad distinctas personas, debet vna pars, & altera perfundi cum reiteratione formæ in singulari super vtrumque; Si autem talis certitudo haberi non possit, baptizandus est saltem in illis partibus, quæ principaliter pertinent ad vnum, cum prolotione formæ in singulari, postea abluenda sunt alia monstri partes, quæ non videntur principaliter pertinere ad illum primum, & hoc cum forma, quæ seruanda est in illis, de quibus est dubium, vt ponitur *extra de Baptismo & eius effect. cap. 2. De quibus dubium. Scot. 4. sent. dist. 6. q. 2. l. l.*

201 Int. Vtrum si Sacerdos credens baptizare vnam personam, baptizaret aliam, illa esset verè baptizata? Resp. affirmatiuè, dummodo haberet intentionem baptizandi personam sibi præsentem; non enim requiritur mutus, & voluntarius contractus in hoc Sacramento, sicut in Matrimonio. *Scot. 4. sent. dist. 30. q. 1. l. l.*

202 Int. Vtrum ablutio, & prolatio formæ requirantur esse simul in Baptismo? Resp. affirmatiuè; requiritur enim istorum simulatas, quia sic Christus instituit hæc duo tanquam vnum signum completum ad signandum effectum, ita quod neutrum esset signum sine alio. *Scot. 4. sent. d. 6. q. 3. l. A.*

203 Int. Qualis simulatas inter ista requiritur? Resp. quod non debet esse simulatas instantanea, id est

id est vltimi instantis prolotionis verborum, & abluitionis, sicut volebat quidam Decretista, qui *caus. 1. q. 1. cap. Detrahe verbum*; dicebat aquam non esse Sacramentum, nisi quando coniuncta est cum verbo, scilicet in vltima prolotione formæ, & si tunc puer non est in aqua, dicebat non esse baptizatum; non requiritur inquam talis simulatas, neque tanta simulatas est necessaria, quia Apostoli baptizantes in vno die tria millia hominum, non temper cum vltima syllaba formæ asperferunt; ita quod aqua tengerit baptizatum; & ideo talis simulatas requiritur, qualis requiritur in actibus humanis & est quando homo incipit vnum, antequam totaliter finiat alterum, & indifferenter è conuersio. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 3. l. B.*

204 Int. Vtrum si Sacerdos faceret vnam infusionem, & deinde inciperet formæ verba, & profloquens si eundam infusionem diceret alia verba, esset sufficiens simulatas? Resp. quod dum prolatio non terminetur ante inceptionem abluitionis, vel ablutio finiat ante inceptionem prolotionis, semper talis simulatas est sufficiens ad Baptismum. *Scot. ibid. l. B.*

205 Int. Vtrum aqua possit in aliquo instanti dici Sacramentum? Resp. negatiuè, quia aqua nec ante prolotionem, nec in prolotione, nec in vltimo instanti, & breuiter neque cum verbis, neque sine verbis, sed bonè ablutio in aqua est Sacramentum, quæ ablutio non potest bibi; hinc non sequitur, quod

quod Afinus possit bibere Sacramentum, sicut quidam imprudenter tenebat. *Scot. ibid. l. B.*

206 Int. Vtrum sit necessaria eadem similtas in Sacramento Altaris, scilicet in verbis consecrationis Panis, & consecrationis Vini? Resp. quod non; quia non est talis vinitas inter species Panis, & Vini, qualis est in Sacramento Baptismi; nam potest consecrari Hostia sine Vino, & verè tunc continer Corpus Christi, sed verba in Baptismo nihil sunt sine ablutione, sicut nihil est ablutio sine verbis. *Scot. ibid. l. C.*

207 Int. Vtrum quis possit baptizare se ipsum; An requiratur necessario, quod baptizans sit personè distinctus à baptizato? Resp. affirmatiuè, scilicet quod baptizans sit distinctus à baptizato; nam Dominus Iesus baptismi institutor voluit ab alio baptizari, scilicet à Ioanne; Similiter idem Christus Dominus, quando misit Apostolos ad baptizandum, dixit: *ite, baptizantes omnes gentes*, vnde baptizantes expressit in secunda persona, baptizandos verò expressit in persona tertia; Probatur etiam, quia Baptismus est spiritalis generatio, vnde sicut in carnali generatione idem non potest esse generans, & genitus, sic in illa spiritali, idem non potest esse baptizans, & baptizatus & habetur *extra. de Baptis. & eius effect. cap. 4. Debitum*. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 4. l. 2.*

208 Int. Quare Sacerdos non potest dare sibi baptismum, sicut potest sibi dare Eucharistiam? Resp.

Resp. quod non est par ratio, quia illa susceptio Eucharistie est benè Sacramentalis, sed non est Sacramentum; at baptismus est Sacramentum, & ideo non potest à se ipso suscipere; & quamuis Sacerdos in vtroque sit minister; tamen ministrare Sacramentum Eucharistie non est Sacramentum, quia hoc Sacramentum non consistit in vfu, & in fieri, sed in facto esse, sed ministrare Sacramentum Baptismi est Sacramentum, quia Sacramentum Baptismi essentialiter in vfu, & in fieri consistit. *Scot. ibid. l. B.*

209 Int. Vtrum in baptizante requiratur intentio baptizandi? Resp. affirmatiuè; oportet enim ministrum habere intentionem respectu actus, quem exercet, prout requiritur in quocumque homine voluntariè agente aliquem actum humanum, propriè loquendo de actu humano, qui scilicet ab homine, vel per intellectum, vel per voluntatem causatur, excludendo actum casualem, & fortuitum. *Scot. 4. sent. dist. 6. quasi. 5. l. B.*

210 Int. Vtrum requiratur intentio finis, propter quem talis actus Baptismi exercetur? Resp. quod si loquamur de fine vltimo, & remoto, scilicet quod baptizatus sit filius Regni non requiritur in baptizante, quia Paganus baptizans non intendit ordinare illum ad vitam æternam; si verò loquamur de fine proximo, scilicet quod baptizatus fiat Christianus, siue membrum Ecclesie militantis; utique requiritur intentio finis siue sit finis proximi

mi in particulari, scilicet vt baptizatus intret in legem Christianorum seruandam, siue in generali, scilicet vt intendat facere circa illum quod intendunt facere Christiani circa suos. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 5. l. C.*

211. Int. Vtrum Paganus baptizando habeat intentionem requisitam ad Baptismum? Resp. quod si Paganus habeat intentionem ad finem Baptismi proximum, non verò remotum, siue in particulari, siue in generali, scilicet intendat baptizatum intrare in legem Christianorum seruandam, vel intendat circa illum facere, quod solent facere Christiani circa suos, tunc habet sufficientem intentionem, & verè baptizat. *Scot. ibid. l. C. G.*

212. Int. Quare ad Baptismum requiritur intentio respectu finis proximi, & non respectu finis ultimi? Resp. quia Deus voluit, quod actus Baptismi exercitus à ministro, esset actus humanus; non intelligitur humanus in natura, quia tunc nulla esset differentia inter abluionem baptismalem, & alias lauaciones, sed in quantum est actus alicuius ministri exercentis signum Dei; sic igitur debet intendere finem illius actus, vt est sibi impositus; finis autem ultimus, scilicet ordinare ad vitam æternam, non est finis illius vt humanus est, & ideo non requiritur intentio illius finis. *Scot. ibid. l. C.*

213. Int. Vtrum baptizans, seu minister sit instrumentum Dei? Resp. quod quantum ad abluionem minister est causa secunda, etiam si consideretur abluio

abluio vt Sacramentalis; quantum verò ad principalem effectum Baptismi, scilicet gratiæ, potest dici instrumentum respectu Dei, eo modo, quo agens dispositiuum dicitur instrumentum respectu perficientis. *Scot. ibid. l. F.*

214. Int. Vtrum intentio sit pars Sacramenti? Resp. quod intentio, quæ non est aliquid sensibile, non est quid intrinsecum Sacramenti, sed quid extrinsecum, solummodo necessario requisitum ex parte agentis. *Scot. ibid. l. G.*

215. Int. Vtrum cum ebriosus non habeat perfectum usum rationis, possit baptizare? Resp. quod si ebriosus est actu ebriosus, & totaliter eius ratio impeditur, tunc non potest baptizare, quia non habet intentionem; si autem non est actu ebrius, sed solum inclinatus, tunc quando non est ebrius, & per consequens non impeditur, potest baptizare. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 5. l. G.*

216. Int. Quotuplex est intentio? Resp. triplex, actualis, habitualis, & virtualis; Intendere actualiter est habere actum elicitem respectu eius, quod intendit; Intendere habitualiter est habere habitum inclinatum illum ad talem actum; Intendere virtualiter est intendere aliquid virtute alicuius intentionis prius actualiter habitæ, qua quis facit omnia ex illa tamquam ex radice. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 6. l. A.*

217. Int. Vtrum in baptizante requiratur intentio actualis? Resp. quod non requiritur intentio actualis.

actualis, quia non minus sufficit in ministro intentio ad merendum, quam ad Sacramentum conferendum; ad merendum autem non requiritur intentio actualis, quia distractus in opere incepto meritorio etiam meretur, sicut potest dici de illo, qui intendit ire ad S. Iacobum, & de Martyre intendente habere martyrium; sic igitur ad conferendum Sacramentum Baptismi non semper requiritur intentio actualis. *Scot. ibid. l. 1. A.*

218 Int. Quare non semper requiritur intentio actualis? Resp. quia est valde difficile, si non impossibile, illam habere; hinc Deus non obligavit hominem ad nimis difficile, sicut est non distrahi; ut dicit *D. August. cap. 3. de lib. Arbitr. Non est in potestate nostra quin distrahimur. Scot. ibid. l. 1. C.*

219 Int. Vtrum sufficiat intentio habitualis in baptizante? Resp. minime, quia talis intentio habitualis non est sufficiens, ad hoc ut aliquis actus sit humanus, sicut est actus baptizandi; nam sicut habens habitum inclinans ad desiderium sanitatis, si curatur non intendens sanitatem, sed intendens ludum, tunc non dicitur consequi sanitatem per aliquem actum humanum, sed fortuito, & casualiter, non magis, quam si non habuisset intentionem ad sanitatem; sic esset in casu. *Scot. 4. sent. d. 6. q. 6. l. C.*

220 Int. Vtrum sufficiat intentio virtualis? Resp. affirmatiue, hoc est, quod prius habuerit intentionem actualem, ex qua descendit postea actus bapti-

prizandi, siue in actuali baptizante habeat actu intentionem actualem, siue non, dummodo non interueniat actus contrarius voluntatis. *Scotus ibidem l. 1. D.*

221 Int. Si intentio actualis non est tunc, neque alia est quae imperet actum baptizandi, quomodo aliquis effectus potest ad illam reduci? Resp. quod voluntas habet volitiones suas ordinatas, scilicet finis & eorum, quae sunt ad finem & cum aliquem volitionis actum emittit, & imperat actum potentiae inferioris correspondentis, potest ille actus imperatus manere, licet non remaneat volitio, siue intentio ad finem, & ad media, & sic dum manet ille actus inferior imperatus, voluntate quantumcumque distracta, dicitur manere intentio virtualis quae sufficit. *Scot. ibid. l. 1. E.*

222 Int. Vtrum Baptismus possit reiterari, ita quod si homo bis baptizaretur, in secundo baptismo acquirat gratiam? Resp. negatiue, & habetur de Consecr. dist. 4. can. 108. *Rebaptizare haereticum hominem, qui hac sanctitatis signa suscepit, quae Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est; Rebaptizare autem Catholicum, immensissimum scelus est, & nulla ratio est, nisi quia Deus sic instituit, & rationabiliter, quia peccatum originale, contra quod est institutum hoc Sacramentum, non potest iterum contrahi, sic neque remedium suscipi; Similiter si posset replicari, esset hoc maximum incentiuum delinquendi, cuius frequenter plenam similitudinem*

sionem peccatorum posset habere, & quamvis reiteretur penitentia, quæ est remedium relabentium, tamedum illa non est sine magna pœna soluenda pro peccato, quod non possit dici de Baptismo. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 7. l. ant. A. B.*

223 Int. Quenam est pœna reiterantium Baptismum? Resp. quod tam suscipiens, quam conferens, si scienter faciunt, sunt irregulares, & habetur *Extra de Apostatis, c. 2. Ex literarum tuarum. Scot. 4. sent. dist. 6. q. 8. l. B.*

224 Int. Vtrum ignorantia iuris excuset vtrumque? Resp. quod loquendo de ignorantia iuris Divini, ac iuris Canonici prohibentis Baptismum reiterari, non excusat nec à peccato, nec à pœna infligenda pro eo. *Scot. ibid. l. A.*

225 Int. Quisnam potest dispensare ab irregularitate sic contracta per reiterationem Baptismi? Resp. quod si irregularitas est publica, dispensatur per Papam, si fuerit occulta, forte per Episcopum dispensatur. *Scot. ibid. l. B.*

226 Int. Vtrum si per dubium fiat Baptismi reiteratione, incurratur irregularitas? Resp. quod si dubium fuerit verisimile, & in reiteratione utatur minister forma, quæ solet adhereri in dubijs, non incurritur. *Scot. ibid. l. B.*

227 Int. Vtrum suscipiens ignoranter bis Baptismum sit irregulari? Resp. affirmatiuè, patet de *Consecr. dist. 4. can. 117. Qui bis ignoranter, ubi dicitur: Qui bis ignoranter baptizatus sunt, non indi-*

guntur

gent

gent pro eo penitere, nisi quod secundum Canones ordinari non possunt, nisi aliqua magna necessitas cogat: quod intelligitur de ignorantia facti, non de ignorantia iuris, quia tunc oporteret penitere; sed etiam tunc requiritur dispensatio, quæ faciliter conceditur. *Scot. ibid. l. B. C.*

228 Int. Vtrum Baptizans, sed ignorans parvulum prius esse baptizatum fiat irregularis? Resp. minime, quia non tenetur quicumque Sacerdos facere strictam inquisitionem, an vetula parvulum prius baptizauerit in domo. *Scot. ibid. l. B.*

229 Int. Vtrum ignorantia facti excuset ab illa pœna? Resp. affirmatiuè, dummodo non sit crassa, vel trifatica, sed probabilis, quia sic totaliter excusat conferentem a pœna illa, & suscipientem. *Scot. 4. dist. 6. q. 8. l. B. C.*

230 Int. Vtrum in Baptismo imprimatur character? Resp. affirmatiuè, quamvis non possit hoc probari, neque per rationem naturalem, neque in vniuersali, & à priori: neque propter finem, neque in particulari, vt per experientiam alicuius actus, neque ex manifestè creditis, sed solum per auctoritatem Ecclesiæ; tamen non repugnat ipsi animæ habere talem formam, neque repugnat Deo ipsi animæ talem formam imprimere. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 9. l. H. I.*

231 Int. Quid est Character? Resp. quod Character est quoddam spirituale impressum à Deo suscipienti Sacramentum non iterabile. *Scot. ibid. l. B.*

mal 832

3.1.2

232 Int.

232 Int. Quot sunt proprietates Characteris? Resp. quinque prima, est forma assimilativa, hinc baptizati dicuntur similes; secunda distinctiva, quia facit distinguere baptizatum à quocumque non baptizato; tertia rememorative, quia rememorat Sacramentum susceptum; quarta conformativa, quia conformat suscipientem Christo, cuius Sacramentum suscipitur; quinta obligativa, quia obligat eo modo, quo suscipiens per talem susceptionem obligatur. *Scot. ibid. l. B.*

233 Int. Character est ne gratia, vel aliqua virtus infusa? Resp. minime, quia virtutes Theologicae non semper imprimuntur suscipienti Sacramentum irremediabile, ut in ficto suscipiente ordinem, vel Confirmationem: Character autem semper imprimitur, loquendo de non simpliciter ficto; Similiter virtutes Theologicae, & gratia sunt debiles, ut patet de illo, qui mortaliter peccat, at Character est indelebilis, ut communiter tenetur à Doctoribus, ideo non potest esse virtus Theologica, vel gratia. *Scot. ibid. l. C.*

234 Int. Vtrum Baptismus Ioannis conferebat, siue imprimebat Characterem suscipienti? Resp. negativè, & ideo baptizati Baptismo Ioannis debebant iterum baptizari Baptismo Christi. *Scot. ibid. l. F.*

235 Int. Vtrum Character possit deleri? Resp. quod potest deleri à Deo; nulla enim est contradictio, quod forma aliqua creata possit deleri. *Scot. 4. sent. dist. 6. quæst. 9. l. G.*

236 Int.

236 Int. Quomodo Character est indelebilis, si potest deleri? Resp. quod est indelebilis de potentia, & virtute aliqua naturali, & creata, & pariter de potentia Dei ordinata; Deus enim ordinavit nullam formam supernaturalem deleri, nisi per aliquod demeritum inherens animæ, ut eum respectu Characteris delendi nullis sit causa demeritoria, sequitur, quod sit indelebilis, quamvis sit delebilis de potentia Dei absoluta, qui illum creavit. *Scot. ibid. l. N. P.*

237 Int. Est ne aliqua congruentia ad probandum, imprimi Characterem in anima per Baptismum? Resp. affirmativè; congruit namque receptum in familia Christi distingui ab alio non recepto propter aliquod intrinsecum sibi, & licet Christus possit distinguere sine tali intrinseco, tamen perfectior est distinctio eius, & in se, & in comparatione ad omnem Ecclesiam, militantem scilicet, & triumphantem, si fiat talis distinctio per aliquam formam intrinsecè manentem, quam si talis distinctio non fiat, quod bene facit Character, quem ponunt omnes in baptizato. *Scot. ibidem l. I.*

238 Int. Quænam est differentia inter gratiam, & Characterem? Resp. quod gratia est forma, & Character est veluti quoddam dispositivum, ad formam, & ideo Character naturaliter præcedit gratiam, quæ dispositio datur ex parte suscipiendi, quia est forma prior, sine qua non recipitur forma posterior. *Scot. ibid. l. K. D.*

239 Int.

239 Int. In Circumcisione imprimebatur ne Character? Resp. affirmatiue, quia Circumcisio ita erat prima lanua salutis in lege Mosaica, sicut Baptismus in lege Euangelica. *Scot. ibid. l. O.*

240 Int. Vtrum per Baptismum imprimebatur circumcisio talis Character? Resp. affirmatiue, nec est aliqua repugnantia, quia Character est forma relatiua, & duæ relationes possunt esse in eodem subiecto. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 9. l. O.*

241 Int. Vtrum sit aliqua differentia inter vtrumque Characterem? Resp. potest dici, quod differant sicut perfectum ab imperfecto, & sicut gratia Circumcisionis differt à gratia Baptismi, & tunc potest dici quod in susceptione Baptismi non imprimebatur Circumcisio nouus Character perfectus, sed primus perficiebatur per secundum. *Scot. ibid. l. O.*

242 Int. Vtrum Character sit dispositio proxima ad fidem, vt fides est? Resp. negatiue, sed bene est dispositio ad illam perfectionem, quæ principaliter conformat totam animam Deo, quæ perfectio est gratia, quæ est eadem cum charitate, & in voluntate. *Scot. 4. d. 6. q. 11. l. B.*

243 Int. Vtrum Character sit forma absoluta? Resp. potest dici, quod sit forma absoluta, & forma respectiua, quamuis neutra pars possit aliqua ratione naturali probari; forma absoluta, quia Character est dispositio ad gratiam, quæ est forma absoluta; nam dispositio videtur esse eiusdem generis

neris cum forma, ad quam disponit; & forma respectiua, siue respectus extrinsecus adueniens ipsi animæ causatus à Deo immediatè in susceptione Sacramenti initerabilis. *Scot. 4. sent. dist. 6. quest. 10. l. A. G.*

244 Int. Quare tantum sunt tres Characteres, & non plures; sicut plura tribus sunt Sacramenta? Resp. quia tantum per tria Sacramenta habetur gradus determinatus in familia Christi, quod patet per simile in istis politijs mundanis; sicut enim in familia Principis, nec qui comedit, nec qui reconciliatur post offensam, neque qui multiplicat personas habet gradum in illa, sed bene qui recipitur in familia Domini, qui constituitur miles ad defendendum Rempubicam, & qui constituitur supremus sub Domino ad instituendum inferiores, isti habent gradus; sic in Ecclesia, quia per Baptismum ascribitur quis familiæ Christi, miles per Confirmationem, & per ordinem constituitur Christianus præpositus sub Domino ad introducendum alios in Ecclesiam, & Pater, & Pastor ad dirigendum, & instruendum eos, isti habent in Ecclesia gradum, & instruendum eos, isti habent in Ecclesia gradum: & sicut in humana politica illos tres gradus non congruit reiterari, sic non congruit reiterari istos, scilicet Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, quæ tria Sacramenta illos tres gradus constituunt. *Scot. 4. sent. d. 6. q. 10. l. I. K.*

245 Int. Quomodo isti tres Characteres distinguuntur

guantur inter se? Resp. quod si Character ponatur pro forma absoluta, isti tres distinguerentur se ipsis, idest intrinsicè per propriam formam, sic etiam si ponatur Character pro respectu, licet ab extrinseco extrinsece distinguuntur, tamen formaliter se ipsis distinguuntur. *Scot. ibid. l. 1.*

246. Int. Vtrum Character sit in essentia animæ, vel in potentia? Resp. quod est in potentia, scilicet in voluntate, quia cum sit dispositio ad gratiam, est in eadem potentia, in qua est gratia; dispositio enim est in subiecto, in quo est forma; similiter Character est signum obligatorium animæ ad Deum; rationabiliter igitur debet esse in illa potentia, cuius est primo obligari, vel esse rationem obligandi, sicut est voluntas. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 1. l. B.*

DE CONFIRMATIONE

TIT. III.

IN. Quid est Confirmatio? Resp. Confirmatio, seu Sacramentum Confirmationis est unctio hominis aequaliter consentientis, vel libero arbitrio numquam usi, facta in fronte in figura Crucis cum Chrismate sanctificato, & hoc ministro idoneo simul cum intentione debita in vngente,

gente, & verba certa proferente, significans efficaciter ex institutione Divina unctionem animæ per gratiam roborantem ad consentendum cum constantia fidem Christi. *Scot. 4. sent. dist. 7. q. 1. l. A.*

2. Int. Quotuplex est materia Sacramenti Confirmationis? Resp. duplex, proxima scilicet, & remota, materia proxima est unctio facta in fronte in figura Crucis cum Chrismate sanctificato; materia verò remota est Chrisma compositum ex oleo oliuæ, & balsamo sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cur talis sanctificatio potest committi. *Scot. ibid. l. A.*

3. Int. Quænam est forma talis Sacramenti? Resp. est hæc; Signo, vel configno te signo Crucis, confirmo te Chrismate salutis, vel sanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Scot. ibid. l. B.*

4. Int. Quisnam est suscipiens huius Sacramenti? Resp. est homo viator aequaliter consentiens; & debet intelligi sicut in definitione Baptismi; sed cum hac differentia, quia hic suscipiens suscipit unctionem secundum determinatam partem corporis, scilicet in fronte, sed in Sacramento Baptismi hoc non determinatur. *Scot. ibid. l. B.*

5. Int. Quisnam est idoneus Minister? P. resp. Minister est Episcopus, vel alius, cui committi potest talis actus. *Scot. ibid. l. B.*

6. Int. Vtrum communis Sacerdos possit confirmare? Resp. negatiuè, quia competit solis Episcopis; & si

guantur inter se? Resp. quod si Character ponatur pro forma absoluta, isti tres distinguerentur se ipsis, idest intrinsicè per propriam formam, sic etiam si ponatur Character pro respectu, licet ab extrinseco extrinsece distinguuntur, tamen formaliter se ipsis distinguuntur. *Scot. ibid. l. 1.*

246. Int. Vtrum Character sit in essentia animæ, vel in potentia? Resp. quod est in potentia, scilicet in voluntate, quia cum sit dispositio ad gratiam, est in eadem potentia, in qua est gratia; dispositio enim est in subiecto, in quo est forma; similiter Character est signum obligatorium animæ ad Deum; rationabiliter igitur debet esse in illa potentia, cuius est primo obligari, vel esse rationem obligandi, sicut est voluntas. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 1. l. B.*

DE CONFIRMATIONE

TIT. III.

IN. Quid est Confirmatio? Resp. Confirmatio, seu Sacramentum Confirmationis est unctio hominis aequaliter consentientis, vel libero arbitrio numquam usi, facta in fronte in figura Crucis cum Chrismate sanctificato, & hoc ministro idoneo simul cum intentione debita in vngente,

gente, & verba certa proferente, significans efficaciter ex institutione Divina unctionem animæ per gratiam roborantem ad consentendum cum constantia fidem Christi. *Scot. 4. sent. dist. 7. q. 1. l. A.*

2. Int. Quotuplex est materia Sacramenti Confirmationis? Resp. duplex, proxima scilicet, & remota, materia proxima est unctio facta in fronte in figura Crucis cum Chrismate sanctificato; materia verò remota est Chrisma compositum ex oleo oliuæ, & balsamo sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cur talis sanctificatio potest committi. *Scot. ibid. l. A.*

3. Int. Quænam est forma talis Sacramenti? Resp. est hæc; Signo, vel configno te signo Crucis, confirmo te Chrismate salutis, vel sanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Scot. ibid. l. B.*

4. Int. Quisnam est suscipiens huius Sacramenti? Resp. est homo viator aequaliter consentiens; & debet intelligi sicut in definitione Baptismi; sed cum hac differentia, quia hic suscipiens suscipit unctionem secundum determinatam partem corporis, scilicet in fronte, sed in Sacramento Baptismi hoc non determinatur. *Scot. ibid. l. B.*

5. Int. Quisnam est idoneus Minister? P. resp. Minister est Episcopus, vel alius, cui committi potest talis actus. *Scot. ibid. l. B.*

6. Int. Vtrum communis Sacerdos possit confirmare? Resp. negatiuè, quia competit solis Episcopis; & si

& si Papa alijs Presbyteris hoc concessit, hoc fecit, quia potuit in Regionibus longinquis quemlibet Sacerdotem facere Episcopum quantum ad Confirmationem, non quantum ad alios actus, sic fecit Gregorius scribens Ianuario Episcopo, vt habetur *dist. 95. can. 1. Peruenit quoque. Scot. 4. sent. d. 7. q. 1. l. E.*

7 Int. An Christus & Apostoli in primitiua Ecclesia vsi sint hoc modo confirmandi? Resp. quod Christus non alligauit potentiam suam Sacramentis, & ideo siue in terris degens, siue in Cælo post Ascensionem regnans, potuit alio modo vti, vt quando insufflauit, & dedit Discipulis Spiritum Sanctum, & quando misso Spiritu Sancto in linguis igneis confirmabantur. Cum Apostoli autem in primitiua Ecclesia potuit dispensare, & maxime quia in Confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia, puta descensus Spiritus Sancti super confirmatos, & dona linguarum; sed tamen cessantibus talibus miraculis debuerunt Ministri hunc modum in materia, & forma seruare. *Scot. ibidem l. C.*

8 Int. An possit fieri Confirmatio cum oleo non consecrato? Resp. negatiue, & licet Baptismus fiat cum aqua non consecrata, nihilominus aqua Baptismi fuit omnis consecrata per contactum carnis Christi, quando fuit baptizatus in Iordane; hic autem cum oleum à Christo sanctificatum non fuerit, requiritur particularis sanctificatio; Et confirmatur,

tur, quia rationale est, quod Baptismus fiat in aqua non consecrata, quia cum sit Sacramentum necessitatis, quod potest conferri à quocumque Ministro, si materia non esset communis, impediretur salus multorum, quod non est dicendum de Confirmatione. *Scot. ibid. l. C.*

9 Int. Quare hic pro materia remota ponitur oleum, & balsamum? Resp. propter similitudinem cum effectu huius Sacramenti; oleum enim habet nitorem, & supereminet cæteris liquidis, & est proxima materia incendij, vnde significatur Castitas, Munditia, & Charitas. Balsamum verò, quod habet bonum odorem, significat bonam famam; balsamum condiuntur mortuorum corpora, ne putrescant, quo significatur gratia, quæ conseruat actus nostros. *Scot. 4. sent. dist. 7. q. 1. l. E. E.*

10 Int. Vtrum Sacramentum Confirmationis sit necessarium ad salutem? Resp. quod si loquamur de necessitate simpliciter, Confirmatio non est necessaria; talis enim necessitas solummodo reperitur in Baptismo, quia *qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Marc. cap. ult. & habetur de Consecrat. dist. 5. Can. 2. Spiritus sanctus*, vbi habetur, quod baptizatus per solum baptismum saluatur. Confirmatio verò talem necessitatem non habet, sed bene secundum quid; quia adulto est necessarium hoc Sacramentum, vt non contemnat; sicut *Extr. dissent. Excommuni. cap. 43. Responso nostro*, dicitur in Glosa, *sine qua non est plenus Christianus, quò*

eam contemnit, & sic debet intelligi, quod habetur de Consecr. dist. 5. can. 1. Omnes p̄ales per manus. Scot. 4. sent. dist. 7. q. 2. l. A.

11 Int. Vtrum Sacramentum Confirmationis sit dignius Baptismo? Resp. quod si Baptismus, & Confirmatio accipiuntur p̄æse, & absoluta, secundum propriam cuiuslibet rationem, tunc Baptismus est nobilior Confirmatione, loquendo de nobilitate Sacramenti penes finem principalem, qui est collatio gratiæ, & alios p̄ures effectus; si autem accipiat Confirmatio quatenus primo p̄æsupponit Baptismum, & sic nobilior est Confirmatio eo modo, quo duo bona simul excedunt alterum eorum. Vel potest dici, quod Confirmatio sit nobilior Baptismo nobilitate secundum quid, scilicet ratione Ministri, non autem nobilitate simpliciter. *Scot. 4. sent. dist. 6. q. 3. l. A. B. C.*

12 Int. Vtrum Sacramentum Confirmationis possit reiterari? Resp. negativè, & habetur *de Consecr. dist. 5. can. 8. Dicitur est, & ratio est ex institutione Divina, & congruentia, quia per Confirmationem aliquis instituitur in determinato gradu Ecclesiæ, scilicet in gradu bellatoris, & ideo non est reiterabilis. Scot. 4. sent. dist. 7. q. 4. l. A.*

13 Int. Quænam est pœna reiterantium Confirmationem? Resp. quod quantum reiterantes peccarent mortaliter, nihilominus non contraherent irregularitatem, quia nulla pœna incurritur; quæ non sit inflicta à conditore Iurium, scilicet à Papa, &

pa, & ideo cum non reperitur in Iure Canonico expressè pœna irregularitatis inflicta pro tali reiteratione (pœnales enim Constitutiones sunt restringendæ) sequitur, quod reiterantes scienter irregularitatem non incurrant. *Scot. 4. sent. dist. 7. q. 5. l. A.*

14 Int. In quam pœnam incurrit iterum suscipiens Confirmationem? Resp. nullam pœnam incurere, nisi obligationem ad famulandum religiosissimè Deo sub habitu regulari, vel Clericali. *Scot. ibid. l. B.*

DE EVCHARISTIA

TIT. IV.

Int. Vtrum Verum Eucharistia sit Sacramentum novæ legis? Resp. affirmative. Christus enim hoc instituit pro militanti Ecclesiâ, ut habetur *de Consecr. dist. 2. can. 1. In Sacramentorum oblationibus. Scot. 4. sent. dist. 8. q. 1. ante l. A.*

2 Int. Quid est Sacramentum Eucharistia? Resp. Eucharistia est Sacramentum Corporis Christi, & sanguinis veraciter contenti sub speciebus panis, & vini post consecrationem factam a Sacerdote sub verbis certis, cum debita intentione prolatis, ex institutione Divina veraciter significans Corpus Christi, & sanguinè sub eis realiter contineri. *Scot. ib. l. A.*

3 Int.

3 Int. Vtrum illud Sacramentum sit perpetuo in Ecclesia? Resp. affirmatiue, scilicet vsque dum uenerit ad iudicandum, quia vsque ad tunc durabit Ecclesia militans, & Eucharistia in ea, & habetur per hæc uerba Pauli 1. Corinth. cap. 11. *Quotiescumque panem hunc comedetis, & Calicem bibetis, moriemini Domini annuntiabitis, donec ueniat*, scilicet ad iudicandum, 1. Corinth. cap. 11. *Scotus ibidem l. A.*

4 Int. Quare Christus uoluit esse nobiscum sub tali signo sensibili? Resp. hoc congruum fuit, ut quilibet excitaretur ad reuerentiam, & deuotionem in Christum Dominum; sicut patet de facto, quia quasi omnis deuotio in Ecclesia est in ordine ad istud Sacramentum: Quia propter hoc Clerici cum maiori diligentia recitant Diuinum Officium; propter hoc populus attentius audit Missam, & singuli cum maiori diligentia peccata sua confitentur. *Scot. ibid. l. A.*

5 Int. Quare sub speciebus panis, & uini hoc Sacramentum Christus instituit? Resp. hoc congruum fuisse, ut generationi spiritali corresponderet spiritalis nutritio, sicut naturali generationi correspondet nutritio naturalis & corporalis. Baptismus est spiritalis generatio; debet igitur correspondere ei spiritalis nutritio; quæ sit per hoc Sacramentum, quod constat ex corpore, & sanguine Christi sicut corporalis nutritio ex cibo, & potu. *Scot. ibid. l. A.*

6 Int.

6 Int. Vtrum hoc Sacramentum sit unum? Resp. quod est unum unitate integritatis, non unitate indiuisibilitatis; nam Corpus Christi sub specie panis, & sanguis sub specie uini integrant unum totum Sacramentum Ecclesiæ. *Scot. ibid. l. B. C. H. & quest. 1. l. A.*

7 Int. Vtrum Christi Corpus, & sanguis sint primo diuersa signata in hoc Sacramentum? Resp. quod si accipiatur Corpus Christi præcisè, & strictè, prout includit partes animatas Christi, cuiusmodi non est sanguis, sanguis enim non est animatus, sed in potentia proxima, ut conuertatur in carnem animatam, & sicut corpus est aliud essentialiter à sanguine, & potest esse aliud signatum, & habere proprium signum; sic pariter sanguis; quæ tamen duo signata, quamuis sint primo diuersa, constituunt unum signatum totale, quod congruum erat pro complemento spiritalis nutritionis; non enim sufficienter nutritur cibus sine potu, neque potus sine cibo. *Scot. in 4. sent. dist. 8. q. 1. l. B. C.*

8 Int. Vtrum hoc Sacramentum sit alijs dignius, & excellentius? Resp. affirmatiue; primo in signando, quia hoc est ueracissimum in signando; alia enim Sacramenta quamuis sint ueracia quantum est ex se; quandoque tamen non habent effectum suum propter indispositionem suscipientis, sed istud Sacramentum nunquam caret suo signato. Secundo in continendo, quia hoc Sacramentum realiter continet, quod significat, non sic

fic alia Sacramenta; tertio in significato, quia si alia Sacramenta significant gratiam accidentalem inhaerentem, hoc significat gratiam subsistentem, scilicet Corpus Christi verum ibi existens. Quarto in modo essendi, quia alia Sacramenta sunt in fieri, in usu, & in perceptione; illud autem in facto esse, ante usum, & perceptionem; usus enim huius Sacramenti non est Sacramentum. *Scot. ibidem l. D.*

9 Int. Quomodo vocatur usus, & perceptio huius Sacramenti? Resp. vocatur dispositio quaedam Sacramentalis, seu via, qua hoc Sacramentum applicatur membro Ecclesiae. *Scot. ibid. l. E.*

10 Int. Vtrum Sacramentum Eucharistiae possit reiterari? Resp. affirmatiue, loquendo de Eucharistia quantum ad sumptionem, quae sumptio non est Sacramentum; si vero loquamur de consecratione, scilicet prolatione verborum super eandem materiam, minime reiterari potest, & si reiteratur, nihil fit; non enim potest materia Sacramenti bis suscipere eius formam. *Scot. 4. sent. dist. 6. quasi. 7. l. C.*

11 Int. Quando recipitur magis gratia in perceptione Sacramenti, an in consecratione? Resp. recipitur in perceptione, quando digne fit, quia actus perceptionis significat nutritionem spirituales, quae est per gratiae collationem. *Scot. 4. sent. d. 8. q. 1. l. E.*

12 Int. Vtrum aliqua virtus finita possit agere ad

ad esse corporis Christi? Resp. quod aliqua virtus finita, vel aliquid virtutis finitae potest esse dispositio immediata ad esse Corporis Christi ibi, non a se, sed a Deo assistente ibi: sic enim Deus instituit. *Scot. 4. sent. dist. 8. q. 1. l. F.*

13 Int. Vtrum hoc Sacramentum habeat propriam formam? Resp. quod possumus Eucharistiam considerare, vel quod ad esse Sacramenti, vel quod ad consecrationem, si loquamur de Sacramento non datur forma, quia tunc non esset Sacramentum permanens; si vero est sermo de consecratione, tunc datur vera forma? Quod similiter dicendum est de materia; nam vera materia, & vera forma datur in alijs Sacramentis, quae sunt in fieri, & non permanent, sicut istud; ex quo sequitur, quod non est hic aliud tamquam materia, & aliud tamquam forma, sicut in alijs. *Scot. ibid. l. G. & q. 2. l. A.*

14 Int. Quare ergo verba consecrationis dicuntur Sacramentalia? Resp. ideo sic dicuntur Sacramentalia, quia sunt pertinentia ad Sacramentum in fieri tamquam forma. *Scot. ibid. l. G.*

15 Int. Vtrum in hoc Sacramento possit dari aliud quod gerens vicem materiae, & aliud gerens vicem formae? Resp. quod species visibiles, vt species panis, & vini sunt materia, id est sunt proximum fundamentum relationis significationis, & ipsa significatio gerit vicem formae. *Scot. ibid. l. G.*

16 Int. Vtrum sint duae formae, vel vna Eucharistiae? Resp. quod cum in Eucharistia sint duo si-

gna partialia, quæ primo signant duo propria, & proxima significata, scilicet Corpus, & sanguinem Christi, & duo remota, scilicet cibationem, & potum spiritualem; tamen est vnum Sacramentum unitate integritatis, sic sunt duæ consecrationes partiales, & vna totalis, vnde sequitur, quod sint duæ formæ partiales, & vna totalis unitate integritatis. Scot. *ibid.* l. C. q. 2. l. A.

17 Int. Vtrum vna istarum duarum formarum sit efficax sine alia? Resp. affirmatiue; alioquin enim Corpus Christi fideles adorantes ante consecrationem sanguinis essent idolatrae, quod est falsum. Scot. 4. sent. dist. 8. q. 2. l. A.

18 Int. Vtrum, si Sacerdos proferat verba consecrationis super plures Hostias, sint plures consecrationes? Resp. quo sunt plures consecrationes passivæ: potest etiam concedi, quod sint plures Eucharistiae, sicut sunt plures Hostiae. Scot. 4. sent. dist. 6. q. 2. l. B.

19 Int. Quænam sit forma consecrationis Corporis Christi? Resp. quod sunt illa quatuor verba posita in canone Missæ, scilicet: *Hoc est Corpus meum*, & habetur extr. de Celebr. Missar. cap. 6. cum Matthe. 5. *Credimus igitur*. Scot. 4. d. 8. q. 2. l. A. B.

20 Int. Quare in Canone Missæ ponitur inter verba consecrationis panis hæc particula, *Enim*? Resp. ponitur ad continuandum, ne illa verba quæ sunt de forma, proferantur sine precedentibus, ne singula ibi possent, quasi distincta, statim proferri. Scot. *ibid.* l. B. T.

21 Int.

21 Int. Vtrum illa coniunctio enim, sit de essentia consecrationis? Resp. negatiue, sed solum illa quatuor sunt de essentia, scilicet, *hoc est Corpus meum*. Scot. *ibid.* l. B.

22 Int. Vtrum prætermisissis verbis precedentibus, per illa sola verba Sacerdos conficeret Sacramentum? Resp. dubium est; nam illa verba sunt præcedentia, & ex illis, ex vi sermonis potest haberi, quod ista quatuor verba *Hoc est Corpus meum*, dicantur in persona Christi, aliter ly *meum*, posset intelligi de persona Sacerdotis consecrantis. Scot. *ibid.* l. B. T.

23 Int. Vtrum illa verba præmissa in Canone sint de essentia ad consecrationem? Resp. non esse essentialiter pertinentia de necessitate consecrationis, sed bene tamquam necessario præmittenda, sicut alia plura præcedentia in Canone, quia non sine causa Ecclesia connexuit totum Canonem Missæ; ita vt ab illo, *communicantes, & memoriam*, &c. vsque ad *supplices te rogamus*, &c. non reperitur aliqua oratio, quæ non necessario connectatur cum precedente, vel coniunctionem aliquam collectiuam, sicut *Hanc igitur oblationem*, &c. vel per pronomen infinitum, vt *Quam oblationem tu Deus*, &c. & *Qui pridie, quam pateretur*, &c. sic patitur de verbis post consecrationem. Scot. *ibid.* l. B.

24 Int. Si aliquis Sacerdos præmissa verba totaliter delinqueret, ac solum diceret, *Hoc est Corpus meum*, quid faciendum? Resp. quod tunc non esset ado-

adorandum, nisi sub ista conditione, si verè est consecratum. *Scot. ibidem l. E.*

25 Int. Vtrum forma consecrationis sanguinis sit certa, cum non recitetur ab Euangelistis? Resp. nulli dubium est, quin forma consecrationis sanguinis sit certa, quia sic eam tradit Ecclesia. Ex-
tat enim auctoritas Innocentij III. *extr. de Celebr. Miss. cap. 16. Cum Matthe;* quod multa tradita sunt Ecclesiae ab Apostolis, quae tamen non sunt sic scripta in Euangelij; neque obstat quod Euangelistae illam non assignauerint, quia ipsi intendebant narrare rem gestam à Christo, non autem tradere formam consecrandi. *Scot. 4. dist. 8. quasi. 2. l. B.*

26 Int. Vtrum Graeci conficiant Sacramentum per formam, qua vtuntur, dicendo: *hic est sanguis meus?* Resp. affirmatiue; non enim Ecclesia negat illos conficere, quia tam nostra, quam illorum forma sufficiens est, quamuis in Ecclesia Romana sit de necessitate ministrari, illa forma vii, qua nos modò vtimur. *Scot. ibid. l. B.*

27 Int. Vtrum ad formam, qua vtimur, pertineant omnia verba, incipiendo à *sumis mocha*, &c. vsque ad *Vnde, & memoris Domine*, &c. Resp. non omnia verba, pertinere, & praecipue illa verba. *Hac quoque feceratis in mei memoriam facietis*, &c. quia illa verba non faciunt magis ad consecrationem sanguinis quam corporis, & si essent de necessitate ad consecrationem corporis sequeretur quod, quando leuatur Hostia, ibi non esset Corpus Christi.

sti, & esset idololatria illam adorare, quod est falsum. *Scot. ibidem l. B.*

28 Int. Quid fecit Christus per ista verba, *Hoc facit in meam commemorationem?* Resp. quod per illa ordinant Apostolos Sacerdotes, & ideo non sunt pertinentia ad consecrationem; collatio enim potestatis consecrandi non fit per verba pertinentia ad consecrationem; quoniam verba consecrationis respiciunt materiam, quae consecratur, vel terminum, in quem consecratur; verba autem potestatem conferentia respiciunt potestatem, quam conferunt, & illum, cui confertur. *Scotus 4. dist. 8. q. 2. l. C.*

29 Int. Potest ne aliquis asserere quoniam verba sint praecise necessaria? Resp. minime, & ideo periculosum est hoc asserere, cum de hoc non habeatur sufficiens auctoritas in Ecclesia. *Scot. ibidem l. D.*

30 Int. Vtrum quis debeat scire, quae sint verba praecise necessaria ad consecrationem? Resp. negatiue nec est periculum hoc ignorare, quia videtur inuincibilis ignorantia, quae excusat. *Scot. ib. l. D.*

31 Int. Vtrum necesse sit in quolibet Sacramento scire praecise, quae verba sint de forma, ad hoc vt aliquis conferat Sacramentum? Resp. non esse necesse non solum in Sacramento Altaris, sed nec in alijs, vt Penitentiae, Ordinis, &c. praecipue inquam in Sacramento Ordinis, in quo forte nec Episcopus ordinans, neque ordinatus Clericus scit
pra-

præcisè verba ordinationis in Sacerdotem, & tamen non est dicendum, quod nullus sit ordinatus in Sacerdotem; sicut etiam diuersi vtuntur verbis diuersis in conferendo Sacramentum Pœnitentiæ, nec est certum de aliquibus verbis præcis, quæ sint illa, nec tamen dicendum est quod nullus absoluetur in Ecclesia. *Scot. ibid. l. D.*

32. Int. Stante tali ignorantia, quod faciendum? *Resp.* quod Sacerdos intendens facere, quod facit Ecclesia, debet legere distinctè verba Canonis à principio vsque ad finem, & sic verè conficit Sacramentum. *Scot. ibid. l. E.*

33. Int. Quid, si peritus in scientia sua vellet vt aliquibus verbis præcis pro consecratione sanguinis? *Resp.* hoc non esse tutum; & ideo securior est simplicitas dicendo: volo ista verba proferre sub intentione sub qua Christus instituit ea esse proferenda, vt quæ ex Christi institutione sunt de formam, dico vt de forma, & quæ ad reuerentiam, dico, ad reuerentiam. *Scot. ibid. l. E.*

34. Int. Si contingeret Sacerdotem muri ante omnia verba consecrationis prolata, numquid habendus, & adorandus est? sanguis tanquam consecratus? *Resp.* quod tunc esset adorandus sub conditione, si verè consecratus est. *Scot. ibid. l. E.*

35. Int. Essent ne reiteranda illa verba præmissa ante panis consecrationem, si relinquerentur? *Resp.* non esse reiteranda absolute, neque sub illa conditione, si est consecratus, & quamuis hoc concedatur

tur in Baptismo propter dubitationem de salute; hic tamen, quia non est periculum de salute, tollitur, talis conditio, & ideo nullo modo sunt reiteranda. *Scot. ibid. l. F.*

36. Int. Quid est faciendum de illa materia panis? *Resp.* quod non esset semper seruanda, quia putrescerat, sed Sacerdos post communionem in sua Missa, potest illam materiam sumere sub tali intentione conditionata, scilicet si istud est consecratum recipio, vt consecratum, si non, non; sed vt tale, quod est incertum, nec potest esse periculum in hoc, quia Sacerdos est ieiunus, nec ob id faceret irreuerentiam corpori & sanguini Christi, quia iam post sanguinem vinum purum recipimus in Altari. *Scot. ibid. l. E.*

37. Int. Vtrum hac eadem forma vsus fuerit Christus in Cœna, quando instituit hoc Sacramentum? *Resp.* affirmatiue; non enim est probabile, quod alia forma vtatur Auctor, & alia vtantur ministri, quibus committit formam. *Scot. ibid. l. F.*

38. Int. Vtrum si Christus nunc esset Viator, & proferret verba consecrationis verè consecraret? *Resp.* maxime; illa enim verba essent verè significatiua, sicut nunc significant. *Scot. ibid. l. F.*

39. Int. Quid demonstratur per illam particulam *Hoc*, in forma consecrationis corporis? *Resp.* quod *ly Hoc*, non demonstrat panem, nec accidentia panis, sed singulare entis, & intelligitur pro singulari alicuius inferioris, ac etiam pro singulari, quod est

est Corpus Christi, quia ibi in instanti ultimo, & completa prolationis, pro quo facit demonstrationem ens non est in aliquo singulari: nisi in hoc, quod est Corpus Christi. *Scot. ibid. l. 2. T.*

40 Int. Quid sufficit scire pro veritate saluanda istius orationis, *Hoc est Corpus meum?* Resp. quod seclusa Logica disputatione de eius veritate, sufficit Theologo, & confessorio quod ista oratio, scilicet, *Hoc est Corpus meum*, ut est signum sensibile institutum à Deo: sit instrumentum Dei ordinatum ad consecrationem illam, quæ sequitur in ultimo instanti completa prolationis, ita quod Deus assistat sibi, tamquam cuidam dispositioni præuæ, efficaci, ut ea completa, causet effectum inuisibilem. *Scot. ibid. l. V.*

41 Int. Quænam intentio circa veritatem istius orationis *Hoc est corpus meum*, requiritur in Sacerdote consecrante? Resp. sufficit ei tunc, pro quo intelligitur oratio, intendere proferre istam orationem eo modo, quo Christus instituit eam proferendam, & sic habetur intentio debita, & instrumentum debitum, scilicet illa oratio prolata, cui instrumento adhibito à tali agente Deus assistit ad causandum in ultimo instanti talem effectum. *Scot. 4. dist. 8. q. 2. l. T.*

42 Int. Quare in forma consecrationis sanguinis dicitur: *Hic est enim Calix sanguinis mei, &c.*? & non absolute, *Hic est sanguis meus?* Resp. quia consecratur sanguis in ratione potus; liquor autem non

non habet rationem potus, nisi in vase, & ideo in tali forma ponitur Calix, in consecratione verò Corporis non ponitur vas, quia corpus conficitur ut cibus; solidum enim habet rationem cibi, esto non sit in vase. *Scot. ibid. l. T.*

43 Int. Vtrum Sacramentum Eucharistie possit percipi à non ieiunis? Resp. quod ad perceptionem spirituales, & Sacramentalem, oportet insipientem esse ieiunium ieiunio naturæ, non ieiunio Ecclesiæ quod debet intelligi regulariter, & licite, & hoc ex institutione Diuina data Apostolis, vel per ipsos promulgata. *Scot. 4. sent. dist. 8. quest. 3. l. D.*

44 Int. Quid est ieiunium naturæ, & Ecclesiæ? Resp. quod ieiunium naturæ est carentia cibi suscepti in stomacho, vel in via ad stomachum, ita quod intret stomachum in illa die, a principio scilicet dici, a quo dicitur aliquis ieiunus. Ieiunium verò Ecclesiæ est carentia refectionis extraordinariæ secundum morem Ecclesiæ, quod saluitur per talem refectionem, & ideo per specierum sacramentalium sumptionem, vel medicinalium, vel per potum solum post prandium non soluitur ieiunium. *Scot. ibid. l. C.*

45 Int. Vtrum Sacerdos percepta Eucharistia possit iterum celebrare? Resp. affirmatiue, & habetur *Extr. de celebr. Miss. c. 3. Consulisti*, quando necessitas ingruit, & si fuerit ieiunus, ut patet in die natiuitatis Domini. *Scot. 4. sent. dist. 11. q. 3. l. E.*

46 Int. Quot modis quis potest percipere Sacramentum? Resp. quatuor modis; Primo modo potest suscipere Sacramentum non sacramentaliter, nec spiritualiter; secundo modo sacramentaliter, non spiritualiter; tertio sacramentaliter, & spiritualiter; quarto modo spiritualiter tantum, non sacramentaliter. *Scot. 4. sent. dist. 8. quest. 3. l. A. B.*

47 Int. Quomodo potest aliquis suscipere Sacramentum non sacramentaliter, nec spiritualiter? Resp. eo modo, quo quis recipit Hostiam consecratam, non vt consecratam, imò nullam facit differentiam inter talem Hostiam, & terrenum cibum, quod prouenire potest, vel ex infidelitate, vt in Pagano, vel ex contemptu, sicut in malo Christiano. *Scot. ibid. l. A.*

48 Int. Quomodo potest quis suscipere Sacramentum sacramentaliter, non spiritualiter? Resp. eo modo, quo recipit ille, qui recipit Sacramentum, vt Sacramentum est, credens ibi esse Corpus Christi, & se recipere communionem Corporis Christi, sicut consuevit fieri in Ecclesiis; sed non recipit spiritualiter, quia est in peccato, & non recipit effectum spirituales, ad quem ordinatur huiusmodi susceptio, quæ est animæ nutritio spiritualis per gratiam datam à Christo. *Scot. ibid. l. A.*

49 Int. Quomodo quis recipit Sacramentum sacramentaliter, & spiritualiter? Resp. eo modo, quo recipit bonus fidelis sine peccato mortali, secundum possibilitatem suam; & quia diligenter con-

scientiam examinat, talis verè nutritur, & Christo spirituali cibo vnitur, & incorporatur. *Scot. ibidem l. A.*

50 Int. Quomodo quis recipit Sacramentum spiritualiter tantum, non sacramentaliter? Resp. eo modo, quo quis secundum suum posse bene, & deuotè paratus propter reuerentiam abstinet, vel propter aliquam infirmitatem, vel fortè, quia non potest habere ministrum tribuentem; talis enim spiritualiter nutritur. *Scot. ibid. l. B.*

51 Int. Quænam est differentia inter cibum temporalem, & spirituales? Resp. hanc esse differentiam, quia cibus corporalis conuertitur in substantiam comedentis; cibus verò spiritualis conuertit comedentem in se, & cibatum in cibum, vnde dicit D. August. *Crede, & manducabis me, non me conuertens in te, sed in conuertens in me.* *Scot. ibidem lit. B.*

52 Int. est ne aliqua causa, ob quam hoc Sacramentum debet suscipi à non ieiunis? Resp. quòd nulla causa principalis est, nisi institutio Diuina, quem vel Christus discipulis dedit, vel per ipsos promulgauit, vel eis instituendum reliquit, & rationabiliter propter reuerentiam Sacramenti; minor enim reuerentia est in pranso regulariter, quam in ieiunio, & etiam vt primò queratur cibus spiritualis, quam corporalis. *Scot. 4. sent. dist. 8. q. 3 l. D.*

53 Int. Est ne aliquis casus, in quo hoc Sacramentum possit suscipi à non ieiunis? Resp. plures sunt

sunt casus ad hoc. Primus ex infirmitate graui, quando timetur periculum mortis imminens, in tali casu esset periculum negare infirmo, licet prorsus, potenti Sacramentum, cum sit viaticum, & ideo dandum ei, qui proficitur de hoc mundo, ut per ipsum ducatur ad terminum. Secundus quando pro vino poneret aliquis aquam in Calicem, & post verba consecrationis fumens addideret esse aquam, tunc debet iterum sumere vinum, & deuo consecrare incipiendo, à Canone *Simili modo postquam, &c.* vsque ad *Vnde, & memores Domine, &c.* & deinde sumere sanguinem, licet Sacerdos non sit ieiunus. *Scot. ibid. l. D. E.*

54 Int. Quomodo in tali casu salvabitur præceptum de ieiunio? Resp. quod quando sunt duo præcepta ordinata, præceptum superioris magis ligat, præcepto inferioris; nunc præceptum Christi, & Ecclesie, & ex ipsa ratione Sacramenti est, quod Sacramentum, quando conficitur, conficitur integrum, quoniam Sacramentum est in se quoddam integrum ex duobus, ad quam integritatem seruandam est stricta obligatio Ecclesie, ut habetur de consecr. dist. 2. *Can. 12. Comperimus autem,* loquendo de Sacerdotibus conficiendis, quia *dimissio vnius eiusdem mysterii sine grandi sacrilegio non potest promereri,* & ideo tenetur semper celebrans ad istam integritatem seruandam. *Scot. ibid. l. E.*

55 Int. An peccet mortaliter, qui sic non ieiunus sumit sanguinem propter integritatem Sacramenti?

ti? Resp. minimè, quia fortius, & strictius est præceptum Christi de tali integritate Sacramenti, quam præceptum Ecclesie de ieiunio, quod comparatiuè leue est, quia ob id suscipiens non ieiunus non fit reus Dominici corporis, & sanguinis. *Scot. ibid. l. F.*

56 Int. Quasnam pœnas incurrit diuidens Sacramentum? Resp. ultra hoc, quod sit reus Dominici Corporis, & sacrilegium committit, repellitur à Communionem per annum. *Scot. ibid. l. F.*

57 Int. An scandalum aliquod oriatur, si Sacerdos secundo sanguinem conficeret? Resp. quod esset scandalum Phariseorum, acceptum scilicet, & non datum; nam factum, scilicet noua consecratio, est bonum, & necessarium, & quilibet debet iudicare esse bonum, licet causam nesciat. *Scot. ibid. l. G.*

58 Int. An aliquo modo caueri possit à scandalo? Resp. maximè, si cautè fiat; nam Sacerdos vadens ad cornu Altaris, quasi pro vino suscipiendo post communionem, infuso vino, & aqua, vel remanente aqua, si totam non suscipit, vel aliqua de nouo posita, poterit redire ad medium Altaris, & satis breui tempore ab illo loco *Simili modo postquam ex-natum est,* &c. continuare poterit vsque ibi. *Hec quotiescumque feceritis,* vel vsque ad *Vnde & memores Domine, &c.* & illis verbis prolatis cum reuerentia debita suscipere illud tamquam sanguinem verum, nec totum istud percipitur; nec tantum occupabit, quod populus habeat etiam occasionem

accepti scandali. *Scot. 4. sent. dist. 8. quest. 3. l. H.*

59 Int. Vtrum ieiunium sit conditio necessaria in Sacerdote percipiente? Resp. non esse necessarium simpliciter, quia in die Veneris sancti particula posita in Calice percipitur cum vino non consecrato, quia illo die non conficitur, & verisimile est, quod vinum citius descendat in ventrem, quam illa particula, ergo ex consuetudine Ecclesie Sacerdos ibi percipit Eucharistiam non ieiunus. *Scot. ibid. l. G.*

60 Int. Vtrum in die Veneris sancti possit dici integrum Sacramentum, cum Sacerdos non percipiat sanguinem? Resp. quod Sacerdos in illo die non conficit, sed suscipit, & integritas non requiritur in susceptione, sed in consecratione; nullus enim potest consecrare Corpus, quin consecret etiam sanguinem; in susceptione vero non requiritur integritas, quia laicus recipit corpus, & non sanguinem; requiritur etiam integritas Sacramenti in perceptione, non absolute, sed in illa tantum perceptione, quae sequitur ad consecrationem. *Scot. ibid. l. H.*

61 Int. Vtrum existens in peccato mortali recipiendo hoc Sacramentum mortaliter peccet? Resp. affirmatiue, quia, ut dicit Apost. 1. Corint. c. 9. *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit;* quod intelligitur de illo, qui tunc peccat in actu interiori peccato, vel exteriori, quia simplici-
ter

ter manducat indignè. *Scot. 4. sent. dist. 9. quest. vn. l. A.*

62 Int. Quot modis dicitur esse in peccato mortali? Resp. tripliciter, vel quia tunc quis peccat peccato interiori, vel exteriori, vel quia post peccatum mortale praeteritum, de quo non recolat, non poenituit, nec poenitet, vel quia de illo peccato praeterito poenituit, vel poenitet, non tamen confessus est, nec absolutus in Ecclesia. *Scot. 4. sent. d. 9. quest. vn. l. A.*

63 Int. Vtrum qui peccatum mortale committit, de quo non recolat, nec poenituit, nec poenitet, si recipit Sacramentum, peccet mortaliter? Resp. quod si in illo est negligentia affectata, vel crassa propter quam non recolat peccatum, non excusatur a peccato, tenetur enim se examinare secundum diligentiam nostrae fragilitatis possibilem, antequam communicet; si autem non sit negligentia crassa, puta quia praecessit examinatio possibilem, & sufficiens, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius, non peccat communicando, licet forte aliquod peccatum lateat, & traditum fuerit oblivioni; nam si talis contritus, & confessus moreretur, saluaretur. *Scot. ibid. l. A. B.*

64 Int. Quanta examinatio requiratur pro receptione huius Sacramenti? Resp. tanta diligens examinatio requiritur, quanta haberi potest in re magni momenti, quanta est ista secundum possibilitatem nostrae fragilitatis. *Scot. ib. l. B.*

65 Int.

65 Int. Vtrum in suscipiente requiratur certitudo, quod non sit in peccato? Resp. quod talis certitudo non conuenit viatori, & ideo diligenti facta inquisitione secundum possibilitatem nostræ fragilitatis, & præmissa contritione, & confessione, quantum videtur homini sufficere, si tunc communicet, non peccat; imò si aliqua alia peccata lateant, per istud Sacramentum etiam remittuntur. *Scot. ibid. l. B.*

66 Int. Verum si quis de peccato præterito poenituit, vel poenitet; non tamen confessus est, nec absolutus in Ecclesia; peccet; si recipiat Sacramentum? Resp. quod iste, si occurrat opportunitas, tenetur prius confiteri, quam communicare, quia non solum debet reconciliari Deo, sed etiam Ecclesie, ad hoc, quod digne recipiat Sacramentum Ecclesiasticæ unitatis; si autem non occurrat opportunitas confitendi, si potest sine scandalo vitare, ne tunc communicet, tenetur non communicare, sed expectare confessionem; si autem occurrit scandalum, nisi statim communicet, exempli gratia, si est indutus, & postea occurrit sibi conscientia de peccato mortali, de quo non fuit confessus, & non habet in promptu idoneum confessorem, tunc cum contritione, & voluntate confitendi tempore opportuno potest celebrare, ut scandalum euitetur. *Scot. ibid. l. C.*

67 Int. Quid facere debeat, qui non celebrat, & est communicaturus? Resp. quod si tunc, cum debet

bet communicare, non habeat idoneum confessorem, potest non confessus communicare, nec peccat mortaliter, vel transgreditur præceptum, ut euitet scandalum, quia dilatio confessionis in actu, quæ tunc habetur in affectu non excludit, quin sit membrum etiam Ecclesie militantis habile ad actus, in quibus membra communicant, & tenetur vitare scandalum proximi. *Scot. 4. sent. dist. 9. q. vn. l. C. D.*

68 Int. Vtrum quis teneatur confiteri peccata venialia ante susceptionem Eucharistiæ? Resp. minime; quia de illis non est necessitas poenitentiae. *Scot. ibid. l. D.*

69 Int. Quid debet facere Sacerdos, si ante communicationem occurrat sibi memoria peccati mortalis olim commissi, de quo non præcessit poenitentia interior, vel exterior? Resp. tenetur tunc habere poenitentiam interiorem, antequam percipiat, & deferre poenitentiam exteriorem, donec occurrat opportunitas confitendi idoneo Sacerdoti. *Scotus ibid. l. E.*

70 Int. Vtrum sub speciebus panis, & vini contineatur verè, & realiter Corpus Christi, & sanguis? Resp. affirmatiuè, & hæc veritas est simpliciter de substantia fidei eo modo, quo veritas alicuius Sacramenti pertinet ad articulos fidei, quæ veritas fuit a principio expressè tradita, ex quo Ecclesia fuit instituta, quod probatur per verba Christi dicentis: *Hoc est Corpus meum; Hic est sanguis meus.* *Scot. 4. sent. dist. 10. quæst. 1. l. A.*

71. Int. Quare prædicta Christi auctoritas non debet intelligi figuratiuè, sicut alia, & præsertim Ioan. c. 15. *Ego sum vitis vera?* &c. Resp. quòd secundum D. August. 83. quæst. quæst. 69. solet circumstantia scripturarum illuminare sententiam; nam intellectus verborum Christi, an loquatur figuratiuè, an non, vniuersaliter colligi potest ex præcedentibus verbis, vel consequentibus in eodem textu, vel ex alijs scripturæ locis; nam dicendo: *Ego sum vitis vera*, subiunxit, & *ves palmite*; stat, quod discipuli non erant palmites naturales, sed tantum figurales; sic Christus erat vitis figuralis. At dicendo: *Hec est Corpus meum*, subiunxit, *quod pro vobis traditur*, & dicendo, *hic est Calix sanguinis mei*, subdidit, *qui pro vobis fundetur*. Corpus Christi verè traditum est pro nobis, & sanguis realiter fusus est; igitur realiter est Corpus Christi, & sanguis Christi. Scot. 4. sent. dist. 10. quæst. 1. l. A.

72. Int. Vtrum Christus derelinquat Cælum, dum sit præsens in speciebus panis, & vini? Resp. minime, quia, vt dicit D. August. *Donec finiatur saculum, sursum est Dominus*, regulariter loquendo, quia si placeret sibi ex aliqua gratia speciali localiter de Cælo descendere, vique posset, sicut asserit Tataretus probabiliter fecisse in Assumptione Virginis gloriosæ, quia ei obuiam venit ob excellentiam, & sanctitatem Matris sue, & sic potest esse simul in Cælo, & in terra, vt habetur de Consecrat. dist. 2. Can. 44. *Prima hæresis*. Scot. *ibid.* l. G. q. 3. l. B.

73 Int.

73. Int. Vtrum propter istam transubstantiationem possit dari aliqua mutatio? Resp. affirmatiuè, primo, quia species sunt de subiecto sine subiecto; secundo, quia illæ species sunt præsentia Corpori Christi; vnde insurgit noua præsentia Corporis Christi ad species; quamuis non possit vera mutatio dici, sed nouus respectus extrinsecus adueniens, sine noua mutatione. Scot. *ibid.* lit. Q.

74. Int. Cùm Corpus Christi sit perfectè quantum, quomodo potest esse sub illa parua specie panis? Resp. quòd quamuis Corpus Christi sit quantum; non tamen est in Hostia modo quantitatio, & extensiuo; nam talis modus non est passio quantitatis, sed accidens per accidens, & respectus extrinsecus adueniens partibus vini quanti in ordine ad partes alterius quanti. Scot. *ibid.* l. Q.

75. Int. Vtrum eodem modo sit Christus in Cælo, & in Hostia? Resp. non eodem modo, sed diuerso, quia in Cælo est modo naturali, & in Hostia modo Sacramentali, in Cælo est localiter, & in Hostia præsentialiter. Scot. 4. sent. dist. 10. q. 4. l. A. & quæst. 3. l. B.

76. Int. Vtrum Corpus Christi naturaliter existens, & sacramentaliter existens habeat eandem partes, & proprietates? Resp. affirmatiuè; nam Innocentius III. de Offic. Miss. par. 4. c. 12. dicit, quod tale Corpus dedit Christus discipulis suis, quale habuit, ergo eadem qualitas inest Corpori Christi in Eucharistia, quæ inest eidem in existentia natu-

naturalis. Corpus in Christi ita verum esse habet isto modo in se in Eucharistia, ubi est sub signo, sicut in Cælo, ubi est non sub signo. *Scotus 4. sent. d. 10. q. 4. ante A. & 1.*

77. Int. Vtrum Corpus Christi in Eucharistia contineat Animam, & accidentia tamquam partes? Resp. quod accipiendo Corpus pro primo perfectibili ipsius animæ non continet per se animam, neque accidentia absoluta, quia corpus sic absolute sumptum non est contradictio esse sine anima, & accidentibus, sicut etiam corpus, ut sic, sine anima, & accidentibus habet rationem alimenti. *Scot. ibid. l. A.*

78. Int. Vtrum sit in triduo mortis Christi Eucharistia consecrata fuisse verè ibi fuisse res Eucharistia? Resp. affirmatiuè, sed tunc non fuisse anima, quia in illo triduo Christus verè mortuus erat, & anima è corpore separata. *Scot. ibid. l. A.*

79. Int. Vtrum Corpus Christi in Eucharistia contineat sanguinem, ut partem? Resp. negatiuè, quia Corpus Christi, ut est primum signatum speciei panis, & contentum in illa non includit sanguinem, nec animam, neque accidentia, nam possibile fuit in morte Domini totum sanguinem fuisse effusum, & tamen si tunc fuisse Eucharistia consecrata, res fuisse eadem, quæ modò sic similiter dicendum est de sanguine qui est primum signatum speciei vini, in qua primo, & per se sanguis continetur. Concedimus tamen hæc omnia de continentia per concomitantia. *Scot. ibi. l. B. D.* *Sc Int.*

80. Int. Vtrum Corpus Christi habeat necessariò partes; & proprietates sub modo naturali, quas habet sub modo sacramentali? Resp. negatiuè; quia post resurrectionem vniuersalem non erit amplius Eucharistia, & sic Corpus Christi non habebit partes, & passiones modo sacramentali, & tamen sub modo naturali habebit illas, quod intelligitur de respectibus sequentibus ubi, non de absolutis, & respectibus antecedentibus. *Scot. ibid. l. C.*

81. Int. Vtrum Christi Corpus habens partes, & proprietates modo sacramentali habeat necessariò etiam illas modo naturali? Resp. negatiuè, quia hic modus Sacramentalis nec dependet, nec efficitur à modo naturali; non dependet, quia non est de essentia eius; tunc enim res Eucharistia haberet modum extensiuum, quod est falsum; nec causatur, quia causa Sacramenti est solus Deus, qui est causa immediata talis existentie Corporis Christi. *Scot. ibid. l. C. D.*

82. Int. Vtrum ante Incarnationem potuerit esse Eucharistia sicut nunc? Resp. affirmatiuè, & fuisse vera tam quò ad significationem, quam quò ad rem signatam, & contentam, quia modus existendi sacramentaliter non includit intrinsicè modum existendi naturaliter, id est per extensionem; vnde possibile est illud idem Corpus fuisse formatum de sanguinibus B. Virginis sub modo essendi naturali, non obstante, quòd Eucharistia præcessisset

set vera: sed tunc illa formatio in vtero Virginis non fuisse inceptio, nisi secundum quid, quia non secundum primum esse eius. *Scot. 4. sent. dist. 10. quest. 4. l. E. F.*

83 Int. Vtrum post Incarnationem posset Christi Corpus desinere esse sub modo naturali remanente vera Eucharistia? Resp. affirmatiue, & quantum ad veritatem signi, & quantum ad veritatem signati, & contenti in ipsa Eucharistia; nam tunc illa desitio esse Corporis Christi sub modo naturali esset desitio tantum secundum quid, si idem Corpus maneret habens eandem existentiam realem sub modo, sacramentali, quod tamen asseritur de potentia Dei absoluta. *Scot. ibid. l. F.*

84 Int. Vtrum si Corpus Christi desineret esse modo naturali per separationem partis à parte, scilicet formæ à materia, desineret esse alio quocumque modo? Resp. affirmatiue; non enim posset Corpus Christi fieri inanimatum modo naturali, quin fuerit etiam inanimatum modo Sacramentali & sic separatio formæ utrobique: si autem esset sermo de desitione totius existentis sub modo vno, vel sub alio, bene posset Corpus Christi desinere esse hic, & non alibi, hoc est potest desinere esse quantum ad modum existentie Sacramentalis, retinendo modum existentie naturalis, & è conuerso. *Scot. ibid. l. G.*

75 Int. Vtrum quantitas Corporis Christi sit in quantitate Hostie? Resp. affirmatiue, sed non locali.

caliter; non enim sequitur, quod ex quantitate loci, & Corporis sequatur locatio, siue respectus ad vbi, quia presentia est respectus extrinsecus adueniens, qui non necessariò sequitur positus extremis, & ideo potest fieri quod sit sine illo. *Scot. ibid. l. M. N.*

86 Int. Vtrum sanguis, cum contineatur in Corpore post consecrationem panis, possit esse deinde sub specie vini post vini consecrationem? Resp. affirmatiue, quia sub specie panis est tantum concomitanter, sed sub specie vini deinde est ex vi consecrationis, & ut primò signatum, neque ob id sequitur, quod incipiat esse hic sub specie vini, postquam fuit ibi sub specie panis eodem modo essendi, quia hic in vno incipit esse ex vi consecrationis, & præfuit sub specie panis per concomitantiam. *Scot. ibid. l. L.*

87 Int. Vtrum Christus habeat illas actiones immanentes, scilicet intellectionem, volitionem, & sensationes sacramentaliter existens in Eucharistia, quas habet naturaliter existens? Resp. affirmatiue; nam omnis actio immanens inest Christo sacramentaliter existenti (loquendo concomitanter) quæ inest ipsi in tali existentia naturali, & in Cælo; tales enim actiones sunt quid absolutum, quod non desinit esse in aliquo propter nouum respectum extrinsecus aduenientem, sicut est presentia Corporis Christi in Sacramento Altaris. *Scot. 4. sent. dist. 10. quest. 5. l. B. G. H.*

88 Int. Vtrum si Corpus Christi fuisset infrigidatum in Cruce, si tunc fuisset facta Eucharistia, fuisset Corpus Christi sacramentaliter existens in Pixide infrigidatum? Resp. affirmatiue, concomitanter tamen, sed non primò, & ad hoc non requirebatur approximatio agentis ad passum ibi, sicut requiritur ad esse primò, & non concomitanter. *Scot. ibid. l. B.*

89 Int. Vtrum possit primò in esse Christo in Sacramento Altaris existenti aliqua sensatio, & visio, auditio, &c. Resp. negatiue; cum enim ad sensationes requirantur organa, in Corpore Christi in Sacramento non reperiuntur organa eo modo, quo requiruntur ad hoc, vt immutentur ab obiectis; oportet enim, quòd talia organa sensum habeant modum quantitatum, & sint localiter in loco, ad hoc vt patiantur ab obiecto corporeo, & fiant sensationes. *Scot. ibid. l. D. G.*

90 Int. Vtrum operatio intellectus, & voluntatis, scilicet intelligere, & velle possint primò in esse Christo in Eucharistia? Resp. maxime, quia Beata Anima Christi in Eucharistia potest intuitiue intelligere intelligibilia sibi presentia, vt sic, in Sacramento, dum non sit immoderata distantia, quæ possit impedire intellectionem intuitiuam creatam; quia anima Christi non dependet à sensibilibus in intelligendo, sicut nec Angelus; Vnde Christus propter suum esse in Eucharistia non priuatur aliqua operatione, quam habet, vt existens in Cælo,

Cælo, sed potius aliquam operationem hic sacramentaliter primò habet, quam vt in Cælo non habet, nisi concomitanter, & per consequens non est ad imperfectionem suam, quòd sit in Eucharistia, sed ad ampliorem perfectionem. *Scot. ibid. l. E. F.*

91 Int. Vtrum Corpus Christi in Eucharistia possit moueri motu corporali? Resp. negatiue loquendo de motu, & mutatione proprie dicta quæ fit ad substantiam qualitatem, quantitatem & vbi, & loquendo de moueri primò, & à se ipso, & ratio est, quia ad talem motum requiritur approximatio localis, quæ non potest esse in Eucharistia, in qua Christi Corpus non est localiter, sed sacramentaliter, & præsentialiter tantum. *Scot. 4. sent. dist. 10. quasi. 6. l. B.*

92 Int. Vtrum Corpus Christi possit moueri eodem motu proprie dicto immediate à Deo? Resp. affirmatiue, quia Corpus Christi sacramentaliter habet omnem dispositionem necessariam ad motum, v. g. ad calorem, quam habet vt est in Cælo, ergo ipsi sacramentaliter existenti non repugnat recipere talem formam caloris, & per consequens cum virtus Diuina possit imprimere omnem formam passio, cuius passum est receptiuum, sequitur, quòd Deus possit Corpus suum sacramentaliter existens transmutare primò ad formam caloris. *Scot. ibid. l. C.*

93 Int. Vtrum Corpus Christi possit primò moueri motu largè sumpto? Resp. affirmatiue, quia

vbiicumque est Hostia, ibi est Corpus Christi, at si Hostia habet aliam, & aliam præsentiam localem primò ad aliud, & aliud continens, sequitur, quòd etiam Corpus Christi habeat aliam, & aliam præsentiam ad aliud, & aliud continens, quæ est cum mutatione extensivæ sumpta, quo modo non potest talem præsentiam habere in Cælo. *Scot. ibid. l. C.*

94 Int. Vtrum Christi Corpus in Eucharistia moueatur immediate à Deo? Resp. affirmatiuè, omnino enim non potest virtus creata super Corpus Christi in se sub isto modo existendi sacramentaliter; nam si Angelus faceret se præsentem lapidi voluntariè, tunc si mouerem lapidem, non propter hoc moueo Angelum, quia Angelus non est mobile per se à virtute mea; sic dicendum est de Christi Corpore in Eucharistia. *Scot. ibid. l. E.*

95 Int. Vtrum talis motus esset per nouum miraculum toties quoties Sacerdos mouet Hostiam? Resp. negatiuè, quia Deus ea voluntate, qua instituit Eucharistiam in Ecclesia, determinauit facere Corpus Christi semper præsens speciei post consecrationem, & ideo specie manente qualitercumque transferatur, Deus facit Corpus præsens alia præsentia respectu continentis, & hoc non est nouum miraculum, sed antiqua determinatio Diuinæ voluntatis. *Scot. ibid. l. E.*

96 Int. Vtrum possit Corpus Christi in Eucharistia moueri omni motu ad formam absolutam, quò mouetur in Cælo? Resp. affirmatiuè, loquendo

con-

concomitanter non per se; nam si esset calidum in existentia naturali, esset etiam calidum in existentia sacramentali; similiter de augmentatione, & diminutione dicendum est, ac pariter de nutritione, & corruptione, nam si separaretur forma à materia ibi, etiam in Sacramento separaretur; de nutritione patet, quia si nutriretur in Cælo, nutriretur etiam in Eucharistia concomitanter. *Scot. ibid. l. F. K.*

97 Int. Vtrum si Corpus Christi vulneraretur in Cruce, vulneraretur etiam in Pixide? Resp. quòd si vulnus accipiatur pro formali divisione continui, scilicet partis à parte, tunc idem vulnus haberet in Pixide, quòd in Cruce; si autem accipiatur vulnus pro actu vulnerandi, non est sic dicendum, quia ad actualem vulnerationem requiritur approximatio localis gladij ad corpus, quæ approximatio non potest dici de Corpore Christi in Pixide, quia ibi sub specie panis non est localiter, & sic partes non haberent plura vbi distantia, sicut haberent in Cruce propter extensionem corporalem. *Scot. ibid. l. I.*

98 Int. Vtrum Christus in Eucharistia possit vti aliqua potentia actiua corporea? Resp. negatiuè, quia potentia actiua corporea requirit passum sibi localiter approximatam, quòd non potest haberi hic, quia hic Christus non reperitur localiter, sed sacramentaliter, quòd intelligitur tam de potentia merè corporea, quæ consequitur naturam corporis mixti, quam de corporea consequente

to-

totum animatum primò. *Scot. 4. sent. dist. 10. quæst. 7. l. B.*

99 Int. Vtrum Christus existens in Eucharistia possit vti potentia actiua spiritali? Resp. affirmatiuè, quia huiusmodi potentia actiua spiritalis non requirit passum localiter præterens, & sic anima Christi potest Angelum illuminare, & illi mentaliter loqui, quæ illuminatio, & locutio non requirit nisi principium actiuum sufficiens in loquente, & subiectum capax ex parte illuminati, & fortè approximationem simplicem. *Scot. ibid. l. B.*

100 Int. Vtrum Christus in Eucharistia possit habere aliquam virtutem motiuam? Resp. affirmatiuè in ordine ad alium, eodem modo, quo Angelus potest aliud mobile mouere, & hæc potentia vocatur non organica. Quantum verò ad suum corpus, vt hic in Eucharistia, non potest illud mouere, quia vt sic sacramentaliter non subest, nisi potentie Diuinæ immediate. *Scot. ibid. l. E. H.*

101 Int. Vtrum Anima Christi in Eucharistia existens possit mouere Hostiam de loco ad locum? Resp. affirmatiuè, & fortè sic aliquando Hostia mota est. Habemus hoc de Sancto Bonauentura, in cuius os particula Hostiæ iam consecratæ aduolauit, & hoc potentia motiua, non organica, quæ etiam Christus in vita elapsus est de manibus Iudeorum, & de societate parentum. *Scot. ibid. l. E.*

102 Int. Quodnam mouet prius, Corpus contentum in Hostia, vel Hostiam ipsam, & species? Resp.

sp. quòd sicut ad mouendum Corpus sibi approximatum non est necessarium quòd Angelus prius moueat se localiter, sic non est necessarium, quòd Christus tali potentia non organica prius moueat suum corpus, quàm Hostiam, in qua sacramentaliter existit. *Scot. ibidem l. E.*

103 Int. Vtrum intellectus creatus possit cognoscere intuitiuè existentiam Corporis Christi in Eucharistia? Resp. negatiuè loquendo pro statu vite quia intellectus noster non cognoscit, nisi ex sensibilibus, hinc ideo cognoscit obiectum præterens, quia eius accidentia sunt sensibilia, quomodo non sunt sensibilia accidentia Corporis Christi in Eucharistia, & ideo non potest intuitiuè cognosci. *Scot. 4. sent. dist. 10. q. 8. l. C.*

104 Int. Vtrum intellectus creatus separatus possit videre, & intuitiuè cognoscere existentiam Corporis Christi in Eucharistia? Resp. affirmatiuè, siue sit intellectus Angelicus, siue animæ separatæ, siue hominis Beati, quod patet, quia tale Christi Corpus habet suam entitatem, & cognoscibilitatem, nec illa præsentia Corporis Christi in Eucharistia, cum sit modus accidentis subsistentiæ eiusdem, potest impedire, quin substantia Corporis Christi cognoscatur ab intellectu, cuius est per se obiectum. *Scot. ibid. l. D.*

105 Int. Vtrum beatus per actum beatificum videat Corpus Christi in Eucharistia? Resp. negatiuè; nam intellectus beatus differt à non beato per actua-

actualement visionem obiecti beatifici, existentia Corporis Christi in Eucharistia non est obiectum beatificum, neque inclusum in illo, quia tunc idem esset dicendum de reliquis Sacramentis, & de effectibus, qui includuntur in illis, quod non conceditur. *Scot. ibid. l. II.*

106 Int. Vtrum malus Angelus possit videre Corpus Christi in Eucharistia? Resp. affirmatiue, nisi esset impeditus, sicut fuit impeditus, ne videret mysteria gratiae, vt mysterium Incarnationis, Virginitatem Beatissimae matris Mariae, tam in mente, quam in carne, & hoc ne impediretur redemptio nostra, quia 1. Corinth. cap. 1. *Si cognouissent? numquam Dominum gloria crucifixissent*, idest numquam redimi eius morte procurassent. *Scotus ibid. l. II.*

107 Int. Vtrum Corpus Christi in Eucharistia possit videri oculo corporeo? Resp. negatiue, quia tunc videret Corpus Christi aequale Hostiae, & rotundum, quod patet, quia quidquid oculo videtur, videtur sub piramide, cuius basis est in re visa, & conus, scilicet extremum pyramidis, in oculo; Christi igitur Corpus deberet videri sub tali piramide; basis, in qua fundari debet pyramidis, non potest assignari Corpus Christi, sed tantum Hostia, in qua est Corpus Christi, & tunc Corpus Christi, & Hostia viderentur sub aequali angulo correspondenti, & sic Corpus Christi esset aequale speciei (quae enim videntur sub aequali angulo viden-

videntur aequalia) imò quia basis, sub qua videtur Hostia, est rotunda, Christi Corpus videretur, vt rotundum, quod non est dicendum. *Scot. 4. sent. d. 10. q. 9. l. ante A.*

108 Int. Vtrum Deus de sua potentia absoluta possit causare in oculo glorioso, vel non glorioso visionem Corporis Christi, quamuis tantum esset in Eucharistia? Resp. affirmatiue, quia visio est forma absoluta, quae sine contradictione potest fieri absque respectu praesentialitatis ad obiectum. *Scot. ibid. l. B.*

109 Int. Vtrum Corpus Christi in Eucharistia possit prin.º causare, vel terminare visionem in oculo corporeo? Resp. negatiue, quia vt sic requiritur approximatio, & distantia debita, quae non potest dari in Corpore Christi sacramentaliter existente, quia non est in loco, nec potest fieri per miraculum quia corpus vt sic est invisibile, & repugnat videri, & quamuis possit Deus causare visionem sine corpore, non tamen potest quòd corpus non localiter existens, sicut est Corpus Christi in Hostia, causare visionem. *Scotus ibidem l. B.*

110 Int. Quid est transubstantiatio? Resp. est transitio talis substantiae in substantiam, idest sicut termini totaliter desinentis esse in terminum; sicut substantiam totaliter incipientem esse. *Scot. 4. sent. d. 11. quest. 1. l. A. C.*

111 Int. Quomodo transubstantiatio differt à genere

generatione? Resp. differi, quia in generatione manet idem subiectum sub utroque termino; in transubstantiatione vero est tantum transitio substantiæ in substantiam, sic quod termini totaliter desinant esse, & totaliter incipiat esse. *Scotus ibidem l. B. C.*

112 Int. Vtrum talis transubstantiatio possit fieri à virtute creata? Resp. negativè, bene tamen ab omnipotenti Deo, in cuius potentia est vtrumque extremum, & quantum ad totum esse, & quantum ad totum non esse; at virtus creata potest solum quantum ad partem, scilicet formam, manente semper materia sub utraque transmutatione, vel termino; & habetur de *Consecr. d. 2. can. 69. re vera mirabile est. Scotus ibid. l. C. A.*

113 Int. Vtrum transubstantiatio possit dici mutatio? Resp. quod potest dici mutatio non proprie, sed largè; in quantum importat respectum vnius ad aliud, & potest dici mutatio de subiecto in subiectum, quatenus est ab vno termino positivo in alium terminum positivum. *Scotus ibid. l. E.*

114 Int. Vtrum in Eucharistia Panis convertatur in Christi Corpus? Resp. affirmativè, nam de Sacramenti tenendum est sicut tenet Sancta Romana Ecclesia; ita habetur *Extr. de hæreticis cap. 9. ad abolendam*; in hoc Ecclesia Sancta tenet panem transubstantiari in Corpus Christi, & vinum in sanguinem, sicut habetur *Extr. de summ. Trinit. & fide Cathol. cap. 1. Eucharistia credimus q. vna verò est;*
vbi

vbi dicitur, quod Sacerdos est & sacrificium Iesus Christus, cuius Corpus, & sanguis in Sacramento Altari sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, & sequitur statim, transubstantiatis pane in Corpus, & vino in sanguinem potestate Divina, habetur etiam de *Consecrationem dist. 2. c. 55. Panis est in Altari vñ status. Scot. 4. sent. d. 11. q. 3. l. ant. A. E.*

115 Int. Quare Ecclesia Catholica sic tenet, cum possit aliter dicere, nempe substantiam non desinere esse? Resp. quod sicut eo spiritu expositæ sunt scripturæ, quo condita, sic Ecclesia Catholica eo spiritu exposuit quo tradita est nobis fides, scilicet spiritu veritatis edocta, & ideo hoc assertum elegit, quia verum est; nam non fuit in potestate Ecclesiæ facere istud verum, vel non verum, sed Dei instituentis, & secundum intellectum à Deo traditum Ecclesia explicavit, edocta, & directa in hoc, ut creditur spiritu veritatis. *Scot. ibid. l. G.*

116 Int. Ex quo capite haberi potest possibilitas ista, ita, ut panis convertatur in Corpus Christi? Resp. quod talis possibilitas conversionis panis in Corpus Christi est ex plena obedientia vtriusque termini respectu Divinæ virtutis, & licet terminus ad quem, scilicet Corpus, & Sanguis Christi, non recipiat esse substantiale novum, recipit præsentiam novam sub speciebus, & esse hic. *Scot. 4. sent. dist. 11. quest. 3. l. L. N.*

117 Int. Quinam est primus terminus conversionis panis? Resp. huiusmodi conversionis primum

terminum esse compositum ex materia, & forma quaedam priori, quam forma intellectiva, quae forma prior manet eadem cum Christo viuo, & in corpore mortuo, & quae manet tamquam formale rei primò contentae sub Eucharistia, ex quo Eucharistia fuit instituta. *Scot. ibid. l. P.*

118. Int. Vtrum panis in conuersione in Corpus Christi annihilatur? Resp. negatiue, nam terminus ad quem annihilationis est purum nihil, quod non datur in ista conuersione, in qua panis dum conuertitur habet terminum posituum, scilicet Corpus Christi, & non transit in purum nihil. *Scot. 4. sent. dist. 11. q. 4. l. B. H. K.*

119. Int. Vtrum fidelis adornando Eucharistiam debeat distinguere species, seu accidentia panis à Corpore Christi ad fugiendam Idololatriam? Resp. quòd fideles simplices non est necesse, quòd sciant sic distinguere, sed sufficit, vt adorent in fide Ecclesie, & hoc eis sufficit ad salutem, è conuerso maiores, & doctiores, qui adorant distinctè contentum in signo sensibili, non ipsum signum continens. *Scot. 4. sent. dist. 11. q. 3. l. B.*

120. Int. Quomodo potest explicari conuersio panis in Corpus Christi? Resp. non potest explicari per verbum est, vt panis est Corpus Christi, quia esse dicit vnionem extremorum, quod non potest dici de Corpore Christi, cui nullo modo panis vnitur, nec è conuersio; neque per verbum fit, vt panis fit Corpus Christi, quia fieri denotat

sub-

subiectum fieri secundum formam prædicati, & non potest dici de Corpore Christi, quia panis pro nulla differentia temporis, scilicet præsentis, præteriti, vel futuri, fit secundum formam Corporis Christi, nec è conuersio; neque per verbum potest, quia omnis propositio de possibili est falsa, cuius propositio de inesse est impossibilis, ideo quia ista propositio de inesse est impossibilis, panis est Corpus Christi; ista erit falsa propositio, panis potest esse Corpus Christi. *Scot. 4. sent. d. 11. q. 5. l. A. B. C.*

121. Int. Quomodo potest ista conuersio verè explicari? Resp. quòd, ad constituendam veram propositionem inter ista panis, & Corpus Christi, oportet quòd vnam sit in obliquo, vt dicendo de pane, vel ex pane fit Corpus Christi, vel melius, panis transit in Corpus Christi ista inquam est melior propositio, quia ly *ex*, denotat aliquid comunc manere, quod non admittitur propter annexam mutationem. *Scot. ibid. l. D.*

122. Int. Vtrum solus panis triticus cum aqua clementari coagulatus sit materia conuersionis in Corpus Christi? Resp. affirmatiue, quia Christus talem materiam consecrandam instituit, & in signum institutionis, tali materia vsus est, & congruenter, quia dixit se esse granum frumenti, *Ioan. cap. 12.* & habetur de consecr. d. 2. *Can. 1. in Sacramentorum: & Can. 4. Non oportet aliud, similiter de Consecr. d. 2. Can. 5. In Sacramento Corporis: sic etiam dicit D. August. in Ioan. Scot. 4. sent. dist. 11. q. 6. ante A.*

123. Int.

123 Int. Vtrum pasta sic sufficiens materia ad consecrandum? Resp. negatiuè, sed requiritur panis, quia sic institutum est; nam cum Sacramentum sit signum nutrimenti spiritualis, in illis congruè institutum est, quæ sunt signa principalia nutritionis corporalis, & quantum panis, & pasta non differant specie, quia per coctionem pasta in furno, vel alio modo ab igne non fit nisi exhalatio humoris aquei commixti cum partibus farinæ, talis separatio non mutat speciem; ob id autem in pasta non potest confici, quia noluit Christus in Sacramentis suis istam subtilem disputationem de differentia specifica imponere nobis, sicut pro certo habemus, quod panis triticeus vidualis sit materia consecrationis. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 6. l. ante A.*

124 Int. An ex Amido possit formari panis consecrabilis? Resp. negatiuè, cum qualitates, & operationes Amidi sint differentes à qualitatibus panis, ex quibus inferitur diuersitas speciei. *Scot. ibidem ante A.*

125 Int. Vtrum consecrans in Amido consecraret, & an peccaret? Resp. quod cum certus sit de farina triticea secundum peritiam pastorum, & dubius de Amido, sciens partem negatiuam esse multis probabilem, non sine peccato se exponit tali dubio, & præsertim ille, qui præparat Hostias consecrandas; & utens huiusmodi Hostia forte posset magis excusari de peccato, quia supponit talem materiam esse benè præparatam, & si in veritate ista materia

non

non est consecrabilis, in consecrando nihil fit. *Scot. ibid. l. A.*

126 Int. Vtrum tunc esset causa idolatrandi? Resp. negatiuè, quia quantum est ex se supponit materiam esse idoneam, & à se, & ab alijs adorandam. *Scot. ibid. l. A.*

127 Int. Quomodo probamus acetum differre specie à vino? Resp. probamus quantum ad qualitates, & operationes quia acetum est à tota specie frigidum, vinum autem à tota specie calidum, vnde acetum non est materia consecrationis. *Scotus ibid. l. A.*

128 Int. Vtrum si de pane fiat pasta per compressionem in digitis sit consecrabilis? Resp. affirmatiuè, quia quantumcumque remittatur in illo consueta duritia, quæ consequit esse in pane cocto; tamen ex quo semel coctus est, & panis fuit, nisi manifestè recedat à ratione panis vidualis, non recedit à ratione panis consecrabilis. *Scotus ibidem l. A.*

129 Int. Vtrum panis Azymus, vel fermentatus, vel vterque sit panis consecrabilis? Resp. quod Greci in hoc sunt contra Latinos, & dicunt, quod necesse sit conficere in fermentato, & ideo negant nos Latinos conficere; dicunt enim Christum, dum instituit hoc Sacramentum usum fuisse fermentato; quia Christus passus est Luna 14. ante quam Lunam Christus præuenit comedere Agnum Paschalem, & tunc inter Iudæos panis fermentatus erat in vñ; nos autem

autem Latini dicimus Christum passum fuisse Luna 15. & per consequens fecit cenam Luna 14. & vocabatur prima dies Azymorum, sicut habetur *Matth. cap. 26. Marc. cap. 14. Luc. c. 22.* ex quibus habetur, quod in illa Luna, in qua secundum legem comedi debuit Agnus Paschalis, comederunt Discipuli verum Agnum; scilicet 14. die mensis primi. *Scot. ibid. l. A.*

130 Int. Vtrum sit necessarium conficere in Azymo? Resp. quod de necessitate panis consecrabilis non est, quod sit Azymus, vel fermentatus, quia secundum dictum Anselmi in lib. de Azymo, & fermentato. Azymus, & fermentatus non differunt substantialiter, & ideo non negatur, quod Græci in fermentato verè conficiant, quamvis Græci negent nos Latinos in Azymo conficere. *Scotus ibid. l. B.*

131 Int. Vtrum aliquando in Ecclesia panis fermentatus fuerit in usu? Resp. affirmatiue tempore Leonis Papæ, sed fuit hoc institutum ad tempus, scilicet ad extinguendam hæresim Ebionitarum, qui dixerunt, quod necessarium erat Christianos iudæizare, & per consequens Pascha suum in Azymo conficere, & ad abolendam talem hæresim fuit ordinatum consecrare in fermentato; sed deinde, illa hæresis extincta, rediit Ecclesia Occidentalis, & Latina ad primam consuetudinem, quæ conformis est institutioni Christi, & promulgationi factæ per eius Vicarium Petrum. *Scot. ibid. l. C.*

132 Int. Vtrum necessarium sit Latinos in Azymo conficere? Resp. affirmatiue loquendo de necessitate ministri, & ideo si non faceret sic, peccaret mortaliter; sicut Græci fortè grauius peccant non conformando se Ecclesiæ Romanæ; At verò Concilium Florentinum sanxit, quod Græci seruent ritum dictæ Ecclesiæ. *Scot. 4. sent. dist. 11. q. 6. l. C.*

133 Int. Vtrum solum vinum expressum de vua sit conueniens materia conuersionis in sanguinem? Resp. affirmatiue, quia sic Christus instituit; nam secunda principalis pars nutritionis, scilicet potus, consistit principaliter in vino, vt in potu principali, & ideo excluditur vinum artificiale, scilicet pomorum, & huiusmodi, quod est tantum æquiuocè vinum, & non aptum consecrationi, & habetur de *Consec. dist. 2. Can. 3. Scriptura dicit. Scot. 4. sent. dist. 11. q. 7. l. A.*

134 Int. Vtrum vinum in vua sit conueniens materia conuersionis in sanguinem? Resp. negatiue, & ratio est, quia dum vinum non est expressum de vua habet potius rationem comestibilis, quam potabilis, quod repugnat institutioni Diuinæ; Deus enim instituit talem conuersionem in sanguinem in ordine ad potum, & non ad cibum, & habetur de *Consec. dist. 2. Can. 6. didicimus quod, & Can. sequenti. Cum omne. Scot. ibid. l. A.*

135 Int. Vtrum sic necessarium in consecratione apponere aquam vino? Resp. quod non est necessarium necessitate Sacramenti, neque Græci aquam

quam apponunt; Est tamen de necessitate Mini-
stri propter præceptum Ecclesie, ac etiam Christus
vinum, cum quo fuit aqua mixta, consecrauit, sic
dicit etiam D. Damasc. *lib. 4. cap. 14. Scetus ibidem
lit. B.*

136 Int. Vtrum aqua apposita vino conuertatur
in sanguinem? Resp. negatiue, si accipitur abso-
lute; prius enim debet esse conuersa in vinum, &
de inde fiat conuersio in sanguinem; & ideo modica
aqua est vino apponenda, & ita tempestiue, quod
ante consecrationem possit conuersa fuisse in vinum.
Scot. ibid. l. B.

137 Int. Quid significat aqua apposita vino? Res-
p. significat populum vniuersi Christi, iuxta illud de
*Consecr. d. 2. can. 7. Cum omne. Cùm in Calice vino
aqua miscetur, Christo populus vnitur, idest copulan-
di significatur per fidem, & per dignam Sacramen-
ti perceptionem. Scot. 4. sent. d. 11. q. 6. l. B.*

138 Int. Vtrum in Eucharistia sit aliquod acci-
dens sine subiecto? Resp. affirmatiue, nam vt pa-
ter ad sensum, accidentia Panis manent, & hæc
non efficiunt Corpus Christi, quia illud non est
quantum quantitate speciei, nec figuratum hac fi-
gura, sed humana, nec coloratum hoc colore, sed
colore conueniente corporis humano, &c. nec ta-
lia accidentia efficiunt aërem, quia aër non est
capax illorum accidentium, cum ista sint acciden-
tia corporis mixti, & repugnancia elemento; nec
efficiunt substantiam panis, quia illa non manet
iam

iam conuersa; sunt igitur sine subiecto. *Scot. 4. dist.
12. q. 1. l. ante A.*

139 Int. Vtrum si Deus reduceret substantiam
panis iam conuersam, & nil aliud faceret, remane-
ret accidens sine subiecto? Resp. affirmatiue, &
quamuis cessaret miraculum, per quod accidentia
sunt sine subiecto; tamen quod positum est in esse
per dictum miraculum, permanet in illo esse,
quousque ab aliquo agente transfusetur. *Scot. ibid. l. Q.*

140 Int. Vtrum aliquod, vel omnia accidentia
sint sine subiecto? Resp. quòd si accipitur subie-
ctum, prout est subiectum vitimum vltimate ter-
minans dependentiam alicuius actus per accidens,
omnia accidentia in Sacramento Altaris sunt sine
subiecto, quia tale subiectum est substantia, & ibi
substantia nulla est; Si verò accipitur subiectum,
quatenus est subiectum immediatum, & proprium,
proximè terminans dependentiam actus alicuius
formæ, quæ non faciat vnum per se cum substantia,
tunc dicendum est solummodo quantitatem esse
sine subiecto; cætera autem accidentia in subiecto,
scilicet in quantitate, quæ est proximum, & immo-
diatum subiectum accidentium. *Scot. 4. sent. d. 12.
q. 2. l. H. l.*

141 Int. Vtrum accidentia in Eucharistia pos-
sint habere quamcumque actionem; quam pote-
rant habere in subiecto? Resp. affirmatiue, nam
forma in esse manens eadem habet eandem vir-
tutem, & per consequens potest esse principium
suis.

eiudem actionis: accidens à subiecto separatim in Sacramento Altaris est manens idem accidens, quod prius; potest igitur easdem actiones habere, quas prius. *Scot. 4. sent. dist. 12. q. 3. l. ant. A.*

142 Int. Vtrum accidentia in Eucharistia habeant eandem actionem, quam habebant prius? Resp. affirmatiuè, quia accidentia separata sunt sensibilia, sicut prius; possunt igitur alterare passia sibi approximata, sicut prius; nam si modica aqua opponeretur in Calice speciebus vini consecrati, tunc illa aqua alteraretur ab accidentibus, sicut prius. *Scot. ibid. l. ante A.*

143 Int. Vtrum accidentia possint mutari manente Eucharistia secundum vbi? Resp. affirmatiuè, quia ad talem mutationem requiritur eadem quantitas sicut prius; nam per talem mutationem non acquiritur nisi vbi successiuè, quod fit per idem quantum. *Scot. 4. sent. dist. 12. q. 4. l. E.*

144 Int. Vtrum si in Eucharistia fieret mutatio secundum colorem, frigiditatem, vel caliditatem, remaneret in Eucharistia eadem quantitas? Resp. affirmatiuè, quia istæ qualitates suscipiunt magis, & minus, & earum variatio non corrumpit accidentia Eucharistiae, secundum quod sunt eidem Eucharistiae necessaria, dummodo non indicatur per talem variationem aliquod impossibile pati, si panis ibi maneret. *Scotus ibid. l. E. F. & quest. 6. l. E.*

145 Int. Si variatur figuratio Hostiæ, an varietur quan-

quantitas, vel an oriatur quantitas noua? Resp. negatiuè, quia figura huiusmodi non dicit nisi relationem partium ad se inuicem, vel relationem terminorum includentium partes, quæ relatio potest variari, & mutari, partibus manentibus eisdem in se, & in toto. *Scot. 4. sent. dist. 12. q. 4. l. F.*

146 Int. Vtrum si accidentia Eucharistiae rarefierent, esset per acquisitionem nouæ quantitatis, & hoc ab agente creato? Resp. quod utique acquireretur noua quantitas, secundum partes rarefactionis, & diceretur gradus quantitatis nouæ, non ab agente naturali, & creato, sed à solo Deo immediate; non tamen nouo miraculo, quia eadem voluntate, qua disposuit Deus Eucharistiam esse in Ecclesia, disposuit, quod circa illas species, præsentæ actiuo naturali, causaret talem transmutationem, qualem in substantijs conuersis causaret agens naturale, & hoc ne meritum fidei euacuaretur, si videremus species intransmutabiles. *Scot. 4. sent. dist. 12. q. 4. l. F.*

147 Int. Vtrum in diuisione Hostiæ deperdatur aliqua quantitas? Resp. non deperditur quantitas, sed quantitatis continuitas, nam partes illæ quæ prius erant in toto quanto continuæ, & in potentia, per diuisionem reducuntur in actum, & fiunt discontinuæ, cuius mutationis subiectum sunt partes eadem manentes in eadem quantitate primo situatæ, quæ prius habebant continuationem, & postea discontinuationem. *Scot. ibid. l. l.*

148 Int.

148 Int. Vtrum si vinum non consecratum apponeretur vino consecrato, quantitas vini non consecrati continueretur quantitati vini consecrati, & esset sine subiecto illa, sicut ista? Resp. quod si fieret talis appositio, esset continuitas quantitatis vtriusque, sed quantitas appositae esset in subiecto, & quantitas, cui apponitur, esset sine subiecto, sed si queratur, quomodo superficies, v. g. continuans vtramque quantitatem sit sine subiecto, vel in subiecto, sit vtramque continuat? Resp. ex Tartareo hic quod est in subiecto respectu quantitatis appositae, & non est in subiecto respectu quantitatis scilicet, cui apponitur, & ideo non valet consequentia ista, continuat quantitatem existentem sine subiecto; ergo ista superficies non est in subiecto.

Scot. 4. sent. dist. 12. q. 4. l. G. K.

149 Int. Vtrum accidentia in Eucharistia possint corrumpi? Resp. affirmatiue, loquendo de accidentibus, id est de qualitatibus, quarum transmutatio non requirit aliam quantitatem; quia illae habent commune subiectum, circa quod, vel in quo transmutari possunt, scilicet communem quantitatem, qua non mutata, possunt illae qualitates ita alterari, vt cum illis non possit stare species, & sic desineret esse Eucharistia; quia Deus instituit non conseruare Eucharistiam, hoc est accidentia sine subiecto, in quibus sit Corpus Christi; nisi quandiu manent ibi qualitates matæ perficere substantias iam conuersas; si ibi essent. *Scot. 4. sent. d. 12. q. 5. l. B.*

150 Int.

150 Int. Vtrum Eucharistia possit desinere esse per actionem agentis naturalis? Resp. affirmatiue, quod patet ex dictis, nec esset aliquod miraculum, quia eadem voluntate antiqua, qua Deus voluit Eucharistiam esse in Ecclesia, voluit etiam illam non manere, nisi quandiu qualitates manent aptæ natæ perficere substantias iam conuersas, si ibi essent. *Scot. ibid. l. B.*

151 Int. Vtrum in aliqua transmutatione facta circa Eucharistiam necesse sit aliquam substantiam redire? Resp. affirmatiue, quia iste species sacramentales possunt nutrire suscipientem, & sic ex eis generari substantia, quod non potest fieri, nisi substantia redeat, quia ex non substantia non fit substantia. *Scotus 4. sent. dist. 12. q. 6. l. A.*

152 Int. Vtrum manente Eucharistia, necesse sit per corruptionem accidentium redire substantiam? Resp. negatiue, nam Eucharistia manet, manente quantitate, quæ est subiectum susceptiuum transmutationis qualitatis secundum gradus; possent igitur illæ qualitates corrumpi secundum alios, & alios gradus, absque eo, quod redat substantia. *Scot. 4. sent. d. 12. q. 6. l. C.*

153 Int. Vtrum si corrumpatur Eucharistia, vel per alterationem, in qualitate, vel per motum in quantitate redeat de facto substantia? Resp. affirmatiue; Deus enim disposuit illas species manentes esse sine subiecto in Eucharistia præcisè, & non alibi, ergo statuit, quod cessante Eucharistia, non sint

sint species sine subiecto, & per consequens in ipso instanti corruptionis redit aliqua substantia. *Scot. 4. sent. dist. 12. q. 6. l. D.*

154 Int. Quenam substantia redit cessante Eucharistia? Resp. quod redeat substantia composita, quæ potest illis accidentibus nouis affici; alia enim substantia non esset capax. *Scot. ibid. l. D.*

155 Int. Cuius virtute redit substantia in tali casu? Resp. quod redit immediate per virtutem Diuinam, quia nullum aliud agens habet virtutem actiuam ad hoc sufficientem. *Scot. ibid. l. D.*

156 Int. Vtrum manente quantitate eadem, si corrumperentur alia accidentia, corrumperetur etiã Eucharistia? Resp. affirmatiuè, quia Eucharistia non consistit in sola quantitate, sed in alijs accidentibus necessarijs consequentibus substantias iam conuersas; & ideo si induceretur aliqua qualitas secundum gradum, secundum quem non posset stare cum pane, si ibi panis adesset (vt calor ignis) tunc etiam manente quantitate corrumpitur Eucharistia. *Scot. 4. sent. d. 12. q. 6. l. D. E.*

157 Int. Vtrum si combureretur Hostia rediret substantia? Resp. affirmatiuè, rediret substantia de facto; ignis enim non producit ignem, nisi in substantia. *Scot. ibid. l. A.*

158 Int. Vtrum, quando producitur vermis in Hostia, producatur ex substantia, & virtute naturali? Resp. quod ad alterationem, vel corruptionem accidentium solus Deus producit substantiam compositam.

positam primò, qua posita, si debeat sequi generatio alicuius (puta vermis) de illa substantia, potest agens naturale ibi agere ad formam substantialem illius, qui habet passum sibi conueniens. *Scotus ibidem l. H.*

159 Int. Vtrum Corpus Christi possit confici sola virtute Diuina? Resp. affirmatiuè per D. August. *lib. de Corpore Domini Mysterium Corporis, & Sanguinis Domini perficitur virtute Spiritus Sancti, & sequitur, sicut Christus est, qui baptizat ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Scot. 4. sent. dist. 13. q. 1. ante A.*

160 Int. Vtrum aliqua virtus creata possit in Sacramentalem conuersionem vt agens principale? Resp. negatiuè, quia ad talem conuersionem requiritur agens, cuius virtuti actiue totaliter subest esse, & non esse vtriusque extremi, scilicet termini ad quem, & termini à quo, cuius virtutis non est agens creatum, quod præsupponit semper in agendo aliquam partem ipsius termini. *Scotus ibidem lit. Y.*

161 Int. Vtrum creatura possit agere talem conuersionem instrumentaliter? Resp. affirmatiuè, intelligendo scilicet pro instrumento agens dispositiuum; nam minister habens actionem propriam humanam præuiam actioni Diuinæ tamquam dispositionem necessariam ex ordinatione Dei patriscentis cum Ecclesia, quod ad talem actum ministri

ministri faciet talem actum sibi proprium est instrumentum Dei in ista conuersione; Minister enim est quoddam agens dispositiuum, & eius actio, & prolatio uerborum est actio instrumentalis respectu conuersionis, quamuis non attingat terminum. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 1. lit. F. f.*

DE SACERDOTE SACRIFICANTE.

TIT. V.

IN Titulo. Nt. Vtrum quicumque Sacerdos possit consecrare hoc Eucharistiae Sacramentum? Resp. affirmatiue, loquendo de simpliciter posse, dummodo habeat has condiciones scilicet, quod sit Sacerdos, quod possit proferre uerba consecrationis, & quod possit habere intentionem debitam faciendi, scilicet, quod intendit Ecclesia facere, & ideo mutus, & carens usu rationis non potest consecrare, quamuis sit Sacerdos. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. B.*

1. Int. Vtrum distractus in conficiendo Sacramentum Eucharistiae uere conficiat? Resp. affirmatiue, dummodo intendat in principio Missae Mis-

Missam celebrare, quia sic distractus habet intentionem uirtualem, quae admittit distractionem; Deus enim, ut supra dictum est, non obligat hominem ad non distrahi; quod pariter dicendum est de Baptismo: *Scot. 4. sent. d. 6. q. 6. l. A. G.*

3. Int. Vtrum solus Sacerdos possit consecrare? Resp. affirmatiue; habetur *expa de summa Trinit. & Fid. Cathol. cap. 1. Firmiter. §. Una uero*, ubi dicitur: hoc itaque Sacramentum uicem potest consecrare, nisi Sacerdos, qui tunc fuerit ordinatus secundum claves Ecclesiae. Quod habuit Ecclesia ex uerbo Christi *Luc. 22. cap. & 1. Corinth. cap. 12. Haec quaecumque feceritis*, &c. ubi loquitur Apostolus, uel Discipulis, quibus Sacerdotes succedunt; ut habetur *a. 21. Can. 1. Clerus, & Cler. Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. B.*

4. Int. Vtrum sit idem Sacramentum, & sacrificium? Resp. negatiue, quia etiam oblatio Hostiae non consecrata est sacrificium, & tamen non est Sacramentum, sicut Eucharistia consecrata in Pixide est Sacramentum, & non sacrificium, nisi aptitudinaliter. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. D.*

5. Int. Vtrum degradatus possit consecrare hoc Sacramentum? Resp. quod licet degradatus spoliatur privilegio Clericali, & tradatur Curiae seculari; potest tamen consecrare, quia non deletur character; Deus enim non instituit ministrum in amotione, sicut in collatione, & quod talis degradatus tradatur Curiae seculari, est ex privilegio Pontificis, qui tali privilegio non se spoliat nec alteri cedit,

ministri faciet talem actum sibi proprium est instrumentum Dei in ista conuersione; Minister enim est quoddam agens dispositiuum, & eius actio, & prolatio uerborum est actio instrumentalis respectu conuersionis, quamuis non attingat terminum. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 1. lit. F. f.*

DE SACERDOTE SACRIFICANTE.

TIT. V.

IN Titulo. V. Nt. Vtrum quicumque Sacerdos possit consecrare hoc Eucharistiae Sacramentum? Resp. affirmatiue, loquendo de simpliciter posse, dummodo habeat has condiciones scilicet, quod sit Sacerdos, quod possit proferre uerba consecrationis, & quod possit habere intentionem debitam faciendi, scilicet, quod intendit Ecclesia facere, & ideo mutus, & carens usu rationis non potest consecrare, quamuis sit Sacerdos. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. B.*

1. Int. Vtrum distractus in consecrando Sacramentum Eucharistiae uere consecratur? Resp. affirmatiue, dummodo intendat in principio Missae Mis-

Missam celebrare, quia sic distractus habet intentionem uirtualem, quae admittit distractionem; Deus enim, ut supra dictum est, non obligat hominem ad non distrahi; quod pariter dicendum est de Beatusilino: *Scot. 4. sent. d. 6. q. 6. l. A. G.*

3. Int. Vtrum solus Sacerdos possit consecrare? Resp. affirmatiue; habetur *expa de summa Trinit. & Fid. Cathol. cap. 1. Firmiter. §. Una uero*, ubi dicitur: hoc itaque Sacramentum uicem potest consecrare, nisi Sacerdos, qui tunc fuerit ordinatus secundum claves Ecclesiae. Quod habuit Ecclesia ex uerbo Christi *Luc. 22. cap. & 1. Corinth. cap. 12. Haec quaecumque feceritis*, &c. ubi loquitur Apostolus, uel Discipulis, quibus Sacerdotes succedunt; ut habetur *a. 21. Can. 1. Clerus, & Cler. Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. B.*

4. Int. Vtrum sit idem Sacramentum, & sacrificium? Resp. negatiue, quia etiam oblatio Hostiae non consecrata est sacrificium, & tamen non est Sacramentum, sicut Eucharistia consecrata in Pice de est Sacramentum, & non sacrificium, nisi aptitudinaliter. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. D.*

5. Int. Vtrum degradatus possit consecrare hoc Sacramentum? Resp. quod licet degradatus spoliatur privilegio Clericali, & tradatur Curiae seculari; potest tamen consecrare, quia non deletur character; Deus enim non instituit ministrum in amotione, sicut in collatione, & quod talis degradatus tradatur Curiae seculari, est ex privilegio Pontificis, qui tali privilegio non se spoliatur nec alteri cedit,

sed tunc executor est minister Pontificis, & Iudicis Ecclesiastici; non enim est essentielle ordini, quod Curie seculari non tradatur. *Scot. ibid. l. C.*

6. Int. Verum hereticus, & schismaticus conficiant Sacramentum? Resp. affirmatiue, dum modo habeant intentionem faciendi quiddam faciendum institutum Ecclesia, quae intentio dicitur vniuersalis, quamuis non intendat in speciali, quia credit Eucharistiam nihil valere. *Scot. ibid. l. C.*

7. Int. Quot modis accipitur ly posse conficere? Resp. accipi dupliciter, vno modo posse simpliciter, & absolute, & tunc est, quando facit quod intendit, sic facit arriter; alio modo ordinate facere, adest debite, & secundum requisitas conditiones, vel ex parte ministri, vel loci, vel temporis. *Scotus in 4. d. 13. q. 2. l. D.*

8. Int. Quot sunt impedimenta ex parte ministri? Resp. tria, scilicet, vel culpa tantum, vel poena tantum, vel nec culpa, nec poena; Culpa tantum, ut peccatum mortale, in quo existens non potest ordinate conficere; poena tantum, ut poena canonica nec poena, nec culpa, ut non ieiunus ieiunio naturalis. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. D.*

9. Int. Quot sunt poenae, quae impediunt ad ordinate conficiendum? Resp. multae sunt poenae, aliae non sunt fundatae super aliquam poenam, vel defectum naturalem, ut degradatio, Irregularitas, (quae quandoque est ex defectu) Excommunicatio maior, suspensio ab executione eorum, quae sunt Ordinis simo-

nia,

nia, infamia, & alia ad ista reducibilia: nam sub infamia continetur publicus Vfurarius, & huiusmodi. Aliae poenae fundantur super defectus naturales, propter quos non vult Ecclesia quascumque personas defectuosas ministrare in Altari, & merito, quia sic erat in lege veteri, *Lenit. cap. 21. Scot. in 4. dist. 13. q. 2. l. E.*

10. Int. Quare Ecclesia huiusmodi personas prohibuit? Resp. propter reuerentiam Sacramenti, & propter scandalum pusillorum, quod quidem scandalum oriretur, si notabiliter defectuosi in naturalibus, ut mutilari, vel horribili infirmitate inhiemi, ut lepra & huiusmodi; ministrarent in Altari, ut patet *dist. 33. Can. 2. maritum duarum, & Exir. de Corpor. vitat. in pluribus Capit. Scot. ibid. l. E.*

11. Int. Quid ultra requiritur ex parte ministri ad ordinate conficiendum? Resp. requiritur appositio conuenientium vestimentorum, quae debent esse sacra, & honesta, quibus in alijs vsibus non debent vti, quam in Ecclesiasticis, & Deo dignis officijs, ut habetur *de Consecr. dist. 1. Can. 4. Vestimenta Ecclesiastica. Scot. ibid. l. E.*

12. Int. Quot sunt indumenta requisita? Resp. secundum Innocent. III. *de Officio Missae p. p. cap. 10.* sex sunt communia Episcopis, & Presbyteris, scilicet Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus, & Planeta, quae debent esse benedicta, quamuis de Cingulo hoc certe non requiratur, quia in quibusdam locis consuetudo obtinuit, quod non oportet Cingulum

lum benedice. *Scotus in 4. dist. 13. quest. 2. l. F.*

13 Int. Quam poenam incurrit non Sacerdos, si attentet conticere? Resp. quod non solum peccat mortaliter, sed etiam est irregularis, ut habetur *Extr. de Clerico non ordinato ministrare cap. 1. Si quis, & cap. 2. ex litteris*, & vniuersaliter quicumque exequens, vel attentans actum alicuius ordinis quem non habet, est irregularis. *Scotus ibidem. l. F. & ex Decreto Urbani VIII. tradendus est curie seculari.*

14 Int. Quid dicendum de peccatore notorio? Resp. quod talis, sic celebrat ante poenitentiam, peccat mortaliter, non solum quia est in peccato mortali, sed etiam quia scandalizat, sed an incurrat irregularitatem? Resp. negatiue, quia huiusmodi poena non videtur sibi infligenda a Canone, licet prohibeatur *dist. 32. Can. 5. nullus*, ubi dicitur: *Nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere*, nam poenae non sunt ampliandae; *Extr. de Regul. Iur. in 6. reg. 49. Scot. ibid. l. H.*

15 Int. Si prohibetur fidei Missam concubinarum audire, quare non prohibetur concubinario celebrare? Resp. Quod vtrique prohibetur celebrare, quia magis astringitur ipse ad cauendum quam audiens ut non audiat; & si prohibetur communicatio cum concubinario in aliquo actu, est ut corrigatur, non tamen illi infligitur poena irregularitatis, si exerceat illum actum, quod etiam dicitur de publico usurario. *Scot. ibid. l. H.*

16 Int.

16 Int. Vtrum celebrans sine omnibus paramentis, vel sine aliquibus, vel celebrans cum non consecratis incurrit irregularitatem? Resp. negatiue, quia in Canone non reperitur infligendam ista poena; Poena enim irregularitatis est iuris positivi, quae non incurritur, nisi infligatur. *Scot. ibid. l. l.*

17 Int. Per quod celebrans incurrit irregularitatem? Resp. quod per nullam conditionem ex parte Ministri nisi ex defectu Sacerdotij, vel ex alia prohibent, & remouente ab exercitio Sacerdotij, vel ex peccato, cui sit annexa prohibitio Canonica. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. l.*

18 Int. Quae requiruntur circa locum? Resp. quod loquendo de loco proprie dicto, requiritur, quod non sit interdictus, & quod sit sanctificatus. Primum requiritur necessario & in tali loco celebrans fecit contra prohibitionem Ecclesiae, & per consequens non ordinatè; Secundum requiritur secundum quid, nisi casus necessitatis occurrat, & probatur per illud de *Conf. d. 1. can. 11. Sicut non*, ubi dicitur: *Non in alijs, quam in Domino consecratis locis, id est in Tabernaculis, Diuinis precibus, & Pontificibus delibatis Missas cantare, aut sacrificia offerre liceat. Et can. sequenti, Missarum solennia, & can. 14. Hic ergo, id est, & can. sequenti. Nullus Presbyter, ubi dicitur: Nullus Presbyter Missas celebrare praesumat, nisi in consecratis, ab Episcopo locis, qui sui pariceps de cetero voluerit esse Sacerdotij. De casu vero necessitatis, patet ibidem can. 30. concedimus etiam. Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. K.*

19 Int.

19 Int. Qui sunt casus, in quibus potest celebrari in locis non sanctificatis? Resp. casus sunt isti, videlicet, si Ecclesie in Patria sint destructe, vel si quis in via non poterit accedere ad aliquam Ecclesiam consecratam, quod regulariter verum est de nauigantibus, & ceteris huiusmodi. *Scot. ibid. l. K.*

20 Int. Quare pro nauigantibus, & ceteris huiusmodi potest celebrari in locis non consecratis? Resp. quia audire Missam est praeceptum Diuinum, à quo non potest retardari, (loquendo de die Dominico) per aliquod praeceptum minoris obligationis, cuiusmodi est praeceptum de celebrando in loco consecrato; nam praeceptum istud, *Sabbata sanctificas*, Ecclesia interpretata est in hoc, quod est audire Missam die Dominico, ideo praecepitur, vt habetur *de consecr. dist. 1. Can. 64. Missas die Dominico*, & ideo non potest impediri ab huiusmodi obseruatione per alterationem in praecepti minus necessarii. *Scot. in 4. dist. 13. q. 2. l. K.*

21 Int. Quae, & vbi sunt loca consecrata? Resp. quod huiusmodi loca sunt Ecclesie Parochiales, & aliae solemnes Collegiatae; Oratoria vero, quae dicuntur Capellae, non sunt consecrata, nisi de licentia Episcopi, vt habetur *de consecr. d. 1. can. 33. Vnicuique*, vbi dicitur: *Vnicuique fidelium oratorium licet habere, & ibi orare; Missas autem ibi celebrare non licet, nisi in casibus supradictis.* *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. K.*

22 Int. A quo potest Oratorium sacrum fieri? Resp.

Resp. non potest fieri, nisi de licentia, & auctoritate Episcopi, vt habetur *de consecr. dist. 1. Can. 9. Nemo Ecclesiam.* *Scot. ibid. l. K.*

23 Int. Quid vitra requiritur ad locum? Resp. requiritur ornatus, scilicet lumen, vt habetur *Extra de celebratione Missarum cap. ult. Litteras tuas*, de eo, qui sine igne sanctificabat, & aqua, & sequitur, *mandamus quatenus Officio, & beneficio perpetuo ipsum priues.* *Scot. ibid. l. K.*

24 Int. Quot sunt vasa requisita in Celebratione? Resp. duplicia requiruntur, (quae vocantur etiam loca mobilia) aliud dicitur remotum, quod est Altare, & debet esse lapideum, vt habetur *de consecr. dist. 1. Can. 31. Altaria*, *Altaria si non fuerint lapidea, Ciboratus unctionem non consecratur.* Vasa propinqua sunt Calix, & Patena, quae debent esse de auro, vel argento, vel ad minus de stanno, vbi paupertas cogit, & habetur *de consecr. dist. 1. Can. 45. Vt Calix.* *Calix Domini cum Patena si non argentea omnino, tamen ex argento fiat; Si quis autem tantum pauper est, saltem vt stannum habeat; de aere, aut auricalco non fiat.* *Scot. ibid. l. L.*

25 Int. Quare non debet fieri ex dictis materijs? Resp. non debet fieri de aere, & auricalco, quia ob vini virtutem eruginem, vel rubiginem pariter, & vomitum prouocant. Non potest fieri de vitro propter eius fragilitatem, ne sanguis Domini periculo exponatur, sic in eodem loco habetur. *Scotus ibidem l. L.*

26 Int. Vtrum fieri possit ex ligno? Resp. per eundem locum negatiue, & hoc propter imbibitionem humoris & hæc omnia vasa debent esse consecrata. De Altari habetur de *Consec. dist. 1. Can. 18. Ecclesia; & can. 30. Concedimus etiam*. Et duobus Can. sequentibus, scilicet *Altaria sunt*; & *Altaria placuit*: siue sit Altare fixum, siue portatile. *Scot. in 4. dist. 13. q. 2. l. L.*

27 Int. Vtrum in Altari portatili possit celebrari, sicut in Altari fixo? Resp. affirmatiue, vt habetur *Extr. de Privilegijs; & Excessibus Privilegiatorum cap. 30. In his, quæ ad cultum, cum Fratris Praedicatoribus; & Minoribus duximus indulgendum, vt vbi-cumque fuerit sine Parochialis iuris præiudicio cum Altari valeant celebrare: quidam nimis stultè interpretando nostram indulgentiam, nituntur asserere, quod ea prædicti Fratres præter Praedicatorum assensum facere hinc non possunt, & paulo post, cum autem nihil eis conferret indulgentia memorata, sine qua, idem Praedicatoribus annuentibus liceret, mandamus, quod interpretatione huius reprobanda solum tamen ab alijs, quæ iuri Parochiali proprijs conueniunt, absint autem datam eis licentiam celebrandi, etiam auctoritate nostra, non deseras publicare, ita quod dicti Fratres ex indulgentia nostra gratiam videantur consecuti; sic ait Papa Honorius III. *Scot. ibid. l. L.**

28 Int. Verum liceat vti Altari portatili, vel vitæo tantum ex privilegio? Resp. quod quantum ad vsum eius indifferenter in quocumque loco, vel

consecrato, vel non consecrato, est ex privilegio, sed quantum ad vsum eius in loco consecrato, videtur esse de iure communi: quia ante dedicationem Altaris in Ecclesijs quibuscumque communiter celebratur cum Altari paruo; quod non debet esse enormiter fractum, vt habetur *Extr. de Consecr. Eccles. vel Altaris. cap. 1. Ad hæc sit Aliare. Scot. 4. sent. dist. 13. quæst. 2. lit. L.*

29 Int. Quid agendum, si lapis benedictus fuerit imminutus? Resp. quod si lapis benedictus fuerit imminutus, debet iterum benedici, ita habetur *cap. prædillo, & cap. 3. quod in dubijs. Scot. ibid. l. L.*

30 Int. Quid amplius requiritur circa loca prædicta? Resp. requiritur, quod Calix, & Patena sint consecrata, quod deducitur de *consecr. dist. 1. Et quod Altare si ornatum duabus Tobaleis consecratis, vt mos est, & præcise Corporale de sindone munda, quod debet cooperire ad minus locum Calicis, & Hostiar. Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. M.*

31 Int. Quænam est poena celebrantibus sine istis conditionibus prædictis loci, & vasis, an incurratur irregularitas? Resp. quod non incurritur irregularitas, nisi celebrauerit in loco interdicto à Iudice, vel cum Calice non idoneo; quantum de Calice non sit certum, quia illa poena depositionis, quæ habetur *Extr. de celebrat. Miss. c. vlti. Litteras tuas*; infligitur propter multa, scilicet quia non utebatur Calice debito, nec aqua, nec igne, & ita dubium est, si propter quodcumque separatum debeat infligi

depositio, quia omnia concurrebant. *Scot. ibid. l. M.*

32 Int. In quo tempore potest Missa celebrari? Resp. quod congrue potest celebrari à principio diei vsque ad horam nonam. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. N.*

33 Int. Quid intelligitur per principium diei? Resp. quod principium accipitur, non pro ascensu Solis super Horizontem nostrum, sed ab illa hora, ex qua radij solares illuminant Emispherium nostrum, quod dicitur principium Auroræ, & incipit secundum Autores in lib. de Crepusculis, quando Sol est sub Horizonte ad 10. vel 8. gradus, quorum ascensus non continet spatium ultra medietatem horæ equalis, & quintam vnius horæ, qui terminus celebrandi habetur de Consecr. dist. 1. can. 48. Noctæ sanctæ Natiuitatis Domini Salvatoris Missas celebrent Presbyteri. *Scot. ibid. l. N.*

34 Int. In qua hora celebravit Missa in Sabbato sancto? Resp. celebrari circa initium noctis, quia illa pars diei artificialis, quæ est post Nonam Sabbati Sancti, computatur cum nocte præcedente diem Dominicam; vnde in benedictione Cerei dicitur: *hæc nox*, &c. & etiam in oratione dicitur, *Dei, qui hæc sacratissimam noctem*, &c. *Scot. ibid. l. N.*

35 Int. Vnde colligitur terminus consecrationis, scilicet, horæ Nonæ? Resp. Colligitur ex consuetudine Ecclesiarum, & præcipue attingitur huiusmodi terminus in diebus ieiuniorum, quando regulariter in Ecclesijs Collegiatis consuevit circa horam

No-

Nonam Missa de ieiunio celebrari. *Scot. 4. dist. 13. quest. 2. l. N.*

36 Int. Vtrum si Celebrans non legere Introitum, orationes, & Epistolam sicut in Missalibus secundum usum Ecclesiæ Romanæ notatur, conficeret? Resp. simpliciter conficeret, sed non ordinatè. *Scot. ibid. l. O.*

37 Int. Quare oportet Celebrantem habere aliquem respondentem? Resp. quod respondens requiritur in persona totius Ecclesiæ, vt denotetur Sacerdotem esse mediatorem inter Deum, & Ecclesiam, pro qua ipse offert sacrificium Deo, & ideo sibi assistit in offerendo. *Scot. ibid. l. O.*

38 Int. Vtrum suspensus, & depositus possit celebrare? Resp. licet. *Caus. 1. q. 1. Can. 97. Quod quidam dicunt. §. opponitur autem; dicitur, quod nulla ei relinquatur potestas; nihilominus potest celebrare, quia si auferatur potestas ad ordinatè exequendum, remanet potestas ad simpliciter exequendum. Scot. ibid. lit. L.*

39 Int. Quare laicus potest sumere Eucharistiã, & non conficere? Resp. quia sic Deus voluit, nam susceptionem docuit se velle à quolibet Christiano, vt habetur *Ioan. c. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*, &c. sed consecrationem, & dispensationem noluit ita esse communem, quia non fuit ita necessarium; possunt enim pauciores dispensare, quam suscipere. *Scot. 4. d. 13. q. 2. l. R.*

40 Int. Vtrum Diaconus possit dispensare Corpus

pus

pus Christi? Resp. quod simpliciter in casu necessitatis conceditur Diacono dispensare Corpus Christi, non semper ex officio; & licet Beatus Laurentius dispensauerit sanguinem, vt habetur in eius legenda, *Cui commisit Dominus sanguinis dispensationem*; hoc bene congruum erat, quia in dispensatione sanguinis non tanguntur species, sed Calix: at in dispensatione Corporis tanguntur necessario species Panis, & ideo non nisi in casu necessitatis potest concedi, & sic probat, quod habetur d. 93. *Can. 18. presente Presbytero Diaconus*, sed nec ob id sequitur, quod possit conficere, quia minus est dispensare, quam conficere. *Scot. ibid. l. R.*

4. Int. An laicus possit dispensare Eucharistiam? Resp. negatiue, vt habetur de *Consecr. d. 2. Can. 29. Peruenit ad notitiam*, vbi dicitur, quod *Quidam Presbyteri in tantum partem pendunt Diuina mysteria, vt laico, vel summa sacrum Corpus Domini tradant ad deferendum infirmis*, & sequitur, *interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria presumptio ulterius fiat*, & ratio congrua est, quia iste actus conficiendi, & dispensandi Eucharistiam debet residere apud illum, qui est principalis in Hierarchia Ecclesiastica, sicuti est Sacerdos, quemadmodum exercetur a natura in corpore humano, & in qualibet bene ordinata pollitia. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. R.*

DE

DE MISSÆ VALORE.

TIT. VI.



Nt. Vtrum valor Missæ scit finitus? Resp. affirmatiue, loquendo formaliter, & intensiue, & quatenus correspondet alicui merito in Ecclesia, quod est finitum, & certi gradus; sic etiam debet esse valor. *Scot. quolib. q. 20. l.*

N. X.

2. Int. Qualis, & quantus est valor Missæ? Resp. quod Missa multum valet, tamen non æquiualeat Passioni Christi; bene pro tanto specialius valet, pro quanto ibi est specialiter commemoratio oblationis, quam Christus obtulit in Cruce, iuxta illum *Luc. cap. 22. Hoc facite in meam commemorationem*. *Scot. ibid. l. P. X.*

3. Int. Quid fit in Missa? Resp. In Missa representatur oblatio Christi facta in Cruce, & per ipsam oblationem obsecratur Deus, vt per eam acceptet sacri-

sacri-

sacrificium Ecclesiæ; nam obsecratio communiter fit per aliquod magis acceptum ei, qui rogatur, quam fit supplicatio obsecrantis: Quoniam si supplico te, ut mihi hoc concedas pro anima Patris tui, suppono tibi acceptam animam Patris tui magis, quam supplicationem meam. *Scot. ibid. l. P.*

4 Int. Vtrum si sacrificium acceptaretur ratione voluntatis Christi, vt offerentis, hoc est, instituentis oblationem, & dantis valorem, & acceptationem: valeret sicut passio Christi? Resp. quod non æquivaleret, nec acceptatione vt passio Christi, & ita meritum, cui correspondet bonum debitum virtute sacrificij esset finitum. *Scot. ibid. l. P.*

5 Int. Quotuplex est valor Missæ? Resp. duplex, scilicet virtute meriti, sine operantis, nempe Sacerdotis, & virtute operis operati, nempe sacrificij, quod offertur. Vel virtute meriti personalis Sacerdotis offerentis, & virtute meriti generalis Ecclesiæ, in cuius persona per ministrum communem offertur sacrificium. *Scot. quolib. q. 20. l. A.*

6 Int. Sacrificium Missæ exhibitum à malo Sacerdote est ne alicuius valoris? Resp. affirmatiue, quia licet malus Sacerdos in illo actu demereatur, tamen est valor ea opere operato, & valor ex virtute meriti generalis Ecclesiæ, quia dicit *Joan. cap. 6. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vitâ;* quodcumq; n. Christus, vt summus Sacerdos offert, Panis, quem dat, idest Caro eius, est mundi vita. *Scot. ibid. l. A.*

7 Int.

7 Int. Vtrum oblatio facta à malo Sacerdote habeat eandem efficaciam, quam habet oblatio facta à bono Sacerdote? Resp. quod si oblatio habeat efficaciam ab illo, pro quo offertur, dicendum est æqualem esse efficaciam mali, ac boni Sacerdotis, sed quia multa alia requiruntur in Missâ per modum orationis, quæ faciunt ad efficaciam Missæ, sequitur secundum maiorem deuotionem, quæ acceptatur secundum merita illius, cuius est deuotio, quod Missa melioris sit melior quamuis Sacramentum vtrobiq; sit æquale. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. Q.*

8 Int. Quid igitur tenendum circa hoc? Resp. quod secundum iustitiam retributiuam Deus recompenfat bonum, & hoc propter meritum, cui correspondet illud bonum, quod meritum debet esse alicuius partis viuæ, existentis in charitate; vnde sequitur esse maius meritum boni Sacerdotis, quam mali per quod secundum iustitiam retributiuam recompenfat alicui in Ecclesia. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. Q.*

9 Int. Inter opera meritoria quodnam est melius? Resp. Oratio, quia ipsa de ratione sui est placatiua Dei, & reconciliatiua Deo, & non solum hoc intelligitur de orante, sed etiam de illo, pro quo per ipsum orantem specialiter offertur. *Scot. quolib. q. 20. l. B.*

10 Int. Quot modis meritum valere dicitur, & præcipue oratio? Resp. tripliciter, vno modo specie-

cialissimè, & sic semper valet oranti, quando est in gratia, quia habet bonum motum animi, & elicit opus bonum, quæ duo non ita sunt illius, pro quo oratur, sicuti orantis. Secundo modo generalissimè, & sic meritum orantis, etiam celebrantis, valet toti Ecclesiæ; non enim debet orans excludere aliquem ab Ecclesiâ, sed ex intentione habituali, omnes includere. Tertio modo, modo medio, scilicet illi, cui ab orante specialiter applicatur oratio, vel Missa; aliter si valeret generalissimè, frustra in Ecclesiâ essent speciales orationes assignatæ, aliæ videlicet pro vivis, aliæ pro mortuis, aliæ pro benefactoribus, pro amicis, & alijs, ut patet in Missali Romano pro diversis assignatis personis, & statibus, vel Congregationibus: frustra, inquam, essent, quia non plus valerent illis, quam generaliter cuicumque in Ecclesiâ. *Scot. quolib. 20. l. B.*

11. Int. Vtrum orans possit valorem suum specialem alteri concedere? *Resp. negativè, loquendo de voluntate ordinata; non enim potest facere, quod non sit suum meritum; tenetur orans magis ex charitate diligere se ipsum, quam alium, & si applicaretur alteri, non posset forsam fieri sine peccato.* *Scot. ibid. l. B.*

12. Int. Vtrum vna Missa dicta pro duobus tantum valeat in ordine ad illos duos, pro quibus dicitur, sicut si diceretur pro vno solo? *Resp. negativè, quia seculo præmio, sive bono, quod debetur ipsi*

ipsi sacrificanti, & oranti, & bono, quod debetur Ecclesiæ generaliter; quod semper supponitur; bonum finitum, sive præmium determinatum ad certum gradum per Missam alteri applicatum modo medio, ut dictum est, correspondens merito finito, plus valet vni, quam si duobus applicaretur; quia bonum debitum orationi datur totum isti vni tanquam præmium, & per consequens plus valeret, quam si duobus distribueretur. *Scot. quolib. 20. l. C.*

13. Int. Vtrum celebrans pro pluribus debeat tunc de eis actu cogitare? *Resp. negativè, sed sufficit, quod ante recollegerit illos, pro quibus intendit specialiter orare, & intentionem suam talem Deo obrulerit; si postea tantum in communi eorum memoriam habuerit, sufficit; quia Deus oblationem, & deuotionem suam pro illis acceptat, pro quibus ordinavit prius se velle offerre.* *Scotus ibidem l. D.*

14. Int. Vtrum per applicationem orationis ad plures minuatur attentio actualis ad singulos? *Resp. quod quamvis talis actualis attentio minuatur propter multitudinem; tamen non minuitur oblatio, seu deuotio, quia ad illos plures non est, nisi in communi, vnde deuotionem, quæ est motus mentis in Deum, non oportet mirari.* *Scot. ibid. l. D.*

15. Int. Vtrum celebrans de omnibus minus deuote celebret, quam si de vno celebraret? *Resp. ne-*

gatiue, & quamuis minùs distinctè attendat ad quilibet; tamen attentio ad totam communitatem sufficit ad deuotionem, non tamen æqualem, sed maiorem quàm sufficeret attentio ad vnum eorum, nisi fortè ad illum, in quo eminenter est illud, quod est materia deuotionis ad omnes, qui est solus Deus Trinus. *Scot. ibid. l. D.*

16 Int. Vtrum valor Missæ, qui est bonum spirituale, sit diuisibile? Resp. negatiue, loquendo de diuisione quantitativa per extensionem; tamen vnum bonum est ab alio distinctum, quia aliud bonum datur vni, & aliud alteri, & exindè requiritur distinctum meritum in illis, propter quod reddatur. *Scot. quolib. 20. l. E.*

17 Int. Vtrum aliquo modo valor Missæ possit diuidi? Resp. quòd bonum, quòd adæquatè debetur merito, non potest diuidi, tamen illi æquiuale-re possunt multa bona minora, & ita ipsum bonum potest dici, quòd diuidatur in valore, dum pro ipso diuersa bona minora distinctè reddantur; sic igitur illud bonum spirituale non datur realiter per partes, sed datur in multis bonis minoribus, quæ respectu illius boni habent partialem valorem. *Scot. ibid. l. E.*

18 Int. Quid dicendum ad exemplum de lumine candelæ, quòd æqualiter illuminat plures, & ad exemplum de sono, qui æqualiter à pluribus auditur? Resp. quòd ista exempla non bene currunt, quia illa corpora, quæ illuminantur eodem lumine candelæ,

dellæ, sunt media, siue obiecta inadæquata, sicut etiã aures ad sonum, & ideo plura media susceptiua possunt eodem lumine illuminari, sed duo homines pro quibus dicitur Missa, sunt susceptiua adæquata, & vtrumque per se est susceptiuum adæquatim boni reddendi virtute orationis, & ideo plus vni, quam duobus valet. *Scot. ibid. l. G.*

19 Int. Quid dicendum ad D. Hieronym. vt habetur de consecr. dist. 5. can. 24. non mediocriter errant. vbi dicit: cum pro cunctis animabus Psalmus, vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro vna qualibet ipsarum diceretur, accipitur? Resp. quòd valet ex parte sacrificantis, quia ita ipse meretur dicens Missam pro centum, sicut si pro vno diceret. Secundò valet de Missa dicta cum hilaritate, & serenitate cordis, quis non minùs valet Missa dicta pro centum cum hilaritate, quàm si pro quolibet seorsum diceretur cum anxietate; volebat enim Hieronym. Monachos suos ad hilaritatem orationis excitare. *Scotus quolib. 20. lit. G.*

20 Int. Vtrum Sacerdos possit applicare alteri certæ personæ bonum sacrificij? Resp. affirmatiue, & extat auctoritas D. August. in Enchiridion cap. 110. vbi dicit: Non est negandum de functorum animas releuari cum pro illis sacrificium mediatoris offertur; ergo sequitur, quòd offerens possit illis applicare sacrificium, & illæ per hoc poterunt releuari. Idem vult in serm. de Caiced. S. Petri. Et hoc congruit, quia hoc bonum distribuendum in domo Dei competit Mini-

Ministris Ecclesiæ; nam sicut illis conuenit determinare intentionem suam pro quo specialiter offerunt, sic conuenit sibi dispensationem determinare, cui reddatur bonum, quod impetratur virtute sacrificij, cum sit in ordine suo nuncius sponsæ ad sponsum, offerens petitiones specialiter pro determinatis personis; & quamuis illud bonum non impetretur virtute meriti personalis, sed virtute meriti Ecclesiæ, in cuius persona fit oblatio, & ob cuius gratiam oblatio acceptatur, ex quo capite Sacerdos est tamquam mere organum, tamen ratione ordinis habet Sacerdos gradum notabilem in Ecclesia propter quem sibi conuenit offerre, & oblationis virtutem determinare, & in hoc non est præcisè organum, sed minister, & dispensator. *Scot. ibid. lit. H. I.*

21. Int. Vtrum Sacerdos possit applicare valorem generalissimum alicui personæ determinatæ pro libito? Resp. negatiuè, quia semper sit toti Ecclesiæ, & hanc determinationem facit regula charitatis, quæ est generaliter ad omnem proximum. *Scot. ibid. l. K.*

22. Int. Vtrum Sacerdos possit applicare illud bonum sacrificij pro libito suæ voluntatis, ita quod illud bonum reddatur illi, cui ipse specialiter applicat virtutem sacrificij? Resp. affirmatiuè, quia aliter sequeretur requiri reuelationem Diuinam determinantem personam, cui debet fieri applicatio, quod non est dicendum; quia talis reuelatio regulariter non datur, neque in scriptura habetur, & sic

& sic numquam applicatio haberet effectum, nisi esset facta secundum beneplacitum Diuinum, & per consequens Sacerdos nullam haberet auctoritatem applicandi, nisi multum in vniuersali, hinc sequitur, quod possit applicare. *Scot. quolib. 20. lit. I. K.*

23. Int. Potest ne haberi doctrina certa de applicatione faciendâ à Sacerdote celebrante? Resp. affirmatiuè, & vbi habetur talis certitudo, ibi faciendâ est applicatio, ita scilicet, quod si contrarium fiat, forte nec ei, cui applicatur, valet, & applicanti nocet, quia peccat. *Scot. ibid. l. K.*

24. Int. Vtrum Parochus, Curatus, vel Sacerdos alicuius Collegiatæ teneatur celebrare, & orare pro Parochianis, vel Collegialibus in proprijs Ecclesijs? Resp. affirmatiuè, & specialiter pro illis debet orare, quoniam, vt dicit D. Hieronym. ad Rustic. & habetur *caus. 7. q. 1. cap. 41. in Apibus Principi vnus, & Grues vnâ sequuntur ordine iurato*, &c. deinde subdit: *singulis Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archiepiscopi, & omni Ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nutritur*. Non enim solum in Ecclesia requiruntur doctores ad correctionem faciendam, sed etiam ad reconciliationem faciendam peccatorum per orationes Ecclesiæ, & Hostiam salutarem. *Scot. ibid. l. K.*

25. Int. Vtrum Sacerdos teneatur ex iustitia celebrare Missam pro illis, qui prouiderunt ministris de necessaria sustentatione? Resp. affirmatiuè, quia multi

multi dotauerunt Monasteria, & Collegiata, vel Minores Ecclesias, imò Cappellas, ad hoc, vt ministri in talibus Ecclesijs tenerentur celebrari pro ipsis, siue pro alijs, secundum intentionem dotantium, & uolentium ees Sacerdotes ad illa sacrificia obligare. *Scot. ibid. l. K.*

26 Int. Vtrum talis obligatio sit rationalis? *Resp.* affirmatiuè, quia qui recipit elemosynas temporales, rationale est, vt refundat pro eis suffragium spirituale orationis, & oblationis, sicut pro beneficio spirituali prædicationis habetur beneficium temporale, vt dicit Apostolus. *Ad Corinib. 1. cap. c. 9. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia uera metamus?* *Scot. quolib. 20. l. K.*

27 Int. Vtrum talis obligatio cadat in quemlibet succedentem? *Resp.* affirmatiuè, quia ista elemosyna transit cum onere suo illi imposito, nullus tamen præsumitur se, & suum Collegium sic obligare, quod non possit de cætero alteri aliqua suffragia committere successoris, & ita præsumitur talis obligatio fieri secundum intentionem obligantis præcisè. *Scot. ibid. l. K.*

28 Int. Vtrum Sacerdotes, qui sunt obligati ad orationes, & oblationes sic determinatè certis personis, possint eas pro libito alijs applicare? *Resp.* negatiuè, quia facerent iniustitiam subtrahendo debitum illis, quibus iam sunt obligati, vnde vel applicarent alijs ita specialiter, sicut illis, & hoc non pos-

possunt, vel applicarent in genere, & non eodem modo, & sic conceditur, quod possint aliquo modo applicare. *Scot. ibid. l. L.*

26 Int. Vtrum à Sacerdote obligato pro vno possit etiam fieri applicatio pro alio? *Resp.* affirmatiuè, quia in applicatione dantur gradus, quamuis applicatio magis valeat primo, quam secundo; nam si Sacerdos sic intenderet, quòd eius oblatio valeat pro Petro quantum potest, deinde pro Paulo quantum potest, tertio pro Ioanne, & sic de alijs, satisfaceret obligationi, estò quòd teneatur præcisè Petro, quia applicatio in gradu posteriori non subtrahit aliquid illi, cui facta est in gradu priori ex obligatione. *Scot. ibid. l. L.*

30 Int. Vtrum Parochus, vel Curatus, & Collegialis, qui tenentur dicere Missam pro Parochianis, & Collegialibus possint facere applicationem pro Patre, & Matre? *Resp.* affirmatiuè, imò videtur, quòd prius pro Patre, & Matre debeat facere applicationem, quam pro alijs; quia de lege naturæ obligatur parentibus, cui legi non potest præiudicare obligatio positua; nec quitquam recipiens obligationem debet uelle sibi Sacerdotem obligari contractum ordinem legis naturæ; & ita interpretandum est, quòd numquam Sacerdos uoluit sic obligari, quin posset libere reddere semper Patri, & Matri illud, in quo eis tenetur. Quamuis posset aliter dici, quando Pater & Mater Sacerdotis sunt Parochiani alterius Sacerdotis, quem habent obligatum

tum ad orandum pro iustis. *Scot. quolib. 20. l. E.*

31 Int. Quomodo facienda est applicatio à Sacerdote sine cura, vel Cappellania, siue Præbenda vel beneficio, ratione cuius teneatur alicui personæ determinatæ? *Resp.* quod talis habet liberam applicationem pro suo beneplacito, tamen debet illam conformare beneplacito summi Sacerdotis quantum potest de illo verisimiliter concipere. Sed difficile est quandoque percipere in speciali de hac, & de illa persona, & ideo probabilius concipitur magis in communi, puta de Parentibus, Benefactoribus, Principibus, Prælatiis, &c. *Scot. ibidem. l. L.*

32 Int. Vtrum applicatio in communi sit prius, & potius faciendâ pro mortuis, quam pro viuis? *Resp.* quod prius est faciendâ pro mortuis, quam pro viuis, quia mortui habent maiorem indigentiam; ipsi enim non possunt pro se mereri, sicut possunt viui mereri pro se ipsis; tamen ex alio capite potest dici, quod prius potest fieri applicatio pro viuis, qui possunt augeri in gratia, & meritis. *Scot. ibid. l. L.*

33 Int. Vtrum teneatur huiusmodi Sacerdos prius facere applicationem pro peccatoribus, quam pro iustis? *Resp.* quod ex vna parte fieri debet potius applicatio pro peccatoribus; quia ipsi non possunt per propriam gratiam mereri; non enim illam habent, sicut habent iusti, vnde mereri possunt; tamen ex alia parte videtur magis debere applicatio-

tio-

tionem fieri pro iustis existentibus in charitate, qui diligunt Deum, & diliguntur à Deo. Non sic peccatores, qui non diligunt Deum, nec à Deo diliguntur, & ideo tutius est ficere sequentem applicationem vniuersalem. *Dignetur Dominus oblationem istam specialiter accipere pro illis, pro quibus nostri me teneri specialiter offerre, & in illo gradu, in quo nostri me teneri pro eis.* At si faciendâ est specialis determinatio alicuius personæ vel plurium, tutius est, quod fiat sic, sub ista conditione *si tibi placeat.* *Scot. quolib. 20. l. M.*

34 Int. Vtrum Missa tantum valeat virtute sacrificij applicata pluribus in eodem gradu, sicut si vni soli applicaretur? *Resp.* negatiue, quia bonum, quod debetur ratione sacrificij, correspondet secundum plenam iustitiam alicui merito in Ecclesia, quod meritum est finitum, & certi gradus; vnde sequitur, quod etiam illud bonum correspondens sit finitum, & certi gradus; igitur si virtute sacrificij totum illud bonum reddatur vni, non potest idem totum bonum reddi alteri. *Scot. ibid. l. N.*

35 Int. Quodnam est bonum reddendum virtute sacrificij? *Resp.* non est illud, quod continetur in Eucharistia, scilicet Christus, neque est aliquid æquale ipsi Christo, quia tunc æquale esse bonum in Eucharistia, quando est in Pixide, sicut quando est in manibus Sacerdotis sacrificantis, & celebrantis, & tamen non ita tantum bonum datur Ecclesie, quando asseruatur in Pixide, sicut quando offer-

Y

fr-

fertur in Missa, siue sit per oblationem Ecclesiæ, siue per consecrationem, vel perceptionem, vel operationem aliquam Sacerdotis in persona Ecclesiæ; & ideo ad bonum reddendum contentum in Eucharistia requiritur ipsius oblatio, quæ non acceptatur nisi sit oblatio offerentis accepti, siue Sacerdotis, siue Ecclesiæ, ex cuius commissione Sacerdos celebrat; vnde sequitur, quod bonum dandum pro sacrificio, sit aliud à Christo contento in Eucharistia. *Scot. ibid. l. N. O.*

36 Int. Qua ratione Eucharistia plene acceptatur? Resp. acceptatur propter oblationem cum bona voluntate offerentis, non præcisè ratione bonæ voluntatis celebrantis, quia hoc pertinet ad meritum personale, non ad virtutem sacrificij, sed bene ratione offerentis Ecclesiæ generalis; illa enim habet rationem meriti finitam. *Scot. quot. 20 l. O. P.*

37 Int. Vtrum acceptetur Eucharistia ex parte voluntatis Christi offerentis? Resp. negatiuè, loquendo immediatè, quia quæuis hic offeratur, vt contentus in sacrificio, non tamen ipse immediatè offert sacrificium, quia Christus semel oblatus est, scilicet à se ipso offerente; alioquin videretur, quod celebratio vnus Missæ æquivaleret passioni Christi, si idem esset offerens immediatè, & oblatus. *Scot. ibid. l. O. P.*

38 Int. Vtrum Eucharistia acceptetur ratione voluntatis Ecclesiæ militantis, vel triumphantis? Resp. acceptatur ratione voluntatis Ecclesiæ mili-

tan-

tantis; quia istud sacrificium est proprium Ecclesiæ militantis, sicut & Sacramentum, in quo est sacrificium. *Scot. ibid. l. P.*

39 Int. An, si in Ecclesia militante nullus viator esset in gratia, virtus sacrificij esset valida? Resp. minime valeret Ecclesiæ virtus sacrificij, si nullus esset in gratia; tamen non est dubius talis casus, quoniam nunquam erit Ecclesia militans sine aliquo, qui sit in Charitate; & hoc ex Diuina ordinatione. *Scotus ibidem. l. P.*

40 Int. Vtrum sic vnus tantum esset viator in gratia, meritum Ecclesiæ offerentis æquaretur merito personali Sacerdoti; offerentis? Resp. negatiuè, quia Deus magis acceptat illam oblationem, quæ sit virtute sacrificij per vniuersalem Ecclesiam, quam acceptet opus personale Sacerdotis offerentis. *Ibid. l. P. Liechet.*

41 Int. Vtrum ad meritum istud vniuersalis Ecclesiæ concurrat motus illius, qui nihil cogitat de oblatione, cuiusmodi est non Sacerdos, non offerens, non assistens? Resp. quod ibi non est motus actualis, sed bene virtualis, vel habitualis, quia ipse vult Deum acceptare preces Ecclesiæ. *Scot. ibid. l. P.*

42 Int. Vtrum Sacerdos obligatus vni si postea obligetur alteri, dicendo vnicam Missam, soluat debitum vtrique? Resp. quod quando fuit obligatio simplex & libera, tunc ad tantum se obligauit, ad quantum voluit, & ideo si Sacerdos obligauit

ic

se ad vnam Missam pro vno, & ad aliam pro alio, tenetur duas Missas celebrare ex liberali promissione; si vero intentio non erat hæc, potest satisfacere, sicut intendebat; quia (secluso mendacio) debet fieri interpretatio secundum promissionem, vt habetur *Extr. de sponsalibus cap. 7. Ex literis vbi sic Glos. expressè dicit. Quia liberum fuit stipulatoris verba latè concipere, ff. de verbor. obligat. l. 99. Quidquid. & tunc, si reddat, sicut intendebat in promittendo, soluit debitum. Scot. Quolib. q. 20. l. Q.*

43 Int. Vtrum Sacerdos licitè possit commutare spirituale, scilicet Missam pro temporali, scilicet elemosyna? Resp. negativè, quia hoc videtur simoniacum, & ideo non est faciendum, quod intelligitur si est cum commutatione, vel legali conventionione alicuius rei extimabilis. *Scot. ibid. l. Q.*

44 Int. Quomodo recipitur elemosyna à Sacerdote pro Missâ celebranda sine simonia? Resp. hoc modo: Elemosyna liberaliter offerunt à laico cum mendicatione orationis, & recipiens elemosynam tenetur secundum iustitiam exaudire mendicantem ad orationem suam, liberaliter tamen, quia sine conventionione, & commutatione obligat se ad orandum pro benefactore. *Scot. ibid. l. Q.*

45 Int. Vtrum Sacerdos conductus ad dicendum Missam pro pretio sit simoniacus? Resp. non esse simoniacum, quia intendit solum recipere pretium pro labore, nec intendit vendere illum actum, in quantum est sacramentalis. Vnumquemque enim oportet

oportet de suo labore taliter qualiter vitam acquirere. *Scot. 4. sent. d. 5. q. 2. l. L.*

46 Int. A quibus potest fieri liberalis obligatio? Resp. potest fieri à Sacerdote particulari pro beneficio recepto à Prælato alicuius Religionis, vel Societatis, qui se obligat pro illa Religione, vel ipsam totam obligat, & potest fieri à tota communitate, vt quando se totam obligat, & hæc vocatur stricta obligatio, quamvis non sit per conventionem legalem, siue per propriam commutationem. *Scot. 4. sent. d. 5. q. 2. l. Q.*

47 Int. Vtrum stante stricta obligatione alia facta vni, & alia facta alteri, de dicendo Missam pro eo, soluat debitum, vnam Missam dicendo? Resp. quod si verba obligationis sunt certa, & simpliciter determinata ad vnum intellectum, e.g. si obligat se ad dicendum, Missam pro Petro vna cum alijs, pro quibus tenetur, & erunt verba secundum vnum intellectum determinata, tunc satisfacit vnam Missam dicendo pro ambobus, vel si ex alia parte obligat se Sacerdos totaliter ad dicendum vni ita specialiter, sicut potest Sacerdos specialius pro alio à se celebrare, tunc non satisfacit pro illo alio, hoc est, quantum potest meritum personale, ac etiam virtutem Sacramenti alicui specialius applicare. Si vero verba obligationis possunt habere diuersos intellectus, ita quod possunt intelligi magis, vel minus strictè, vt dicendo: dicam pro te vnam Missam, vel, quod est generalius, celebrabo pro

pro te tunc, verba ista obligatoria sunt accipienda secundum intentionem Sacerdotis se obligantis, quod probatur per illud *Extr. de Iur. Iurand. cap. 16. Veniens ad presentiam*, de illo, qui iuravit stare mandato aliquorum, quod mandatum fuit contra Ius iurandum factum proprio Principi, cuius erat Conciliarius, qui non hoc iurasset, si illud prius scivisset; unde Papa voluit iuramentum ipsius præstitum non teneri. Sic igitur Sacerdos debet dicere Missam, & illam applicare, vel aliam dicere secundum intentionem, quam habuit, quando se obligavit. *Scot. ibid. l. R.*

48 Int. Vtrum verba obligationis sint accipienda secundum intellectum, quem habet ille, cui sit obligatio, vel secundum intellectum, quem habet ille, qui obligationem facit? Resp. videtur esse intelligenda secundum intellectum illius, cui sit obligatio, quia habetur *Caus. 22. q. 1. Can. 9. Quacumque arte*, & citatur *Isidor. 2. sent. Quacumque arte verborum quis iuret. Deus ita accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit*. Nihilominus respondetur, quod ut habetur *Extr. de sponsalibus cap. 7. Ex literis*, Si alter non intellexit, quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recurrat, & cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare, & *Glos. adducit illud ff. de suppellectili legata. l. 7. Lateo, §. Sed de istis, non enim ex opinionibus singularum, sed ex communi usu nomina, inquit exaudiri debere. Scot. 4. sent. d. 5. q. 2. l. R.*

49 Int.

49 Int. Quænam est intelligentia habenda de talibus verbis circa obligationem Sacerdotis? Resp. quod talis intelligentia fit, quod obligans Sacerdotem ad celebrandum pro se, intendat ad illud obligare, quod est tibi vtilius, dum tamen liceat ad illud vtilius obligare; quod quidem vtilius est illud maximum bonum quod debetur virtute meriti personalis Sacerdotis, & etiam quod debetur virtute sacrificij; & hoc totum intendit, ut reddatur applicandum, quia si illud bonum applicaretur alteri, non esset totum applicatum vni, cui erat obligatus. *Scot. ibid. l. R.*

50 Int. Vtrum verba obligatoria sint intelligenda secundum mentem promittentis? Resp. affirmative, quando præsumitur, quod nullus velit se obligare ad illicitum: & præsumendum est hoc, quodcumque non apparet expressè, quod obligatio sit ad illicitum; quia sicut revocare propria auctoritate obligationem licitè factam est illicitum, ita illicitum est se ad illicita obligare. *Scot. ibid. l. S.*

51 Int. Vtrum ille, cui sit obligatio, teneatur expressè determinare verba, ut sit omnino certa eius intentio? Resp. quod est *Extr. de sponsal. cap. 7. Ex literis*. *Glos. dicat, contra eum fit interpretatio, qui pactum apposuit, qui debuit, legere, id est pactum apertius apponere ex ff. de Pact. l. 40. Veterib. placet*: aliter imputet sibi, quia obligans non videtur se velle obligare, nisi ad illud minus, quod stare potest cum verbis; Nihilominus non est necesse talem facere

cere determinationem, & tunc necessariò sit obligatio secundum communem significationem, & intelligentiam verborum & hoc, quando in actu obligatorio alter alterum non intellexit plane in verborum determinatione. *Scot. 4. sent. d. 5. q. 2. l. 8.*

52 Int. Vtrum Parochus possit propter duas obligationes ad plura Anniversaria in vno die illis simul satisfacere? Resp. quòd si ille, qui obligat Parochum, & Curatum ad Anniversarium secundum, sciat consuetudinem Ecclesiæ, quòd scilicet non celebratur nisi vnica Missa, quæ est pro multis, & pro primis Anniversarijs celebrandis obligata, tunc secundus obligans Sacerdotem ad Anniversarium cedit iuri suo. Vt si Canonicus Ecclesiæ legaret Anniversarium pro se, tunc Sacerdos celebrans potest pro pluribus satisfacere. Sed si nesciens consuetudinem Ecclesiæ intendat simpliciter obligare Parochum ad vnã Missam tantum, sicut obligantur Sacerdotes non Curati; tunc Curatus tenetur ad aliam Missam, & vna pro pluribus non satisfacit, quia consuetudo specialis est illi ignota, & licet ignota, quia non tenetur scire consuetudines speciales Ecclesiarum, & non debet ei præiudicium fieri. *Scot. ibid. l. 7.*

53 Int. Quid igitur debet facere Parochus stante tali consuetudine suæ Ecclesiæ, & ignorantia illius, qui vult ipsum ad Missam obligare? Resp. debet exprimere illi ignorantiam consuetudinem suæ Ecclesiæ, & si consentiat, quòd etiam talis consuetudo

tudo pro ipso seruetur, Parochus potest pro eo satisfacere etiam cum Missa alijs obligata. *Scot. ibidem l. 7.*

54 Int. Vtrum consuetudo satisfaciendi Anniversaria pro Parochianis, qui susceperunt in propria Parochia Sacramenta dum viuerent, possit in alijs Ecclesijs Collegiatis haberi, & seruari? Resp. negatiue; non enim est rationalis ista consuetudo satisfaciendi vnica Missa, quando iustitia requirit pro singulis obligationibus singulas dici Missas, quia æque requiritur iustitia in Ecclesia Collegiata, sicut à simplice Sacerdote; nisi ille, cui Sacerdos sit obligatus, velit cedere iuri suo saltem implicite, acceptando pro se consuetudinem illius Ecclesiæ; nec debet præsumi eum acceptare talem consuetudinem, nisi prius fuerit sibi nota. *Scotus 4. sent. dist. 5. q. 2. l. 7.*

55 Int. Vtrum stante consuetudine celebrandi solemniter Anniversarium vnum pro mortuis, in die, sit impossibile, vel saltem inconueniens, & repugnans in Ecclesia Collegiata aliud Anniversarium eodem die celebrare? Resp. quòd hæc repugnancia in casu potest esse, quòd ambo Anniversaria non iuste fiant simul, & tamen vtrumque eorum diuissim posse iuste fieri; quando ergo per consuetudinem in dicta Ecclesia approbatum factum est inconueniens plures Missas dici pro mortuis eodem die, tunc non licet illi Sacerdoti se obligare aliquibus obligationibus, ex quibus sequeretur secundum

dum iustitiam debere plures Missas dici. Vnde si est obligatus ad vnam Missam pro tali die, non obliget se noua obligatione ad aliam, quia illa noua obligatio non esset ad istam iam debitam, ergo ad aliam, quod est inconueniens in tali Ecclesia, vt ponitur. *Scot. ibid. l. T.*

56 Int. Quid faciendum, quando Anniversaria non possunt celebrari in proprijs Ecclesijs, cum rationabilis consuetudo expostulet Anniversaria in proprijs Ecclesijs celebrari? Resp. quod vtique rationale est Annuersarium in propria Ecclesia celebrari, si potest stare cum ordinatione illius Ecclesiæ, sicut intendebat, qui pro se postulauit propriam Missam; tamen quando non potest hoc fieri, non est rationale illud secundum Annuersarium fieri in propria Ecclesia, sed in alia, & si Sacerdos velit omnino recipere Annuersarium, & seruare consuetudinem iuxta Ecclesiæ, procuret Missam propriam pro isto dici ab alio Sacerdote non obligato. *Scot. ibid. l. V.*

57 Int. Quid faciendum est in Ecclesijs dotatis? Resp. quod Ministri secundum dotem, & numerum elemosynarum receptorum tenentur ad numerum certum suffragiorum, & Missarum pro illis dotantibus, & elemosynas erogantibus; non enim possunt se ad Missas obligare, & ad suffragia alijs soluenda vltra quod possunt, nisi in illa obligatione intenderent procurare, quod talia suffragia soluantur per alios Sacerdotes, qui non sunt iam totaliter obligati.

Scot.

Scot. 4. sent. dist. 5. q. 2. l. V.

58 Int. Quare per vnicam Ieiunium satisfacimus triplici præcepto, scilicet quia in die Veneris est vigilia alicuius Sancti, & est dies quatuor Temporum, & est ex præcepto nostræ Regulæ, & non potest Sacerdos per vnicam Missam pluribus satisfacere? Resp. tunc satisficit ieiunando triplici præcepto, quia illæ tres obligationes sunt ad idem in numero, idest ad idem numero ieiunium? Non sic sunt illæ obligationes ad Missam; sunt enim ad idem in specie, & ideo non satisficit obligatus, nisi reddat distincta: imò hoc videtur rationale, quia sicut sunt duo inductiva ad aliam, & aliam obligationem, sic obligatio debet esse ad aliud, & aliud correspondens alteri, & alteri inductiuo; hinc, si Sacerdos est per duo inductiuo obligatus ad Missam, duas Missas debet celebrare ad debitum soluendum.

Scot. ibid. l. X.



DE

DE POENITENTIA.

TIT. VII.

Int. Quid auferitur à peccatore post peccatum? Resp. quòd post peccatum oritur duplex priuatio, scilicet iustitiæ habitualis, & iustitiæ actualis, quæ deberet inesse actui, quia per peccatum amittitur gratia habitualis, & rectitudo actualis, quæ deberet inesse. *So. 4. sent. d. 14. q. 1. l. A.*

2 Int. Per quam istarum priuationum quis dicitur peccator? Resp. non dicitur à priuatione habituali sola, quia tunc ita esset quis reque intensiue, & extensiue peccator, si mille peccata commisisset, sicut qui commisit vnum, nam per actum transeuntem ita priuatus est gratia habituali, qui mille peccata commisit, sicut qui vnum; post enim primum peccatum, per secundum non amplius priuatur gratia & iustitia habituali, & nullus potest priuari iustitia, quæ sibi non inest; neque per priuationem iustitiæ actualis, quia talis iniustitia fundatur in actu; igitur non manente actu, qui iam transijt, non manet illa priuatio, seu iustitia, sicut

sicut, non manente actu bono, neque maneret rectitudo. *Scot. ibid. l. A. B.*

3 Int. Quid remanet in peccatore post actum? Resp. quòd remanet quædam relatio rationis, in quantum peccator est obiectum Diuini intellectus, vel voluntatis quæ ordinat ipsum ad pœnam correspondentem peccato commisso, & talis obligatio ad pœnam non est aliquid reale in anima, sed tantum relatio rationis in obiecto volito, vt volito. *Scot. 4. sent. dist. 14. quasi. 1. l. E. & 4. dist. 16. q. 2. l. D. E.*

4 Int. Quomodo appellatur illa ordinatio peccatoris ad pœnam? Resp. appellatur primo macula, quia illa ordinatio ad pœnam, ad quam anima ordinatur, est ipsi animæ disconueniens. Secundò appellatur reatus, quia est obligatio formaliter ad illam pœnam. Tertio dicitur offensa, quæ est actus Diuinae voluntatis ordinantis ad talem pœnam. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 1. l. H.*

5 Int. Quid respondet culpæ? Resp. culpæ respondet pœna, quia per culpam fit offensa Dei, & talis offensa est eius velle vindicare, vel exigere aliquid sufficiens ad placandum. Velle vindicare, est velle punire; vnde necessariò ad culpam sequitur pœna. Hinc Boëtius dixit *4. de Consol. Philosoph. Prof. 4.* Pœna est ordinata culpæ, na quod non potest relinqui in vniuerso aliqua culpa, cui non correspondeat pœna. *Scot. ibid. l. K.*

6 Int. Quid est melius, peccatorem non correptum

tum esse in pœna, quam esse sine pœna? Resp. melius est esse primum, quia in primo reperitur aliquid boni, scilicet correspondentia iusta pœnæ; in secundo autem reperitur tantum malitia, siue culpa impunita, quod est malum. *Scot. ibid. l. L.*

7 Int. An Deus possit sine pœna remittere culpam? Resp. affirmatiuè, si loquamur de potentia Dei absoluta, cum nullam includat contractionem; si verò loquamur de potentia ordinata, non potest; quoniam est via vniuersaliter præfixa à lege Diuina ordinante, scilicet puniri peccatum per pœnam tamquam per proprium correspondens; vnde ad deletionem peccati regulariter requiritur pœna, vel punitio voluntaria. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 1. l. L. P. & d. 16. q. 2. l. B.*

8 Int. Quare per pœnam intentionem non deletur culpa in inferno? Resp. quia pœna, quæ est ordinata ad deletionem culpæ est voluntaria; pœna autem inferni est inuoluntaria, & cum murmure, & ideo, quamuis sit grauissima, non est ordinata ad deletionem culpæ. *Scot. ibid. l. M.*

9 Int. quomodo pœna potest esse voluntaria, si nemo punitur in eo, quod vult, sicut nullus peccat in eo, quod non vult? Resp. quòd pœna potest esse voluntaria, si loquamur de tristitia propter culpam commissam, quia voluntariè, & patienter illa sustinetur; voluntariè enim acceptatur, vel quia à voluntate talis pœna, seu tristitia propter culpam causatur. *Scot. ibid. l. N. O.*

10 Int.

10 Int. Quot modis accipitur voluntarium? Resp. tripliciter accipitur; vno modo, contra quod voluntas omnino non remurmurat, sed patienter sustinet; secundo, quòd voluntariè acceptatur tertio modo, quòd voluntariè causat, vel vt causa proxima partialis, & non intendens illum effectum, vel vt causa remotè principalis, & intendens effectum. *Scot. ibid. l. O.*

11 Int. Quomodo ergo dicitur, quòd nulla pœna sit voluntaria? Resp. hoc esse verum, si comparetur pœna ad voluntatem sequentem affectionem commodi; tamen si loquamur in ordine ad voluntatem sequentem affectionem iustitiæ, tunc dicitur illa pœna voluntaria, qui potest esse aliquid per se iustè volendum. *Scot. ibid. l. Q.*

12 Int. Quot modis dicitur pœnitentia? Resp. quòd pœnitentia dicitur à pœnitere, & tot modis dicitur pœnitentia, quot pœnitere. Pœnitere enim quadrupliciter dicitur; primo, scilicet vindicare peccatum; secundo detestari peccatum; tertio quam gratanter acceptare; quarto pœnam patienter sustinere. *Scot. ibid. l. R. S.*

13 Int. Quid est pœnitere primo modo? Resp. est vindicare peccatum à se commissum, & sibi ipsi, vel in affectus, vel in effectu pœnam applicare. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 1. l. S.*

14 Int. Quid est pœnitere secundo modo? Resp. est detestari, vel odire peccatum à se commissum, vel de illo displicentiam habere, siue sit de pecca-

10

to particulari sub propria ratione, siue in generali de quocumque peccato. *Scot. ibid. l. S.*

15 Int. Quid est pœnitere tertio modo? Resp. est pœnam inflictam pro peccato suo commissio gratanter acceptare, illamque per actum voluntatis, sicut obiectum tenere. *Scot. ibid. l. T.*

16 Int. Quid est pœnitere quarto modo? Resp. est pœnam sibi inflictam patienter sustinere, & non illam abijcere murmurando, sed sustinendo, ac infligenti in hoc se conformando. *Scot. ibid. l. T.*

17 Int. Quotuplex est displicentia? Resp. duplex est, formalis, & virtualis; Displicentia formalis, seu actualis, est actualis notio peccati commissi: virtualis verò est actus quicumque voluntatis virtualiter includens illam displicentiam, sicut causa quodam modo includit effectum. *Scot. ibid. l. T.*

18 Int. Vtrum possit deleri peccatum per aliquem alium modum, præter assignatos? Resp. affirmatiue; potest enim deleri peccatum per actum intentum amoris erga Deum, puta per martyrium, licet non habeat tunc actualem cogitationem de peccatis? Illa enim peccata tunc delerentur, quia tunc saltem esset virtualiter pœnitere, scilicet detestari peccatum. Quamvis aliter posset dici, quia secundum regulas ordinatas, & determinatas a Diuina Sapientia non deletur peccatum commissum, nisi per pœnitentiam modo explicato. *Scot. ibid. l. X.*

19 Int. Quare hæc ad peccata delenda requiruntur? Resp. quia peccatum auerit à fine, scilicet à Deo,

Deo, & conuertit ad creaturam, vnde necessarium est, quod non deleatur nisi per motum oppositum auerentem à creatura, sicut circa illam fuit peccatum, & conuertentem ad Deum. *Scot. ibidem lit. X.*

20 Int. Quare pœnitentia Iudæ non fuit sufficiens ad delendum peccatum? Resp. Quod ad deletionem peccati requiritur ordinatus actus pœnitendi ex circumstantia finis, quæ est prima circumstantia actus moralis, talem actum cum tali circumstantia, scilicet ex dilectione Dei, non habuit Iudas, & ideo non fuit eius pœnitentia sufficiens ad delendum peccatum. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 1. l. T.*

21 Int. Quomodo peccatum, quod est infinitum propter obiectum offensum, quod est infinitum, potest deleri per pœnitentiam quæ est finita? Resp. quod peccatum dicitur infinitum obiectiue, extensiuè, non formaliter, & intensiuè; quia actus peccaminosus est finitus, licet obiectum, scilicet Deus à quo aueritur: sit infinitum, quo modo etiam potest dici pœnitentia infinita, scilicet obiectiue, quia per pœnitentiam homo ad Deum conuertitur, & sic eodem modo se habent, & vnum potest per aliud deleri. *Scot. ibid. l. Z.*

22 Int. Vtrum actus pœnitendi requisitus ad deletionem peccati mortalis sit actus virtutis? Resp. affirmatiue, & accipiendo pœnitentiam in prima descriptione, id est vindicare peccatum, & hoc est quia conformis est rectæ rationi; non quod tale

pœnitere semper sit actus elicited à virtute, sed natus elici à virtute, vel generare virtutem, quia conformis est rectæ rationi. *Scotus 4. sent. dist. 14. quæst. 2. lit. A.*

23 Int. Vtrum Deus puniendo peccatorem possit dici pœnitere? Resp. negatiue, quia Deus non sibi, sed alteri pœnam infligit, quoniam tenere, quando non additur datus, cui teneatur, significat, quod sibi ipsi tenenti teneatur, & sic quilibet tenetur sibi pœnam infligere, quia unicuique commissum est esse ministrum Dei ferentis legem suam ad vindicandum in se ipsum pro peccatis, quæ commisit. *Scot. ibid. l. A.*

24 Int. Vtrum tale pœnitere sit actus specialis virtutis? Resp. affirmatiue, quia habent speciale obiectum vindicabile, & speciales circumstantias ordinatas, obiectum est peccatum vindicabile, circumstantiæ verò sunt finis, modus, & huiusmodi. *Scot. 4. sent. dist. 14. q. 2. l. B. C.*

25 Int. Cuius virtutis est actus hoc pœnitere? Resp. est actus virtutis appetitiuæ, scilicet iustitiæ, quia est in ordine ad alium, & licet exerceat actum vindicandi in se ipsum, tamen exercet, vt in alterum, & si exercet talem vt in se, hoc facit in quantum est sibi commissum à legislatore in istum reum vindicare, sed accidit, quod minister sit reus, & ideo exercet actum prout in alterum, & non tollitur ratio iustitiæ, prout iustitia in generali dicitur omnis virtus ordinatiua ad alterum, vel quasi ad alterum. *Scot. ibid. l. D.*

26 Int.

26 Int. Vtrum iste actus pœnitendi, vel puniendi sit actus amicitie? Resp. quod quamuis per talem actum peccator reconcilietur Deo, tamen, quia vindicare, quando est actus ordinatus, non est actus amicitie ad illum, in quem vindicat, quoniam vindicta propriè respicit correspondentiam ad culpam secundum legem; & quamuis fiat reconciliatio, nihilominus Deus non vindicat principaliter de illo, vt reconciliet ipsum sibi, vocando reconciliationem reductionem in pristinam amicitiam, sed vt reconciliatus immunis habeatur à pœna debita, soluta iam pœna illa, quam vindicantem requirit solui per se propter correspondentiam premissam ad culpam secundum legem. *Scotus ibidem l. E. F.*

27 Int. Vtrum iste actus pœnitendi sit correctio, vel punitio? Resp. quod licet correctio sit correcti gratia, vt emendetur, & punitio sit punientis gratia, vt satietur, tamen vindicare non est principaliter propter correctionem puniti, est talis correctio quandoque sequatur ex vindicatione, sed est per se, vt ordinetur culps per pœnam, & vt obseruetur lex punitiua, in quem transgressum est: vindicans itaque non est gratia correcti, nec gratia sui vindicantis, sed gratia legis, & gratia boni communis, & tunc etiam gratia sui, si ipse est finis legis. *Scot. ibid. l. E. F.*

28 Int. Vtrum iste actus sit nobilior inter omnes actus iustitiæ in communi? Resp. affirmatiue, quia

quia est proprius legislatori, & nulli alij ab ipso conueniens, nisi ex commissione à Iudice, quasi vice eius; non est sic actus commutationis amicitiae, quia talis actus potest conuenire regulariter quibuscumque personis: actus namque, qui conuenit excellentiori personae, cæter. paribus, est excellentior. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. F.*

29 Int. Vtrum talis actus vindicandi sit nobilior actu præmiationis? Resp. negatiuè, quia quamuis uterque tantum Principi conueniat, tamen actus præmiandi est nobilior ratione meriti, pro quo fit, ratione præmij, quod confertur, & ratione personae merita, cui confertur; Non sic est actus pœnitendi, & vindicandi, qui habet culpam, pœnam, & personam ream. *Scot. ibid. l. F.*

30 Int. Potest ne formari alia descriptio pœnitentiae hoc modo acceptae? Resp. affirmatiuè, & magis expressiua, & talis est; pœnitentia est uelle imperatum voluntatis causatum per considerationem actualem obiecti, scilicet peccati commissi, ab habente commissionem puniendi per legistatorem propter obseruantiam legis, & bonum commune. *Scot. ibid. l. H.*

31 Int. Vtrum pœnitere in secunda significatione, idest detestari peccatum commissum, vel de commissio displicentiam habere, sit actus virtutis? Resp. affirmatiuè, quia est conformis rectae rationis ratio enim recta, sicut dicta complacendum esse in bono honesto, sic dicitur displicendum esse in

malo

malo in honesto, sicut est peccatum. *Scotus ibidem lit. I.*

32 Int. Cuius virtutis est actus huiusmodi pœnitentia? Resp. non est actus alicuius virtutis specialis, sed cuiuscumque virtutis appetitiuae. Nam quaecumque virtus inclinatur ad complacendum in bono honesto, & inclinatur etiam ad displicendum de malo inhonesto appposito illi virtuti, ut castitas inclinatur ad displicentiam de actu luxuriae, humilitas de actu superbiae, &c. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. I.*

33 Int. Vtrum pœnitentia tertio modo accepta, idest gratanter acceptare pœnam inflictam, sit actus virtutis? Resp. affirmatiuè, quia sic pro peccato commissio pœnam acceptare est conforme rectae rationi. *Scot. ibid. lit. K.*

34 Int. Vtrum huiusmodi pœnitentia sit actus alicuius virtutis particularis? Resp. negatiuè, sed bene est actus indifferenter respiciens multas virtutes appetitiuas; Nam per diuersas virtutes potest acceptari aliud, & aliud obiectum, in ordine ad quod possit pœna inflicta pro peccato acceptari; si enim ex virtute charitatis amatur Deus, ex eadem charitate potest acceptari pœna in quantum est reductiua ad Dei amicitiam; si ex virtute timoris canetur amissio vitae aeternae, ex virtute timoris potest acceptari pœna excludens illam amissionem; ex amicitia honesta ad se ipsum diligit quis sibi munditiam, & innocentiam, ex illa etiam potest acceptare pœnam, quae soluit reatum, qui inuit. *Scot. ibid. l. K.*

35 Int.

35 Int. Vtrum pœnitentia quarto modo sumpta, quæ est pœnam inflictam pro peccato commissio patienter tolerare, sit actus virtutis? Resp. affirmatiuè, quia est conformis rectæ rationi, & est actus patientiæ. *Scot. ibid. l. K.*

36 Int. Vtrum pœnitere requiratur ad deletionem peccati, quatenus est actus vnius virtutis determinatæ? Resp. negatiuè, quia pœnitere in quacumque illarum quatuor acceptationum sufficit ad deletionem peccati, quod tamen est alterius, & alterius virtutis; nam primus actus est actus iustitiæ; secundus, & tertius sunt actus cuiuscumque virtutis appetitiuæ; & quartus est actus patientiæ; vnde sequitur, quod non requiratur necessario, quod sit actus alicuius virtutis determinatæ. *Scot. ibid. l. L.*

37 Int. Vtrum requiratur, quod talis actus pœnitentiæ sit actus virtutis iam acquisitæ? Resp. negatiuè, quia actus rectus perfectè circumstantionatus, qui requiritur ad deletionem peccati, non oportet, quod sit virtutis iam existentis, sed potest esse actus virtutis, vt est primò generatiuus virtutis. *Scot. 4. sent. dist. 13. q. 2. l. L.*

38 Int. Quomodo ista quatuor, scilicet, habitus vindicandi peccatum, velle vindicare peccatum, detestari peccatum, & actualiter puniri, vel tristiari de peccato, possunt dici pœnitentia, vel pœnitere? Resp. quod primum potest dici pœnitentia, quia est quædam habitualis pœnitentia, sicut principium habitualiter in hærens ad infligendum sibi pœnam

nam voluntariè. Secundum, scilicet actus, aut velle eius, potest dici pœnitentia actualis, vel pœnitere, cum sit quoddam velle inflictiuum pœnæ sibi ipsi. Tertium, scilicet actus imperatus ab illo actu elicitò voluntatis, quod dicitur actualis vindicatio, dici potest pœnitere, quia est voluntariè habere in se pœnam, saltem in causa sua. Quartum potest dici improprie pœnitere, sed magis (vt ita dicam) pœnitere, id est pœna teneri, vel puniri. *Scot. 4. sent. dist. 16. q. 1. l. B.*

39 Int. Quomodo prædicta quatuor differunt inter se? Resp. differunt non solum quia primum est virtus; secundum est actus virtutis; tertium est effectus proximus talis actus, quartum verò est effectus remotus eiusdem actus, sed etiam differunt, quia vnum potest ab alio separari? Nam primum, scilicet habitus vindicandi peccatum potest esse sine alijs, quia habitus potest esse sine actu suo. Similiter secundum sine primo, quia actus conformis rectæ rationi generatiuus virtutis, potest haberi antecedenter ad virtutem. Potest etiam secundum esse sine tertio, scilicet velle vindicare, & detestari peccatum sine actuali vindicatione, quæ dicitur effectus proximus, quia actus elicitus potest esse sine actu imperato. Similiter tertium, id est detestari peccatum potest esse sine quarto, scilicet actuali punitione, & tristitia, quia non semper ad actus illos, qui nati sunt generare pœnam, sequitur pœna, maxime propter indispositionem in ipsa

potentia susceptiua pœnæ. Tandem quartum potest esse sine tertio, quia potest puniri, & tristitia actualis esse sine detestatione peccati. *Scot. 4. sent. dist. 16. q. 1. l. A.*

40 Int. Vtrum ad deletionem peccati requiratur actus pœnitentiæ formatus, vel sufficiat actus informis? Resp. quòd si loquamur de tali actu, vt est dispositio præuia, tunc sufficit actus informis, imò semper est informis, quia dispositio præuia ad peccati deletionem est semper sine gratia, & charitate, à cuius foliis inherencia, & inclinatione ad actum dicitur actus formatus; Si verò loquamur de actu concomitante, requiritur actus formatus; nam in illo instanti, in quo deletur peccatum, charitas inest & per consequens, si actus requiritur, vt concomitans, requiritur vt formatus. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. M.*

41 Int. Vtrum peccator in peccato existens possit ex naturalibus cum communi influentia considerare peccatum commissum, vt offensiuum Dei, & sub alijs respectibus? Resp. affirmatiuè; potest enim considerare peccatum vt sic, scilicet vt contra legem Diuinà, vt auertiuum à Deo, vt impeditiuum præmij, & vt inductiuum supplicij, & sub multis talibus rationibus; & potest voluntas peccatum sic considerare detestari, & ille motus potest continuari, & intendi ante infusionem gratiæ. *Scot. ibid. l. M. N.*

42 Int. Vtrum ista detestatio possit esse circumstantionata moraliter? Resp. affirmatiuè; potest enim

enim esse totaliter circumstantionata circumstantijs debitis moralibus; nam non est verisimile, quòd necesse sit propter illud remanens, actum quemcumque circa peccatum commissum esse defectiuum in aliqua circumstantia morali. *Scotus ibidem l. N.*

43 Int. Quam illorum quatuor actus est simpliciter magis dispositio conueniens ad deletionem peccati? Resp. ille actus est conueniens, qui est elicitus à pluribus virtutibus, vel à perfectiori virtute, scilicet à charitate; nam quartus, licet sit simpliciter imperfectior, quia habet minus de voluntario, tamen si elicitur ex charitate, sicut à iustitia, tunc est perfectior. *Scot. 4. sentent. dist. 14. quest. 2. l. R.*

44 Int. Qui actus est efficacior respectu tristitiæ inherendæ? Resp. duo vltimi supponunt iustitiam iam inherentem, alij duo possunt habere mutuam excellentiam in inducendo tristitiam, quia quandoque ex charitate, vel ex Dei contemplatione statim inest quædam detestatio peccati, & sequitur tristitia maxima sine actu iustitiæ ad illam, quandoque è conuerso inest actus iustitiæ, & intentus in se, & tamen causæ proximæ, scilicet intellectus in considerando, & voluntas in detestando, non mouentur efficaciter ex illo imperio iustitiæ ad tristitiam, forte quia carent habitibus, qui essent principium perfectionis in actibus suis, & si quandoque moueantur, non sequitur tamen tristitia, quia intellectus,

conformatur magis appetitui sensitivo ad delectari, quam ad tritari. Concluditur igitur, quod plus delectet meritorie peccatum actus casualius tristitiæ, quam ipsa tristitia. *Scot. ibid. l. S. T.*

45 Int. Vtrum in statu Innocentiæ fuerit, & in Patria sit actus pœnitentiæ? Resp. affirmatiue, reperitur, inquam, habitus inclinans ad formaliter vindicandum, in se reum, vel in alio, qui non variatur ratio formalis actus per hoc, quia in se, vel in alio vindicetur; & sic fuisset in statu Innocentiæ, & esset in Beatis ista virtus vindicandi, licet non esset reus; nec mirum, cum in Deo reperitur iustitia vindicatiua, non in se ipsum, quia non potest esse reus, sed in alium. *Scot. ibid. l. X.*

46 Int. Vtrum detur vera pœnitentia sine Charitate? Resp. quod pœnitentia potest esse cum peccato mortali, quia actus generatiuus talis virtutis necessario stat, quod sit informis; nihilominus, si loquamur quo ad finem attingibilem per ipsam pœnitentiam, & quo ad fructum, vniue ad pœnitentiam requiritur charitas, aliter non esset fructifera, scilicet ferens fructum, & ideo sine amore Dei quis non consequitur, (dicit D. August.) veniam, scilicet finem pœnitentiæ; quæ venia est, quando quis per gratiam acceptatur ad amicitiam Diuinam. *Scot. 4. sent. d. 14 q. 2. l. T.*

47 Int. Vtrum pœnitentiæ virtus sit tantum vniuersalis pœnitentiæ? Resp. quod loquendo de pœnitentiæ, quæ exit in actum pœnitendi per regulam di-

directiuam naturalem est solium vniuersalis pœnitentiæ, scilicet displicentiæ; sed intelligendo de pœnitentiæ, pro quanto exit in actum ex aliqua reuelatione Diuina, est plurimum pœnitentiæ, quatenus plures sunt pœnitentiæ, quæ reuelantur per legislatores, & quot ipse reuelauit velle sufficere. *Scot. 4. sent. d. 14 q. 3. l. B. C.*

48 Int. Vtrum ista pœnitentiæ sit vera virtus moralis? Resp. esse veram virtutem moralem; sufficit enim ad veritatem virtutis moralis, quod sit generabilis ex more, vel consuetudine; nam supposita ista regula nota nobis per Euangelium, *Pœnitentiæ agite, Matth. ca. 3.* potest voluntas ex frequenti exercitio actum conformem isti regulæ, consequenter generare in se habitum inclinantem ad consimiles actus, & sic erit verè virtus, quia recte rationi, imò rectissimæ est consonus. *Scot. ibid. l. F.*

49 Int. An ad vnum peccatum diluendum vna pœnitentiæ sufficiat? Resp. quod si loquamur secundum se vtiue vna pœnitentiæ est vniuersalis culpæ; si verò loquamur respectu illius; quem culpa offendit, tunc tot sunt pœnitentiæ, quod ordinantur à voluntate efficiendi, nempe Dei, qui est legislator, & potest statuere plures pœnitentiæ partiales correspondere tamquam vnam vindictam integram vni peccato. *Scot. ibid. l. G. & 4. sent. dist. 16 q. 1. l. G.*

50 Int. Quomodo naturali ratione potest esse cognoscibile peccatum aliquod sub ratione peccati in actibus humanis, vt offensiuum Dei, vt auct-

auertiuum à Deo, vt impeditiuum præmij, & vt dispositiuum ad pœnam æternam, si nullum istorum est ratione naturali cognoscibile? Resp. quod quomodocumque sit naturaliter cognoscibile peccatum esse detestandum, & puniendum sub ea ratione potest habere pro regula pœnitentiam primo modo dictam, scilicet vt cognoscibile naturaliter, sed vt cognoscibile supernaturaliter sic habet pro regula pœnitentiam secundo modo dicta, idest supernaturalem. *Scot. 4. sent. dist. 14. q. 3. l. F.*

51 Int. Vtrum pœnitentia sit Sacramentum? Resp. quod accipiendo pœnitentiam secundum quatuor modos iam supra dictos, non est Sacramentum; Sacramentum enim est signum sensibile, cuiusmodi non est pœnitentia illis modis accepta: potest tamen dici talis pœnitentia Sacramentum secundum quid, quatenus est aliquod faciens ad Sacramentum pœnitentiæ: vel potest huiusmodi pœnitentia dici Sacramentum æquiuocè, non vniuoçè. *Scot. sent. dist. 14. q. 4. l. F.*

52 Int. Quid est Pœnitentiæ Sacramentum formaliter acceptum? Resp. est absolutio hominis pœnitentis facta certis verbis cum debita intentione prolatis à Sacerdote iurisdictionem habente ex institutione Diuina efficaciter significans absolutio-nem animæ à peccato. *Scot. ibid. l. A.*

53 Int. An requirantur aliqua præcisa verba in Sacramento pœnitentiæ, sicut in Sacramento Baptismi? Resp. negatiuè, quia cum doctrina huius

Sacramenti reducatur ad doctrinam de Iudicijs, vnde potest dici Sacramentum iudiciale, & iudicium Sacramentale; sicut in iudicio non oportet esse limitata verba, sed sufficit, quod exprimat actus sententiæ sic in isto foro, & iudicio priuato sufficit, quod exprimat actus sententiæ absoluti-uentis, dicendo: *Absoluo te*, quæcumque alia præmittantur, vel consequantur secundum consuetudinem in diuersis Ecclesijs. *Scot. ibid. l. B.*

54 Int. Vtrum tantum Sacerdotes possint hoc Sacramentum exercere? Resp. congruum est vt idem habent potestatem super Corpus Christi verum, & super Corpus Christi mysticum, vnde sequitur, quod sicut confessio Eucharistiæ non potest Laico competere, sic nec pariter confessio, idest auditio sacramentalis confessionis potest competere laico, nec aliquid pertinet ad hoc pœnitentiæ Sacramentum. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 4. l. C.*

55 Int. Vtrum per Sacramentum pœnitentiæ remittatur, & deleatur culpa? Resp. affirmatiuè, quamuis requiratur dispositio de congruo ad hoc, vt peccatori conferatur gratia per Sacramentum; remittitur, inquam, culpa regulariter, & vniuersaliter per Sacramentum pœnitentiæ; frequenter tamen remittitur peccatum per aliquem motum attritionis tamquam per meritum de congruo. *Scot. ibid. l. D. G.*

56 Int. Vtrum necessariò requiratur huiusmodi præcisa dispositio, ita quod gratia non possit conferri

ferti sine illa? Resp. quod Deus non obligat potentiam suam Sacramentis ita quod sine tali dispositione non possit gratiam conferre; potest enim sine tali dispositione congrua, & prœvia, quæ sufficeret, gratiam conferre per Sacramentum, & hoc est maioris misericordiæ, scilicet per duplicem viam hominem peccatorem iustificare, sicut ad delendum, peccatum originale in adulto clare patet, scilicet ex bono motu disponente ad illam de congruo, & ex susceptione Baptismi. *Scot. ibid. l. D.*

57 Int. Vtrum pœnitentia, sine pœnitere, vel pœnam tenere, quod est velle vindicare peccatum pro partibus habeat hæc tria, scilicet Contritionem, Confessionem, & satisfactionem? Resp. negativè, quia talis pœnitentia, cum sit virtus, scilicet iustitia, est quædam forma simplex in voluntate, quæ non potest habere partes; & ultra hoc, pœnitentia est permanens, prout permanentia competit virtuti, cuiusmodi non sunt Contritio, Confessio, & satisfactio, quæ habent esse in fieri: ac etiam, quia Confessio, & satisfactio habent esse exterius, vnde non possunt esse partes illius. *Scot. 4. sent. dist. 16. quest. 1. l. B.*

58 Int. Vtrum illa tria sint partes pœnitentiæ, seu pœnitere, quod est detestari, vel odire peccatum? Resp. negativè, quia ille actus detestativus est immediate elicitus à voluntate, quo modo non sunt Confessio, & satisfactio, quæ non sunt actus immediate elicti à voluntate, sed bene à volunta-

tè imperati. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 1. l. C.*

59 Int. Vtrum præfata tria sint partes pœnitentiæ, vel pœnitere, quod est pœnam, vel pœnitentiam gratanter acceptare? Resp. affirmativè, quia sic pœnitentia est causa proxima ipsius pœnæ infligendæ, quæ causa est actus imperatus ab actu pœnitentiæ virtutis, cuius partes possunt poni tria prædicta, Contritio scilicet, Confessio, & satisfactio, & se habebit ad illas tanquam ad partes integrales. *Scot. ibid. l. C. G.*

90 Int. Vtrum dicta tria dici possint partes pœnitentiæ virtutis? Resp. remotissimè tantum possunt dici partes, quatenus pœnitentia virtus inclinât ad omnes istas tres pœnas infligendas, non autem proximè. *Scotus in 4. sentent. dist. 16. quest. 1. li. H.*

61 Int. Vtrum illa eadem tria sint partes pœnitentiæ, vel pœnitere, quod est patienter ferre pœnam infligendam? Resp. affirmativè; possunt enim poni tres partes, idest tres pœnæ, quæ concomitantur istos tres actus, Contritionis scilicet, Confessionis, & satisfactionis. *Scot. ibid. l. C.*

62 Int. Quomodo correspondent tribus pœnis tres illi actus? Resp. Iustitia commutativa universalius respicit æqualitatem in commutatione, non rei, sed magis secundum rectam rationem; vnde iustitia pœnitiva, quæ est quædam commutativa in pœnitentia, respicit pœnam æqualem, siue commensuratum illi culpæ secundum rectam rationem illius

illius legis, secundum quam ipsa est vindictiva, quæ lex, secundum quam pœnitentia est virtus vindictiva, dicitur culpam debere ordinari per duplicem pœnitentiam, scilicet intrinsecam, nempe tristitiæ, & extrinsecam, quæ est duplex, scilicet verecundiæ, & afflictionis, siue laboris corporalis, & sic pœnitere, siue puniri, quod correspondet culpæ, integratur ex tribus pœnitentiis, sicut causa proxima istius pœnitentiae integratur ex causis propriis istarum pœnitentiarum. *Scot. 4. sent. dist. 16. q. 1. l. C.*

63. Int. Quomodo explicantur iste tres pœnitentiæ, scilicet Contritio, Confessio, & satisfactio? Resp. quod causa propria tristitiæ interioris est detestatio peccati commissi à se, & sic est displicentia de peccato, quæ includit duas causas partiales, scilicet considerationem peccati commissi, & nolitionem, quarum prior est nolitio, quia ipsa posita, necessario ponit alteram, non è conuerso, sic actus ille, qui est propria causa tristitiæ, dicitur contritio. Secundus actus, qui est causa proxima crubescentiæ, vel verecundiæ dicitur Confessio, in qua peccatum occultum propalatur homini, tertia tandem causa proxima, vel propria tertie pœnitentiæ est aliquod opus laboriosum, vel pœnale, & dicitur satisfactio. *Scot. ibid. l. D.*

64. Int. Vtrum tria ista, Contritio scilicet, Confessio, & satisfactio sint partes pœnitentiæ Sacramenti? Resp. quod non sunt partes essentialis, & constituentes, vel integrantes Sacramentum pœnitentiæ.

tentiæ, quia Pœnitentiæ Sacramentum est absolutio Sacramentalis facta certis verbis, &c. ut dictum est supra, cuius non potest esse pars Contritio, quæ est quoddam spirituale in anima, sicque Confessio nihil est ipsius sententiæ Sacerdotis, sed bene est actus rei se accusantis; neque est pars satisfactio, quia ista sequitur abolutionem sacramentalem, *Scot. ibid. l. E.*

65. Int. Vtrum possint ista tria aliquo modo appellari partes? Resp. affirmatiuè; possunt enim appellari partes improprie, quatenus, ut dignè recipiatur hoc Sacramentum, illa tria vel præuè, vel sequenter requiruntur, & partes vocantur. *Scot. ib. l. E. & 4. sent. dist. 15. quæst. 2. l. A. a. Hinc Concil. Trident. sess. 4. cap. 3. dicit sunt autem quasi materia Sacramenti, ipsius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & satisfactio, qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentia partes dicuntur; quod replicat eadem sess. Can. 4.*

66. Int. Quomodo requiritur Contritio? Resp. quia absolutio non est utilis, nisi præcedat in contritente aliqua contritio, vel attritio de illis peccatis, de quibus confessus est, ideo contritio requiritur. *Scot. 4. sent. dist. 16. q. 1. l. E.*

67. Int. Quomodo requiritur Confessio? Resp. quod Confessio requiritur simpliciter, quia Sacerdos non absoluit reum arbitrarie, nisi prius reus si-

bi fuerit accusatus in foro illo. *Scot. ibid. l. E.*

68 Int. Quomodo requiritur satisfactio? *Resp.* satisfactio debet sequi Sacramentum Pœnitentiæ ad hoc, vt habeat efficaciam, & hoc vel in re, vel in voto, nisi Iudex possit perpendere illas pœnas alias præcedentes sufficere ad totalis pœnæ solutionem. *Scot. ibid. l. E.*

69 Int. Vtrum ad hoc Sacramentum sufficiat aliqua displicentia informis? *Resp.* affirmatiuè, & tunc contentens sit capax absolutionis sacramentalis per quam fit Contritio. *Scot. ibid. l. E.*

70 Int. Vtrum Sacerdos possit absoluerè aliquem reum se contententem sine sequenti satisfactioe? *Resp.* affirmatiuè, quando Iudex, (vt dictum est) potest perpendere illas pœnas alias præcedentes sufficere ad solutionem totalis pœnæ pro confessis. *Scot. ibid. l. E.*

71 Int. Quid faciat Sacerdos in absolutione? *Resp.* Sacerdos absoluit reum, & ligat; absoluit à debito pœnæ aeternæ, sed ligat ad solutionem pœnæ temporalis, nisi sit sufficienter iam soluta. *Scotus ibidem l. F.*

72 Int. Vtrum Sacerdos absoluendo, quandoque non absoluat? *Resp.* quod Sacerdos, vel nullo modo absoluit, vel saltem non absoluit efficaciter, nisi ille reus sit in se debito modo dispositus, quia Sacramentum hoc est signum absolutionis interioris, quæ interior absolutio non concomitatur, nisi sit debita dispositio in mente interioris absoluendi. *Scot. 4. sent. d. 16. q. 1. l. F.*

73 Int.

73 Int. Vtrum iam dicta tria possint vocari partes subiectiue pœnitentiæ? *Resp.* quod accipiendo Pœnitentiam prout est pœnam tenere, idest cauere pœnam, tunc illa tria possunt dici partes subiectiue, & Pœnitentia est eis totum vniuersale; quia valet dicere, Contritio est pœnitentia, Confessio est pœnitentia, &c. Pœnitentia enim prædicatur de illis diuisim sumptis, accipiendo, inquam, pœnitentiam pro tenentia alicuius pœnæ correspondentis culpæ, non totaliter, & adæquatè. *Scot. ibid. l. G.*

74 Int. Vtrum satisfactio possit dici fructus Pœnitentiæ? *Resp.* quod loquendo de Pœnitentia quarto modo accepta, scilicet puniri, tunc satisfactio est pars Pœnitentiæ improprie dictæ; loquendo verò de pœnitentia, vt est habitus, vel actus eius elicitus vel imperatus, tunc satisfactio est fructus pœnitentiæ, accipiendo satisfactionem pro opere exteriori operato; nec est inconueniens idem esse partem posterioris, & fructum prioris. *Scot. ibid. lit. H.*

75 Int. Vtrum sit vna remissio omnium peccatorum, vel plures secundum peccatorum pluralitatem? *Resp.* quod sicut peccator dicitur peccator à multis culpis, quas commisit, ita quælibet culpa, dum remittitur, habet suam remissionem correspondentem: nam quælibet remissio potest esse sine alia, si tantum culpam illam commisisset, & non aliam. *Scot. 4. sent. dist. 16. q. 2. l. A.*

76 Int. Vtrum remissio culpæ, & infusio gratiæ pos-

pos-

possint ab inuicem separari? Resp. affirmatiue; nam in Angelis, qui non peccauerunt, potuit Deus gratiam infundere absque culpæ remissione, quia nulla culpa inluit. Similiter potest Deus de potentia absoluta hominibus creare in puris naturalibus sine culpa, & sine gratia, & post lapsum potest illum reparare, & ita remittere culpam sine infusione gratiæ. *Scot. ibid. l. B. A.*

77 Int. Vtrum culpa, & gratia sint formaliter opposita? Resp. negatiue, nec enim sunt formaliter repugnantia; nam voluntas creata, quæ potest, vel effectiue, vel defectiue super esse culpæ, posset etiam super non esse gratiæ, quod non conceditur, nisi dementiori, quia gratia à Deo tantum creatur, à quo etiam annihilatur. *Scot. 4. sent. d. 16. q. 2. lit. B.*

78 Int. Vtrum sit aliqua mutatio in illo, cui remittitur culpa, cum ante remissionem peccator sit ordinatus ad pœnam, postea verò non? Resp. quod non est mutatio realis, quia voluntas Diuina pro instanti, quo peccator peccat, etiam pro tempore habito, viquequo peniteat, vult illum esse puniendum, non quatenus puniendum dicit futurum passiuum, sed vult illum esse dignum puniri, & hoc volitione conditionata; nam vult illum punire, donec in aliquo instanti peniteat, quoniam in hoc instanti vult illum non esse puniendum vique ad instantem noui peccati, & hæc non dicunt mutationem realem, cum ista duo vellet fieri simul in æ-

ter-

ternitate, & circa obiectum in æternitate volitum, licet non pro æternitate, sed pro alio, & alio nunc. *Scot. ibid. l. K.*

79 Int. Vtrum volitio Diuina pertinens ad retentionem & remissionem culpæ sit conditionata? Resp. affirmatiue, quia si voluntas Diuina vellet absolute peccatorem punire statim cum peccat, statim puniret. *Scot. ibid. l. M.*

80 Int. Quid est, iste nunc est ordinatus ad pœnam, & iste nunc non est ordinatus ad pœnam? Resp. quod prima propositio nil aliud signat, nisi, Iste est volitus ad pœnam pro tali instanti, si tunc iudicetur, secunda verò propositio signat, Iste non est volitus ad pœnam pro tali instanti, si tunc iudicetur. *Scot. ibid. l. M.*

81 Int. Vtrum infusio gratiæ sit causa remissionis culpæ, vel è conuerso? Resp. negatiue, quia ambæ à Deo causantur; sola enim voluntas Diuina ex sua iustitia determinat illam obligationem peccatoris ad pœnam, & ex misericordia determinat non obligationem. *Scot. in 4. distict. 16. q. 2. lit. R.*

82 Int. Quænam istarum præcedit, infusio gratiæ, vel remissio culpæ? Resp. quod quantum ad intentionem Diuinam (Deus enim est ordinatè volens) prius est infusio gratiæ, quia est finis propinquus; tamen, quantum ad executionem, prius est remissio culpæ. *Scot. ibid. l. S. Q.*

83 Int. Quid requiritur, vt sit digna pœnitentia?

Re-

Resp. requiritur, quod pœnitens se obliget, saltem in voto, ad non peccandum in posterum; nam siue tali proposito pœnitentia non est digna. *Scot. 4 sent. d. 22. q. vn. l. M.*

84 Int. Vtrum pœnitentia siue interior, siue exterior cum perceptione Sacramenti pœnitentiæ sufficiat in extremis ad salutem? Resp. affirmatiue; quoniam inspirare fructuosam pœnitentiam est opus Dei, non hominis; potest igitur Deus illi inspirare, quodcumque vult sua misericordia; semper enim Deus potens est etiam in morte inspirare quibus placet, vnde dicit D. August. *lib. de vera, & falsa Pœnitentia; Pœnitentia si in extremo biatu vitæ adueniat, sanat, & liberat. Scot. 4 sent. dist. 20. q. vn. l. A.*

85 Int. Vtrum sit difficile habere veram pœnitentiam in extremis? Resp. affirmatiue; difficile enim est tunc veram pœnitentiam habere, quia tunc impeditur vsus liberi arbitrij, vel liber vsus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timore inhaerentibus. *Scot. ibid. l. A.*

86 Int. Quid intelligitur per aliquem esse in extremis? Resp. Non intelligitur aliquem esse in extremis, qui grauatur morbo secundum legem communem curabili, vt febre tertiana, vel huiusmodi, nec qui subito moritur, cuius mortis nulla apparet causa, sed ille intelligitur, qui ex causis euidentibus iam positis, iudicatus est iam proximus morti secundum causas inferiores operantes, vt in pluribus,

ribus, v. g. in infirmitate, quando iam attingit gradum desperatum iudicio medicorum, vel in alijs periculis, vt submersione, & huiusmodi, quando statim imminet mors; nam tunc in istis, vel est maximus dolor in parte sensitua, vel timor maximus, & vtraque passio vehemens nata est impedire liberum vsus rationis, & voluntatis, qui vsus liber requiritur ad actum displicentiæ de peccato, vt sit sufficiens ad veram pœnitentiam. *Scot. 4 sent. d. 20. q. vn. l. A. B.*

87 Int. Vtrum dolor, vel timor totaliter impedit intellectum, & vsus rationis, & voluntatis? Resp. non impedit totaliter, sed multum, & per consequens remissius, & imperfectius intellectus & voluntatis vsus tunc potest haberi, quia vix sufficit ad displicentiam sufficientem, & requisitam ad veram pœnitentiam; vnde dicit D. August. *Cum se-
ra venit Pœnitentia, tantus aliquando cruciatus ligat
membra, & dolor sensum opprimit, vt vix aliquid co-
gnoscere valeat. Scot. ibid. l. B.*

88 Int. Quid est vermis peccatoris? Resp. est remorsus, siue displicentia aliqua de peccato commisso. *Scot. 4 sent. d. 7. q. vn. l. P.*

89 Int. Quid requiritur ad hoc, quod displicentia sit ordinata, & valeat ad veram pœnitentiam? Resp. requiritur, quod sit debite circumstantionata, & maxime circumstantia finis; & principij actus principalis, vt scilicet sit voluntaria propter Deum, quo tempore difficile est extorquere a se ipso

ipſo diſplicitiam nouam, niſi timore pœnæ imminentiſ; præſumitur enim, quòd ſi eſſet remotus à pœna, ſicut prius, non extorqueret à ſe ipſo illam diſplicitiam, ſicut nec prius extorquebat. *Scotus ſent. d. 20. q. 22. l. B.*

90 Int. Vtrum cauſa illius diſplicitiæ poſſit eſſe voluntaria? Reſp. potius debet dici inuoluntaria; nam talis cauſa videtur eſſe expectatio mortis, quæ eſt illi inuoluntaria, & ideo quòd fit ex ſuppoſitione inuoluntarij: non poteſt dici ſimpliciter voluntarium; ſicut non omnino voluntariè proijcit merces in mare, dum quis proijcit ex ſuppoſitione cuiuſdam periclitationis, quam nollet. *Scot. 4. d. 20. q. 22. l. B.*

91 Int. Vtrum habitus malus retrahat ab actu pœnitentiæ? Reſp. affirmatiuè, præcipuè habitus uſque tunc continuatus; nam dicit D. Auguſt. *Conſilijs, quos illi e. dilexerit, ſunt præſentes, uxor, & mundus ad ſe uocent; multos enim ſolet ſerotina pœnitentia decipere.* *Scot. 4. ſent. d. 20. q. 22. l. C.*

92 Int. Quot modis delectabilia poſſunt eſſe præſentia infirmo? Reſp. dupliciter poſſunt eſſe præſentia, ſcilicet vel in ſe, vel in phantaſmatibus uehementer impreſſis, quæ etiam ex uehementia habitus mali continuati multum inclinant ad ſe inordinate amanda, & per conſequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam diſplicitiam de eis delectabilibus, ad hoc, ut ſit diſpoſitio ſufficiens ad deletionem culpæ. *Scot. ibid. l. C.*

93 Int.

93 Int. Quid igitur eſt agendum? Reſp. dicit D. Auguſt. Si tamen eſt Auguſtini. *Age pœnitentiam, dum ſanus es, ſi ſic agis, ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti, quando peccare potuiſti, ſi uis agere pœnitentiam quando peccare non potes, peccata te dimittunt, non illa, ad minus non ut ita libere illa dimittis, ſicut ille ſanus;* & ideo quantum deficit in te de libertate, tantum ſecundum rigorem requiritur in te motus interior quem uix, vel numquam poteris habere; hinc dicit D. Auguſt. *Magnum eſt, cui Deus tunc inſpirat, ſi quis eſt igitur, qui tunc querat ueram pœnitentiam, quia uix, vel numquam eſt aliquis, qui habeat diſpoſitionem de congruo, ut ei inſpiretur.* *Scot. ib. l. C.*

94 Int. Quid igitur agendum infirmo ad extremum deducto? Reſp. ſuadendum eſt ut ſecundum ſuam poſſibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam; ut ſcilicet non obſtante dolore, vel timore, utuntur ratione quantum poteſt, & nitatur habere diſplicitiam voluntariam propter finem debitum, ſcilicet propter Deum, & renitatur malæ inclinationi habitus: & delectationum præſentium, laboret ad diſplicitiam, quantum poterit habere, licet breuem, & ne cadat in deſperationem: extollenda eſt ſibi Dei miſericordia, proponendo illi exemplum de latrone illo, cuius fuit pœnitentia ſera, ſed non ſera indulgentia. *Scot. 4. ſent. diſt. 20. q. 22. l. D.*

95 Int. Vtrum qui ſic expectat facere pœnitentiam in extremis, peccet mortaliter? Reſp. quòd

Dd

qui

qui scienter se exponit periculo salutis suæ, peccat mortaliter, & ideo expectans in extremis, si aliquo actu elicitò determinet se nunquam pœnitere, nisi in extremis, illo actu elicitò se exponit tali periculo, & mortaliter peccat, sed dicendum est, quòd de tali peccato, si sic expectando peccauit, potest pœnitere in extremis, sicut de alijs. *Scotus ibid. l. E.*

96 Int. Vtrum talis in extremis positus possit fugere peccata exteriora? Resp. quòd licet tunc sit impotens ad hoc propter infirmitatem; tamen illud potest esse sibi pro tunc voluntarium, vt habeat tunc voluntatem, quòd si posset tunc peccare peccato exteriori, fugeret hoc omnino; imò potest habere pœnitentiam exteriorem de peccatis, illam scilicet acceptando in voto, si peruiuat. *Scot. ibid. l. E.*

97 Int. Vtrum ex pœnitentia in extremis oriatur occasio transgrediendi legem Diuinam? Resp. negatiuè; non enim ex hoc datur occasio transgrediendi, sed accipitur ab imperfectis, qui sic differunt pœnitere; nec si transgreditur deinde lex à malis, & debet legislator prætermittere ea, quæ secundum se sunt congrua in lege ordinata; imò est occasio seruandi legem propter amorem legislatoris, qui tantæ misericordiæ est erga miseros, vt nunquam eis claudat sinum misericordiæ suæ. *Scot. ibid. l. F.*

98 Int. Vtrum ex illa dilatione pœnitendi aliquod

ma-

malum proueniat? Resp. quòd licet ex dicta dilatione proueniat aliquod malum scilicet peccatum, hoc tamen est indirectè, & maius bonum prouenit ex pœnitentia, quia multi per illam pertingunt ad terminum prædestinationis Diuinæ, & si ex hoc oritur occasio delinquendi, hoc est indirectè, vidè nullo modo est prætermittenda. *Scot. 4. sent. d. 20. q. vii. lit. G.*

99 Int. Vtrum pœnitens in extremis debeat satisfacere pœnam? Resp. quòd vtrique debet puniri aliqua pœna pro peccato, sed talis pœna non potest sic imponi, quia non potest illam adimplere, nec potest illi imponi, quòd tanto tempore stet in Purgatorio, quia Sacerdos non habent auctoritatem infligendi illi huiusmodi pœnam, sed est proponenda illa pœna correspondens peccati. *Scot. ibid. l. G.*

100 Int. Quomodo huiusmodi pœnitenti est imponenda pœna? Resp. tali modo, scilicet, si factus esse talis pœna esset tibi imponenda, quam si conualueris, studeas adimplere, sed nunc es in manu Domini, confide de misericordia eius, qui, & si te puniat, punit tamen misericorditer. *Scot. ibid. l. G.*

101 Int. Quando non potest protrahi multus sermo propter grauitatem morbi, quid agendum? Resp. quòd in tali casu non oportet huiusmodi pœnitenti aliquam pœnam specificare, sed tantum eum instruire de iustitia Dei misericordis. *Scot. ibid. l. G.*

102 Int. Vtrum moriens in gratia statim saluetur, sicut moriens in peccato statim damnatur? Resp.

sp.

sp. negatiuè; non enim est par ratio de utroque, quia moriens in peccato nihil habet retardatiuum à pœna condigna, sed moriens in charitate, dummodo fuerit debitor pro peccatis commissis, quorum penitentiam non fecit, habet aliquid retardatiuum à gloria, quia nullus, dum debitor est alicuius pœnæ potest glorificari; gloria enim, sicut non patitur pœnam, ita nec debitum pœnæ. *Scotus ibid. lit. II.*

103. Int. Verum peccato dimisso in hoc sæculo, possit solui post hanc vitam pœna debita pro ipso? Resp. affirmatiuè, sicut dictum est de penitente in extremis, qui, cum non possit pœnam debitam in hac vita soluere, soluit in Purgatorio, quod, ultra sententiam D. Augustini affirmat Magister sent. dist. 20. cap. 2. Si, inquit, & ante expletionem penitentia decesserint, ignem Purgatorium senserint, & grauius hic puniuntur quam si hic expleissent penitentiam. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. A.*

104. Int. Quare pœna purgatorij est grauior? Resp. quia non est voluntaria; pœna enim quanto mirus est voluntaria, tanto minus est satisfactoria, sicut est pœna Purgatorij, quæ velit, vel nolit, cruciat, velit, vel nolit, patietur, & ideo magis patiendo grauiabitur. *Scot. ibid. l. A.*

105. Int. Vtrum ignis Purgatorij sit æternus? Resp. negatiuè, hic ignis, quamuis æternus non sit, miro tamen modo grauis est; excellit enim cunctam pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. *Scot. ibid. l. A.*

106 Int.

106. Int. Vtrum pœna debita peccato hic non dimisso possit solui in futuro sæculo? Resp. negatiuè, loquendo de peccato mortali, quia pro ipso non dimisso debita pœna, est pœna damnationis æternæ, quæ non remittetur. *Scot. ibid. l. C.*

107. Int. Vtrum recidians peccatum mortale non expens in vita penitentiam de quibus fuerit prius confessus, si debeat illam explere in inferno, sit æterna? Resp. quòd utique illam pœnam pro peccatis, de quibus confessus est, si in hac vita non soluit, debet soluere in inferno, sed talis non est nisi pœna temporalis, quia in priori remissione peccatorum fuit commutatum debitum pœnæ æternæ in debitum pœnæ temporalis, & sic, quando in inferno fuerit illa debita pœna soluta, liber erit ab illa amplius soluenda. *Scot. ibid. l. D.*

108. Int. Vtrum ex hoc detur redemptio in inferno? Resp. quòd si loquamur de peccato, quod nõ fuit commutatum in pœnam temporalem, non potest dari redemptio, quia semper remanet soluendi debitum, & pœnam æternam pro culpa non commutata; sed si loquamur de debito pœnæ æternæ commutato in pœnam temporalem, datur redemptio, illa enim pœna temporalis commutata, & in hoc sæculo non iam soluta, dum fuerit expleta in inferno, non amplius exigitur, & tunc potest sic dici aliqua redemptio. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 5. l. D.*

DE

DE
ATTRITIONE,
ET
CONTRITIONE.
TIT. VIII.

Int. Quid est Attritio? Resp. Attritio est detestatio peccati totaliter circumstantionata circumstantijs debitis in genere moris, & dispositio, siue meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis, quæ deletio sequitur in ultimo instanti alicuius temporis, in quo tempore attritio duravit. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. N.*

2 Int. Vtrum Deus acceptet attritionem non completè circumstantionatam ad deletionem peccati? Resp. non esse certum, si Deus velit talem attritionem esse dispositionem ad iustificationem, nisi sit perfectè moraliter circumstantionata, sicut certum

tum est, quòd, quando est cum aliqua circumstantia inordinata, tunc non potest esse dispositio ad iustitiam, quia tunc est actualiter offendens. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. N.*

3 Int. Quid dicendum si ille motus attritionis careat aliqua circumstantia debita ex inconsideratione intellectus, vel omissione voluntatis? Resp. quòd est dubium, si talis motus, nempe attritio, disponat sufficienter ad iustitiam. *Scot. ibid. l. N.*

4 Int. Quid dicendum, si attritio fuerit perfectè circumstantionata in genere moris? Resp. quòd sic videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiam in termino illius attritionis acquirendam, quam Deus præfixit debere esse terminum illius motus attritionis quam vsque tunc vult continuari, scilicet in ultimo instanti, vel aliquo, vsque ad quod Deus determinavit attritionem debere durare, ad hoc, ut sit meritum de congruo ad iustificationem, quando infunditur gratia, & tunc simpliciter deletur peccatum. *Scot. ibid. l. N.*

5 Int. Quanta attritio requiritur in poenitente? Resp. quòd Sacramentum poenitentiae potest dignè recipi ab attritio cum tanta attritione, quæ non sufficeret per modum meriti ad iustificationem suscipiendam in termino attritionis. *Scot. 4. sent. d. 18. q. vn. l. A. & 14. q. 4. l. E.*

6 Int. Vtrum per solam attritionem, (ut Scotus accipit) dimittatur peccatum ante susceptionem Sacramenti Poenitentiae? Resp. affirmatiuè, & hoc tam-

tamquam per meritum de congruo; non tamen sequitur, quod per Sacramentum peccatum non dimittatur; quia si alia dimisso quandoque non adsit ista per penitentiam non deficit. *Scot. 4. sent. dist. 14. q. 4. l. 6.*

7 Int. Vtrum per actum attritionis, & informem deletur peccatum? Resp. Quod per talem actum informem, sed plene, vel semiplene circumstantionatum in genere moris deletur peccatum, vt per dispositionem praeuia ad meritum de congruo: per actum autem penitentiae, qui est formatus, & dicitur Contritio, deletur peccatum, vt per actum concomitantem. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. P.*

8 Int. Quid est Contritio? Resp. Contritio est actus poenitentiae perfecte circumstantionatus, formatus charitate, quo deletur peccatum, vt per dispositionem proximam, & meritum de condigno. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. Q.*

9 Int. Vtrum ad recipiendam gratiam poenitentialem requiratur contritio? Resp. negatiue, quia attritus, licet parum, attritione scilicet, qui non habet rationem meriti, ad remissionem peccati, volens tamen recipere Sacramentum penitentiae, sicut dispensatur in Ecclesia, & in voluntate sine obice peccati mortalis in actu, in vltimo instanti prolationis verborum, in quo est vis Sacramenti poenitentiae, recipit effectum Sacramenti, scilicet gratiam poenitentialem, non ex merito, quia dispositio interior non erat sufficiens per modum

me-

meriti, quia non contritus, sed ex pacto Dei assistentis huic Sacramento suo ad effectum illum consequendum, ad quem Sacramentum instituit: Alioquin non appareret quomodo Sacramentum poenitentiae esset secunda tabula, si numquam per ipsum, vt Sacramentum est, posset recuperari gratia amissa, sed tantum per attritionem, vel per contritionem. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 4. lit. E.*

10 Int. Quenam est differentia inter attritionem, & contritionem? Resp. quod attritio est dispositio praeuia de congruo ad deletionem peccati; Contritio vero est dispositio completiua, & de condigno. *Scot. ibid. l. E.*

11 Int. Quando attritio dicitur contritio? Resp. Attritio dicitur contritio in illo instanti, quando fit actus concomitans gratiae, & est actus formatus, quia tunc habet secum charitatem. Nam tria signa naturae assignari possunt in hoc; In primo signo est actus talis moralis; in secundo charitas, & in tertio est actus formatus charitate iam inclinante, & inherente, & vocatur contritio, & sic attritio fit contritio sine omni mutatione reali ipsius actus. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. O.*

12 Int. Contritio sequitur ne, vel antecedit deletionem peccati, & si sequitur, quomodo potest peccatum delere? Resp. quod utique contritio, quae est actus formatus, sequitur deletionem peccati, tamen dicendum est in sensu diuiso, quod per illum actum, qui est contritio, deletur peccatum, vt per

E e

dis-

dispositionem proximam; nam conueniens est dispositionem simul esse cum forma, ad quam disponit. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 2. l. Q.*

13 Int. Quid requirit Contritio? Resp. requirit propositum confitendi, seu confessionem in voto; unde non deletur peccatum sine proposito confitendi, quia votum confitendi iudicatur pro confessione futura. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. X.*

14 Int. Quid dicendum, si post contritionem mutetur voluntas confitendi? Resp. quod talis recidit à vera penitentia, & peccat mortaliter, sicut dictum est de baptizato Baptismo fluminis, si contempserit Baptismum fluminis. *Scot. ibid. l. X.*

15 Int. Vtrum intentio Contritionis sufficiat ad satisfactionem pro culpa? Resp. affirmatiuè, quia potest esse Contritio in tali gradu, vt sufficiat pro vno peccato, cui si gradus intensior superaddatur, sufficiat pro alio peccato. *Scot. 4. d. 15. q. 1. l. O.*

16 Int. Vtrum peccatum, quod remittitur per contritionem intentam solum, possit remitti per contritionem remissam? Resp. affirmatiuè, sed cum alijs penis supplementibus imperfectionem contritionis. *Scot. ibid. l. H.*

17 Int. Quomodo Contritio intensa, & contritio remissa possunt pro eodem peccato delendo, si differunt specie? Resp. quod licet differant specie, sunt tamen æquivalentes in acceptatione Diuina. *Scot. ibid. l. H.*

18 Int. Vtrum sufficiat contritio ad delendum quod-

quodlibet peccatum? Resp. quod quando contritio est valde intensa, potest satisfacere pro tota pena, quæ esset imponenda pro peccatis, quæ contritio continet etiam satisfactionem in voto, sed regulariter est satisfactio partialis; hinc dantur præcepta generalis de penitentia imponenda. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 1. l. R.*

19 Int. Vtrum peccata dimissa per contritionem redeant per contempcionem penitentia? Resp. quod si contritus contemnit postea confiteri, tunc peccat nouo peccato; nec redeunt peccata iam deleta per contritionem, nec quantum ad malitiam, nec quantum ad reatum, sed semper manet illi pena temporalis, & si debetur illi pena damnationis; est propter nouum peccatum mortale aggravatum per culpam priorem, iam in contritione dimissam. *Scot. 4. sent. dist. 22. q. vn. l. S. T.*

20 Int. Quid accipitur per confessionem sequentem ad veram contritionem? Resp. quod si penitens per confessionem non recipit primam gratiam, suscipit gratiæ augmentum; sicut Baptismus fluminis confert gratiam non habenti, & aug-t habenti, quod frequenter de adultis verificatur, hoc pariter de contritione, & confessione dicendum est. *Scot. 4. sent. d. 18. q. vn. l. H.*

4. sent. d. 18. q. vn. l. H.



DE
CONFESSIONE.

TIT. IX.



INt. Quotuplex est Confessio? Resp. duplex est Confessio, scilicet laudis, & fraudis. Confessio laudis non potest fieri, nisi à iustificato in statu gratiæ, quia secundum D. Hieronymum in *Epist. Cogitatio me. Non est spectaculum in ore peccatoris. At confessio fraudis est accepta Deo in ore peccatoris post peccata, dum non sit peccator in voto, & ad hanc sufficit aliquis displicentia de peccatis cum proposito cauendi de cætero, & suscipiendi tunc Sacramentum penitentia, in quo attritio sit contritio. Scot. 4 sent. dist. 14. q. 4. l. G. H.*

2 Int. Vtrum peccatori sit necessarium ad salutem confiteri omnia peccata suo Sacerdoti? Resp. affirmatiuè, vt habetur *Luc. cap. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra; & in Canon. de Pœnit. dist. 1. Can. 38. & inde adducuntur multe auctoritates, quarum*
vna

vna est D. Ambrosij *serm. quadrages. Non potest quisquam a peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Scot. 4 sent. d. 17. q. vi. l. a. A.*

3 Int. Vtrum quis teneatur ad Confessionem peccatorum ex præcepto legis naturæ? Resp. negatiuè, quia hæc obligatio fuit pro statu, & tempore cuiuscumque legis, quod est saluum, quia in statu Innocentiæ, & in statu legis Mosaicæ non erat huiusmodi obligatio. *Scot. 4 sent. d. 17. quest. vi. l. C.*

4 Int. Vtrum Confessio fuerit necessaria post lapsum? Resp. non semper fuit necessaria, & licet *Glos. dicat de Adam Gen. cap. 3. Adam ubi es. Vox est increpantis, & confessionem inquirentis;* tamen solum illi fuit necessaria Confessio facienda Deo, quia Adam non debuit peccatum Deo occultare; ipse enim est Iudex, cui manifestum est omne peccatum, & coram quo quilibet reus debet recognoscere peccatum suum, & hanc Confessionem Deus requisit ab Adam, sed ex hoc non concluditur, quod in illa lege esset Confessio facienda homini, licet esse facienda Deo increpanti. Nec in lege Mosaicæ talis Confessio fiebat, sed solum fiebat Deo de peccatis occultis, vel de publicis defectibus, & inobseruantia legalium, fiebat Confessio per oblationem sacrificij; sicut etiam Sacerdos faciebat publicam confessionem, vt dicendo pro populo: *Iniuste egimus, peccauimus, &c.* & talis Confessio Sacerdotis erat quædam dispositio ad petendam
po-

populo misericordiam Dei, quo modo vitur nunc Ecclesia, sed non est Confessio, de qua loquimur. *Scot. ibid. l. C. D.*

5 Int. Vtrum per aliquod lumen naturale possit haberi talis obligatio ad Confessionem? Resp. negativè, quia quamvis sit valdè consonum legi naturæ hæc propositio, Reus est iudicandus, quia nullum delictum derelinquendum est impunitum in vniuerso, saltem ubi rector est iustus; tamen ista, Reus est accusandus, non est naturaliter nota, sicut prima; quia non est necesse, quod fiat accusatio quando Iudex omnia peccata nouit, etiam antequam fiant, sine omni accusatione; & quamuis etiam hæc concedatur, tamen ex hoc tantum habetur, quod sit consonum legi naturæ, Deo confiteri peccata sua, quia pro omni statu post lapsum, iusti, qui habuerunt fidem de Deo, quod erat rector iustus vniuersi, postquam peccauerunt, confitebantur peccata sua, petentes ab eo remissionem, scientes eum sine tali remissione tanquam iustum iudicem vindicaturum de illo peccato. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. E.*

6 Int. Vtrum sit consonum legi naturæ confiteri peccata sua alteri homini? Resp. negativè, quia nullus homo potest esse Iudex peccati hominis, nisi vt minister summi Iudicis, & sic esse ministrum in vindicando, vel puniendo peccatum commissum, magis concessum est vnicuique respectu sui, quam vni respectu alterius. Vnicuique enim com-
misit

misit Deus, vt sit minister Dei in vindicando peccatum proprium, in infligendo sibi disciplinam, & tristitiam pro illo peccato; non sic autem notum est de Confessione faciendi alteri. Et licet in Republica humana vnus sit Iudex alterius, tamen hoc est solum de delictis publicis, quæ possunt innotescere in illo iudicio; non est sic dicendum de delictis secretis, quæ etiam secreto deleri possunt. *Scot. ibid. l. E.*

7 Int. Vtrum Confessio faciendi Sacerdoti sit de iure positiuo, scilicet Ecclesiæ? Resp. quod hoc non videtur dicendum, videlicet, quod Confessio, de qua loquimur, sit solummodo de iure positiuo Ecclesiæ; non enim videtur Ecclesia hoc tam arduum præceptum attentasse imponendum omnibus Christianis, nisi esset præceptum Diuinum. *Scotus ibid. l. E.*

8 Int. Vtrum hoc præceptum de Confessione faciendi habeatur ab Ecclesia? Resp. quod licet *Extr. de Penit. & Remiss. cap. 12. Omnis vtriusque sexus*, hoc habeatur, tamen ante hoc Sancti Patres reputarunt hoc præceptum de Confessione faciendi obligare, quia talis textus est Innocentij III. in *Concil. Lateran.* ante quem plusquam per 800. annos fuit D. Augustinus, qui prædicauit Confessionem esse valdè necessariam, vt patet in suo libro de *vera, & falsa Penitent.* nec inuenitur aliquod capitulum in Canone, in quo tale præceptum exprimitur. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. E.*

9 Int. Vtrum si Ecclesiæ tantum præceptum esset de Confessione faciendâ, Papa teneretur ad illud seruandum? Resp. negatiuè, quia vt habetur *Extr. de verbor. signif. cap. 3. Exiit, qui seminât. §. Ceterum in sexto. Par in parem non habet imperium. Scot. ibid. l. E.*

10 Int. Vtrum infideles (supposito quod hoc præceptum esset Ecclesiæ) tenerentur ad Confessionem? Resp. negatiuè, quia secundum Apost. 1. Corinib. c. 5. *Quid enim mihi de vris, qui foris sunt, iudicare?* Scot. *ibid. l. E.*

11 Int. Vtrum apud Græcos fuerit ista Confessio? Resp. affirmatiuè, quamuis Glosator de *Penz. dist. 5. Can. 1. Consideret qualitatem*, in principio: *In Penitentia autem*, aliter dicat, quia inter abusiones Græcorum nullus Doctorum hanc de Confessione expressit, cum tamen fuisset notabilis discordia ab Ecclesia Romana, si in hoc etiam discordarent, imò notabilior, quam illa de fermentato, & de forma Baptismi, de quibus non taceatur à Latinis. Scot. *ibid. l. E.*

12 Int. Vtrum Confessio cadat sub præcepto Diuino positiuo? Resp. affirmatiuè, siue habeatur in Euangelio explicite, & immediate à Christo, siue explicite in aliqua Doctrina Apostolica, siue ex præcepto dato à Christo oretenus, & ab Apostolis Ecclesiæ promulgato absque omni scriptura, sicut multa alia tenet Ecclesia oretenus per Apostolos sibi promulgata sine scriptura, cuius fundamentum

tum est illud Ioan. cap. 6. *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus, &c.* & habetur expressè *Extr. de Celebrat. Missar. cap. 6. Cum Mattha. Scot. ibid. l. F. I.*

13 Int. Vtrum reperitur aliqua scripturæ auctoritas de hoc præcepto Confessionis? Resp. affirmatiuè, & est ista: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, Ioan. cap. 20.* Nam hæc potestas data Apostolis est arbitraria, quia principaliter est solius Dei; Arbitrer non potest arbitrari in causa ignota, vnde est ei manifestanda causa, in qua debent arbitrari, quæ manifestatio est Confessio. Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. F.

14 Int. Quomodo deducitur ex dicta auctoritate necessitas Confessionis? Resp. quod stante tali auctoritate Euangelij, tenetur quis de necessitate præcepti, istius, scilicet, *Diliges Dominum Deum tuum*: & istius, *Diliges te ipsum*, si primam gratiam amisit, illam recuperare quantum in se est; igitur cum peccator per peccatum mortale primam gratiam amisit, quam potest recuperare, suscipiendo penitentia Sacramentum ab illo arbitro debet tali Sacramento vti; nam tale remedium est institutum vt efficax ad recipiendam primam gratiam; vnde concluditur necessitas præcepti Confessionis ex vtraque auctoritate. Scot. *ibid. l. E.*

15 Int. Vtrum Confessio sit via facilior ad recuperandam primam gratiam? Resp. affirmatiuè, quia

quia quamvis per Contritionem quis possit recipere primam gratiam, tamen non est ita certus, quod habeat contritionem, vel attritionem sufficientem per modum meriti de congruo, sicut potest esse certus, quod confitens non ponat obicem, scilicet peccare mortaliter, & hanc viam, tamquam faciliorem, & certioram ad gratiam recuperandam, quilibet tenere debet; aliter videretur peccator contemnere salutem suam. *Scot. ibid. l. G.*

16 Int. Vtrum Confessionis necessitas ex verbis Apostolorum haberi possit? Resp. quod licet *Iac. cap. 5.* dicat, *Confitemini alterutrum*, &c. Iacobus tamen non dedit hoc praeceptum, nec Christi praeceptum tunc promulgavit. Primo quia ipse erat Episcopus Hierosolymitanus, & non poterat universalem Ecclesiam obligare Secundo, quia apostoli publicantes praecepta Domini, dicebant, *Precipio non ego, sed Domino*, sicut dixit Paulus *1. Corin. 14. cap. 7.* publicando praeceptum de non dimittenda uxore. Et converso, quando vult facere propriam persuasionem, dicit: *Ego dico, non Dominus*. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. H.*

17 Int. Quid habetur per verba Iacobi? Resp. Iacobum illis verbis voluisse persuadere homines ad humilitatem, & ad fraternitatem; ad humilitatem, ut confiteamur nos esse peccatores, ad charitatem fraternam, ut subueniamus nobis iniicem. *Scot. ibid. lit. I.*

18 Int. Quis ex hoc praecepto tenetur confiteri? Resp.

Resp. ad hoc praeceptum Confessionis tenetur adultus, id est habens utrum rationis, & cognoscens peccatum, quod commisit, & hoc specificavit Ecclesia, *Extr. de Penit. & remiss. cap. 12.* *Omnis utriusque sexus*. *Scot. ibid. l. K. Q.*

19 Int. Quis potest dici adultus? Resp. Quod adultus non accipitur homo tantae, vel tantae aetatis, sed quod habeat aetatem sufficientem ad cognoscendum iustum, vel iniustum contra legem Dei; nam in multis ante aetatem consuetam malitia supplet aetatem, & non tantum in malis, quia forte homo habet citius prudentiam ad malum, unde dicitur doli capax, sed etiam in bonis ut habetur in legenda *S. Agnetis fides in annis computatur*. *Scot. ibid. l. K. I.*

20 Int. Quomodo cognoscitur adultus? Resp. quod si aliquis instructus, & interrogatus ordinate praecipit distincte quod iustum, & quod iniustum est in lege Divina, tunc dicitur adultus, & tunc cognoscitur, quando interrogatus ad interrogationes ordinate respondeat, sicut alius adultus perfecte ex similibus praemiis similiter responderet. *Scot. ibid. l. M.*

21 Int. Quodnam peccatum debeat quis confiteri? Resp. peccatum mortale tenetur confiteri, & hoc continetur sub praecepto. *Scot. ibid. l. M.*

22 Int. Vtrum quis teneatur confiteri peccatum veniale? Resp. negativae, quia per peccatum veniale nullus periclitatur extra navem Ecclesiae, cum peccatum veniale stet simul cum charitate, cum

cum peccatum veniale stet simul cum charitate, quæ est naus saluans. Vnde ex prima institutione penitentia, vt secunda tabula, non oportet aliquem ad eam confugere pro remedio contra veniale, sed tantum contra mortale. *Scot. 4. sent. d. 17. quasi vn. lit. M.*

23 Int. Quodam peccatum debet quis confiteri? Resp. debet confiteri omne peccatum, de quo habetur memoria, præmissa tamen inquisitione diligenti, secundum possibilitatem fragilitatis humanæ. *Scot. ibid. l. M. & d. 7. q. vn. l. R.*

24 Int. Quanta inquisitio peccatorum requiritur ad Confessionem? Resp. tantam requiri, quantum posset aliquis adhibere circa aliquod multum arduum, quod multum sibi esset cordi, & hoc circa omnia peccata mortalia, quæ postea reducta ad memoriam debet confiteri. *Scot. ibid. l. M.*

25 Int. Quando fiunt altercationes circa aliquod peccatum, an sit mortale, vel non, quid est agendum? Vt si quis peritus in scientia dicat, non licet sic mercari, & alius dicat, licet sic mercari? Resp. tunc tutius est non præcedere sic, nec sic sed expectare quousque veritas pateat aliunde. *Scot. 3. sent. d. 25. q. 1. l. E.*

26 Int. Vtrum quis possit dividere Confessionem? Resp. negatiue; nam dicit D. August. & ponitur de Penitent. dist. 5. can. 1. Consideret qualitatem. 9. cautur. Quaedam vni celat, quæ alijs manifestanda conseruat: quod est se laudare & ad hipocrisim

undere & semper venia carere, ad quam per frustra totam putat peruenire. *Scot. 4. sent. dist. 17. quasi vn. lit. M.*

27 Int. Vtrum quis teneatur cuilibet requirenti peccata sua dicere, ne sit hipocrita? Resp. negatiue, quia tacendo peccata mea illi, cui dicere non debeo, non ostendo me innocentem, sed bene quando taceo illi, cui debeo, quando dicere debeo, & quomodo, sicut fit in Confessione; tunc enim tacendo, ostendo me innocentem, & est hipocritis. *Scot. ibid. l. M.*

28 Int. Vtrum præceptum de Confessione facienda peccatorum includat etiam peccatorum circumstantias? Resp. affirmatiue cum August. dicente: Prius consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persona, &c. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. N.*

29 Int. Vtrum omnes circumstantias oporteat confiteri? Resp. non omnes oportet confiteri, sed solum aggravantes, scilicet illas, quas specialis prohibitione prohibentur, v. g. alienum accipere est prohibitum, sed specialis prohibitione prohibetur accipere de loco sacro, & hoc est speciale peccatum, nempe sacrilegij. Similiter prohibetur mulierem non suam cognoscere, sed si fuerit propinqua, specialis prohibitione prohibetur, & ideo talem cognoscere est speciale peccatum, nempe incestus, & de his debet confiteri. *Scot. ibid. l. N.*

30 Int. Vtrum frequentia peccatorum sit circumstantia-

stantia specificanda in Confessione? Resp. affirmative, quia est circumstantia simpliciter ponens aliud peccatum; qualibet enim vice committitur novum peccatum, de quo debet confiteri. *Scot. ibid. li. N.*

31. Int. Vtrum alij circumstantiæ sint manifestandæ Sacerdoti in Confessione, puta tentatio minor, vel ex parte obiecti, vel ex parte persone, & similes? Resp. quod quamvis non sit ita certum, quod de illis oporteat confiteri; tamen tutum est, & utile hoc facere. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vii. l. N.*

32. Int. Vtrum dicere nomen illius, cum qua quis fornicatus est, sit circumstantia, quæ aggravet peccatum? Resp. negative, quia nihil facit ad gravitatem peccati, si mulier vel Bellisaria, vel Florisella vocetur; quod de alijs circumstantijs similibus etiam censendum est. *Scot. ibid. l. N.*

33. Int. Vtrum continetur sub hoc præcepto de Confessione faciendâ conditio cui? Resp. affirmative, scilicet Sacerdoti, quia ille in Ecclesia Dei habet solus auctoritatem ligandi, & solvendi, hic etiam debet habere jurisdictionem, quia sententia à non suo Iudice lata nulla est, ut habetur de Regul. Iur. in 6. regul. 26. Ea, quæ sunt. *Scot. ibid. li. N.*

34. Int. Quando quis tenetur confiteri peccata sua? Resp. tenetur de præcepto confiteri quando cumque est in periculo mortis, nam qualibet quando imminet iudicium damnationis, vel misericordis,

diæ, debet se præparare ad misericordiam, quantum potest, & hoc non solum in infirmitate mortali, sed etiam quando aggreditur actus arduos, in quibus sit verisimile, quod mors imminet, ut in bello mortali, in naufragio, & huiusmodi, sic etiam quando vult facere actus aliquos, quibus debetur reverentia specialiter, ut quando vult communicare, & in similibus simile est iudicium. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vii. l. O.*

35. Int. Qualiter debet fieri Confessio? Resp. quod debet fieri cum displicentia peccati commisi, & cum proposito abstinendi à peccato, & obediendi Ecclesiæ in satisfactionem pro tali peccato. *Scot. ibid. l. O.*

36. Int. Vtrum consistens debeat susceptam penitentiam, vel satisfactionem servare? Resp. affirmative, & ideo debet confiteri se velle obedire Confessario in servando penitentiam impositam sibi, quam voluntarie suscipiet, vel dicat se aliam à Deo expectandam solvere. *Scot. ibid. l. O.*

37. Int. Vtrum si peccator nollet recipere penitentiam impositam à Sacerdote, esset absolvendus? Resp. quod si peccator nullam penitentiam oblatam à Confessario suscipere veller, sed haberet propositum recipiendi illam hic à Deo, vel in Purgatorio, talis esset potius absolvendus, quàm rejiciendus. *Scot. ibid. l. O.* Sed de hoc consulatur Concil. Trid. sess. 14. cap. 8.

38. Int. Vtrum quis possit confiteri peccatum
vduum

vnun reticendo aliud, sicut potest satisfacere poenitentiam pro vno peccato, non satisfaciendo pro alio? Resp. quod ideo potest satisfacere pro vno peccato, non satisfaciendo pro alio quia iam pena eterna commutata est in penam temporalem, & illam potest satisfacere quomodo, & quando vult; non sic est de confessione vnus peccati, & non alterius, quia tunc tacendo aliud, non absoluitur ab illo, neque commutatur pena eterna in penam temporalem, sed semper fit debitor, non solum de prius commissis, que non commutantur, sed etiam de alio nouo peccato, scilicet hypocrisis, quam committit dum tacendo aliquod peccatum, vult se manifestare innocentem. *Scot. 4. sent. d. 17. q. 2n. l. P.*

39 Int. Vtrum quis possit soluere poenitentiam in peccato mortali? Resp. affirmatiue, quia sicut verè semel absolutus à peccatis omnibus, & sic potest penam exteriori sibi impositam soluere, vel in charitate, vel in peccato mortali & est quod in peccato mortali soluat, non tenetur illam iterum soluere, neque hic, neque in Purgatorio, neque in inferno. *Scotus ibid. l. P.*

40 Int. Vtrum sit præceptum de confitendo venialia? Resp. quod est statutis Ecclesie generatibus nullus tenetur ad Confessionem venialium; nec specificatur hoc præceptum, quia Ecclesia vtitur Sacramento Poenitentie tamquam secunda tabula contra naufragium, quod non est in venialibus. *Scot. ib. l. R.*

41 Int. Vtrum quis teneatur conteri de venialibus? Resp. negatiue; nam venialia deiciuntur quantum ad culpam, & quantum ad penam quandoque sine opere speciali, sicut per actum seruientem contemplationis in Deum, quemadmodum gutta consumitur à flamma vehementi. *Scot. ibid. l. R.*

42 Int. Vtrum moriens cum voluntate peccandi venialiter, saluabitur? Resp. quod quamuis actuali voluntate, & actu peccatum veniale commiserit, saluabitur, vapulabit tamen; vnde asseritur, quod quis non teneatur ad Confessionem illorum peccatorum, de quibus non tenetur habere contritionem, vel attritionem. *Scot. ibid. l. R. cuius plena resolutio plena sumetur ex dist. 21. q. 1. l. E. F.*

43 Int. Si ille, qui dixit se vixisse innocenter de peccatis mortalibus, non tenetur confiteri peccata venialia, quomodo Sacerdos cognoscat vultum pecoris sui? Resp. quod sicut ille, qui confitetur solum venialia, & non mortalia, cognoscitur solum ex Confessione sua, vnde in Decretalibus habetur; Confitenti poenitentialiter in omnibus credendum est, quia non est verisimile, quod quis sit immemor suae salutis; sic debet credere Sacerdos ad se venienti; & dicenti: Pater; & gratias Deo, quia ex quo sui vltimo confessus non habeo conscientiam de peccato mortali, date mihi Eucharistiam, & hoc sufficit, quia in ista poenitentia tantam cognitionem habet vultus pecoris sui, quantum si narrasset venialia sua per duos dies, nec aliam

certitudinem habere posset de venialibus illius, si confiteretur, quam habet de eius innocentia per proprium testimonium. *Scot. 4. sent. dist. 17. quest. vn. l. R.*

44. Int. Vtrum debeat quis confiteri proprio Sacerdoti? Resp. affirmatiue, quamuis in prima institutione Ecclesie non videatur fuisse distinctio proprii Sacerdotis; nam quando Apostoli hinc inde ibant predicando verbum Dei, non fuit distinctio Sacerdotum, vt iste illius, & ille alterius gentis esset, sed postea sunt Dioceses distincte, & Parochie & Sacerdotes in Parochijs; & pro tunc proprii Sacerdotes dici poterant omnes habentes iurisdictionem ordinariam, vel commissam, vel soli habentes iurisdictionem ordinariam contra commissarios, vel soli habentes iurisdictionem immediatam, & proximam ordinariam. *Scot. ibid. l. R.*

45. Int. Quam dicitur proprius Sacerdos? Resp. ille dicitur proprius Sacerdos, qui habet iurisdictionem absoluendi siue ex iure ordinatio, siue ex privilegio. *Scot. ibid. l. S.*

46. Int. Vtrum alicui liceat confiteri laico ex vi primi precepti Ecclesie? Resp. negatiue, quia quamuis talis Confessio possit esse materia verecundie, quae est vna poena debita peccato; in hoc enim peccator confitens soluit aliquam poenam, quam solueret, si confiteretur Sacerdoti; tamen quia accusatio peccatorum fit, vt inde sequatur sententia, non debet quis laico confiteri? laicus enim

enim nullam habet potestatem sententiandi in isto foro, & sic nullum preceptum est de accusando se laico. *Scot. 4. sent. dist. 17. q. 5. l. S.*

47. Int. Vtrum vitius esset non confiteri se laico? Resp. quod forte vitius esset non se accusare laico, si posset aequalem verecundiam habere apud se recogitando eadem peccata, quia sic aequè puniretur tali verecundia. *Scot. 4. sent. dist. 17. quest. vn. l. R.*

48. Int. Vtrum sit necessarium non confiteri laico? Resp. quod numquam licet diffamare se, nec prodere peccatum occultum, maxime quando ille, cui reuelatur, non praesumitur celator secreti, nec scit melius peccatori consulere, quam ipsemet sibi, sicut videtur dicendum de laico, qui non est obligatus ad secretum. *Scot. ibid. l. T.*

49. Int. Vtrum propter consilium requirendum liceat reuelare peccata sua laico? Resp. quod forte propter consilium requirendum liceret alicui reuelare peccatum suum laico discretiori; sed hoc non patet, quia consilium posset inquiri posito casu in vniuersali absque reuelatione peccati sui, vnde deducitur, quod nullo modo sunt reuelanda propria peccata laico. *Scot. ibid. l. T.*

50. Int. Quid dicendum est de malefactoribus, qui confitentur laico? Resp. quod isti excusantur ob simplicitatem, ne peccent, & etiam ob humilitatem eorum, quae potest esse meritoria pro quanto volunt illud, quod pertinet ad Sacramentum peccati.

nitentia supplerere, sicuti possunt; tamen viro discreto, qui scit finem, propter quem Confessio est instituta, nec forte foret vtile nec necessarium talem facere confessionem laico. *Scot. ibid. l. 7.*

51. Int. Quando quis debet confiteri peccata sua? Resp. quod Ecclesia determinavit præceptum, scilicet, quod semel in anno quis teneatur confiteri peccata sua, & illud semel videtur ad minus esse circa Pascha, quo tempore debet quilibet Christianus communicare. *Scot. ibid. l. 7.*

52. Int. Vtrum quis teneatur statim confiteri habita oportunitate Confessarij? Resp. quod prius tenebantur omnes ad statim confiteri habita oportunitate Confessarij; nunc autem non tenentur, nisi ad quadragesimam; tamen sunt aliquid dicentes, quod etiam nunc si teneantur confiteri, sicut aliqui negant, asserentes satisfacere confiteri in voto pro semel in anno, & hoc videtur mitius, quia præcepta penalia non sunt amplianda, sed restringenda. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. 7.*

53. Int. Vtrum quis debeat confiteri semel in anno? Resp. quod licet hoc sit præceptum Ecclesie; tamen in multis casibus debet fidelis confiteri, & poenitentiam exterioriorem agere; primo quando infirmus desperatur de salute; secundo quando quis debet exercere aliquem actum, per quem secundum humanum iudicium exponit se periculo mortis, sicut in bello mortali (Tarareus adit in navigatione) sic etiam speciali lege tenetur Secretos

dos ad talem poenitentiam, quando vult exercere actum celebrandi. *Scot. 4. sent. d. 9. q. 1. l. E.*

54. Int. Vtrum satis fuisset confiteri semel ante mortem suam? Resp. quod non invenitur quando hoc præceptum affirmativum liget, vel obliget, nisi ad aliquando, & ante specificationem Ecclesie, illud, quando, fuit indeterminatum ad quodcumque tempus vnicum in anno. Oportet tamen semper habere voluntatem confitendi, tunc pro quo tempore præceptum Ecclesie obligat, id est non debet habere voluntatem pro nunquam confitendo. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. 7.*

55. Int. Vtrum Petri peccatum fuerit remissum sine poenitentia? Resp. affirmatiue, quia tempore negationis Petri Sacramentum Poenitentiae non erat institutum, sed post resurrectionem, quando Christus dixit discipulis suis: *Accipite Spiritum sanctum, quorum, &c. Ioan. cap. 20.* Et ideo pro tunc non tenebatur ad Confessionem, nec tenebatur postea, quia iam ante resurrectionem per aliud remedium fuit deletum peccatum suum, quod similiter dicendum est de infidelitate Discipulorum. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. X.*

56. Int. Quomodo intelligendæ sunt illa verba Ambrosij in *Luc. cap. 22.* vel Chrysostomi, *lacryma lavam delictum, quod voce pudor est, confiteri.* Resp. non sic sunt intelligenda, quod sine Confessione pudorosa in actu, vel in habitu laetetur delictum, sed quod contritus potest esse tanta, quod in ea etiam ante

ante Confessionem deleatur peccatum, quod tamen est ita graue, quod Confessio eius sequens sit pudorosa. *Scot. ibid. l. X.*

57 Int. Vtrum deleatur peccatum sine Confessione? Resp. quod licet votum, vel voluntas confitendi iudicetur pro confessione futura, tamen non sequitur, quod sine Confessione futura peccatum deleatur quantum ad poenam debitam, quia illa confessio est vna poena scilicet ratione eubescitiae, & si illa non soluetur hic, dummodo tamen sit voluntas soluendi, soluetur alibi. *Scot. ibid. l. X.*

58 Int. Vtrum si mutet voluntatem soluendi peccet mortaliter? Resp. affirmatiue, quia reciduat à vera poenitentia, & peccat mortaliter; sicut asseritur de illo, qui est baptizatus baptismo fluminis, si contempserit postea baptizari baptismo fluminis. *Scot. ibid. l. X.*

59 Int. Vtrum Confessio cadat sub aliquo præcepto Decalogi? Resp. affirmatiue; reducitur enim ad illud præceptum: *Deus tuus vnus est*, vel ad aliud: *Memento, vt diem Sabbathi sanctifices*, quatenus sic vult esse colendus à peccatore confitente peccata sua, nec sequitur, quod Confessio sit de lege naturæ, sicut illa præcepta; quia variatio temporis in colendo est de iure positiuo, & mutabili. *Scot. ibid. l. T.*

60 Int. Vtrum mutus debeat, vel possit confiteri? Resp. quod debet confiteri: per signa aliqua, quæ sunt communia ipsi mutò, & Confessario. *Scot. ibid. l. T.*

61 Int. Vtrum extraneus possit per interpretem con-

confiteri peccata sua? Resp. negatiue, quia iste forus poenitentialis est sacratissimus, & ideo, quando potest esse publicus non debet se illi committere, sicut est in casu; nam, licet tam interpret, quam Sacerdos teneatur celare peccata extranei, tamen, si velint malignari, possunt esse testes contra accusatum, & sic talis accusatio posset publicari, & tunc non esset poenitentialis, ideo melius dicendum est, quod extraneus confiteatur per signa aliqua communia ipsi, & Sacerdoti, & maxime quando timetur de fidelitate, & silentio interpretis, & si in tali casu habet impossibilitatem confitendi homini idoneo, confiteatur Deo cum proposito confitendi homini oportunitate oblata. *Scot. 4. sent. dist. 17. q. vn. l. T.*

62 Int. Vtrum quis possit simul confiteri pluribus Sacerdotibus? Resp. negatiue, & si talis Confessio fiat, non est sacramentalis, quia non est secreta, sed publica. *Scot. ibid. l. T.*

63 Int. Vtrum quis non habens Sacerdotem presentem possit confiteri per scripturam? Resp. negatiue, quia est contra rationem Confessionis, cum omnis scriptura de sui natura nata sit esse publica, nam quantumcumque aliquis conseruet secretum apud se scriptum suum; tamen, quando mittit illud, vel propter nuntium, vel propter recipientem potest publicari, & ultra hoc tollitur verecundia, quæ est poena magna in Confessione; & quod dicitur de Thoma Episcopo Cantuariensi, fuit ad habendum confitum

à Pontifice, non abolutionem à peccato. *Scot. ibid. lit. T.*

64 Int. Quomodo intelligitur illud quod habetur *Caus. 30. q. 5. can. 4. Qualis debeat*; scilicet: quod quis potest confiteri per scripturam? Resp. quod intelligitur quando confitens est præsens; si autem fuerit absens, expectet oportunitatem, & præsentiā cum proposito confitendi, ea habita. *Scot. ibid. l. T.*

65 Int. Vtrum innocens à peccato mortali, & veniali teneatur confiteri sub præcepto? Resp. negatiue simpliciter, vnde si B. Virgo Maria fuisset post Ascensionem Filij, confessa Petro, peccasset confitendo; At si quis habeat tantum venialia, potest confiteri, & potest non confiteri; nec est credibile multos esse tales in Ecclesia, qui per annum viuunt sine mortali; imo per Dei gratiam multi multo maiori tempore sine peccato mortali se custodiunt, & multa opera perfectionis exerceant, de quorum meritis thesaurus Ecclesie congregatur. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. T.*

66 Int. Quid facit Sacerdos absoluendo contentem à peccatis suis? Resp. quod tunc Sacerdos ministerialiter remittit à pœnis temporalibus, in quas pœna æterna commutatur, quas pœnas Sacerdos potest relaxare, & intendere clauē non erante. *Scot. 4. d. 14. q. 4. l. I. K.*

67 Int. Quid igitur recipitur per abolutionem? Resp. quod si poenitens non fuerit perfecte contritus,

tus, sed aliquali ter tantum fuerit attritus, in ultimo instanti recipit gratiam virtute Sacramenti. *Scot. 4. d. 18. q. vn. l. H.*

68 Int. An sit idem auctoritas, & potestas Sacerdotis antiquæ legis in sanatione à lepra corporali, & nouæ legis in sanatione à lepra spirituali? Resp. quod quantum ad ostensionem mandatorum, pari modo se habent; tamen præter hoc, Sacerdos nouæ legis habet, quod sit verè minister talis mundationis à lepra spirituali, quia Deus in lege noua dedit aliquod Sacramentum, cui ex pacto regulariter assistit ad mundandum spiritualiter à lepra culpæ, nisi impediat obest contrariæ voluntatis. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 4. l. L.*

69 Int. Vtrum Sacerdos audiatur, & absoluat poenitentem in persona propria, vel in persona Christi? Resp. quod absoluit in persona propria, sed tamquam minister Christi, & ideo præuia præce illum absoluit, sicut etiam in persona propria conficit Sacramentum; in illo enim actu vt minister Christi agit. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. B. C.*

70 Int. Vtrum Sacerdos teneatur celare peccatum in Confessione detectum ex lege naturæ? Resp. affirmatiue, & hoc ratione charitatis, ratione fidelitatis, ratione veracitatis, & ratione vnitatis, vel mutue vtilitatis. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. A. D.*

71 Int. Vtrum Confessarius possit licitè extra Confessionem dicere peccatum sibi Confessum? Resp. affirmatiue, dummodo illud peccatum non

fit relatum ad personam continentem, vt possit deueniri ad notitiam eius; habetur *Exir. de Punit. & remiss. cap. 9. Officij.* Vbi Innocentius III. respondet euidam Cardinali Legato, qui scripsit calum, quem audiuit in Confessione, & petijt consilium: Papa autem non redarguit eum de illa reuelatione per scripturam facta, sed respondit quomodo esset tali persone confitenti contulendum. *Scot. ibid. l. A.*

72 Int. Quare Sacerdos tenetur ex charitate celare peccatum in Confessione delatum? Resp. quia charitas fraterna hoc exigit, quod faciamus alteri, si volumus, quod alij faciant nobis: ita Matth. cap. 7. *Omnia ergo quaecumque vultis, vt faciam vobis homines, & vos facite illis.* Nam idem Matth. cap. 22. dicit: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum;* vnde sicut quilibet secundum rectam rationem tenetur diligere famam propriam, sic etiam debet celare peccatum sibi confessum; reuelatio enim tolleret famam confesso. *Scot. ibid. l. D.*

73 Int. Quare Sacerdos tenetur ad celationem peccati ex fidelitate? Resp. quia quilibet de lege naturæ tenetur seruare fidelitatem proximo suo, quam velle, & deberet sibi seruari, & ideo confitenti, siue illi, qui committit secretum maximum suorum peccatorum Sacerdoti, debetur fidelitas in non reuelando; nam, vt dicit Prouerb. cap. 11. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis est, celat amici commissum.* *Scot. ibid. l. E.*

74 Int.

74 Int. Quare Sacerdos tenetur celare peccatum ratione veritatis, vel veracitatis? Resp. quia Sacerdos, si non explicitè, saltem implicitè promittit se seruaturum secretum peccatum sibi detectum; nam sine tali promissione subintellecta nullus committeret suum secretum Confessario; igitur tenetur illi seruare, & non seruando, esset infidelis, & falsus. *Scot. 4. sent. d. 24. q. 2. l. E.*

75 Int. Quare Sacerdos tenetur ad celationem peccati ratione vnitatis, & mutuae vtilitatis? Resp. quia tolleretur recursus inferioris ad superiorem in consilio animæ, & per consequens tolleretur influentia superioris ad inferiorem, quia nullus recurreret, si regulariter illud, de quo quærit consilium, vel remedium, non esset seruandum secretum. Talis recursus est etiam rationalis, quia in ciuilitate inferior, cum sit minus sufficiens, & minus sciens, ad superiorem recurrit, sicut superior influit inferiori, cuiusmodi se habet peccator, qui est inferior respectu Sacerdotis, qui est Hierarcha in Ecclesia Dei. *Scot. ibid. l. E.*

76 Int. Vtrum Sacerdos tenetur celare peccatum ex lege Diuina positua? Resp. affirmatiue; primo, quia quilibet in lege Christi tenetur non retrahere aliquem a Confessione facienda, quod faceret Sacerdos, si reuelaret Confessionem, & sic daret occasionem peccatori de non confitendo: nec valet dicere, si vnus reuelat, alius seruat secretum, quia reuelans, quantum in se est, dat occasionem

nem

nem eodem modo vitandi, & cauendi, à cæteris, & singulis Confessarijs, secundo, quia ex lege Christi iudicium in Confessione est vltimum in terris, tunc si reuelaretur peccatum, deduceretur in forum publicum, quantum est ex parte reuelantis, & sic peccaret contra legem Christi, dum discessum, & finaliter terminatum in foro interiori deduceret ad forum publicum, tertio, daret occasionem peccandi, quod est contra Christi præceptum, daret, inquam, occasionem mendaciter exequendi Christi præceptum de Confessione, videlicet timendo de reuelatione; vnde potius confitens se laudaret, & quem odit, vituperaret, & sic indigne à Confessario talis promoueretur, & alter puniretur. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. F.*

77. Int. Vtrum sit etiam de iure positiuo Ecclesie cæciliatio Confessionis? *Resp.* affirmatiue, & habetur de Penitent. dist. 6. can. 2. Sacerdos autem omnia, vbi dicitur; Sacerdos autem omnia, cæneat, ne de eis, qui ei confitentur peccata sua, alienis recitat. Et sequitur pena; Nam si hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus vite sue in quouisque peregrinando peregrinet. Item de Penitent. & remiss. cap. 12. Omnis viri que sexus, & Cæneat, habetur; Cæneat autem omnino, ne verbo, vel signo, aut alio quouis modo, aliquatenus, prodatur peccatorum, & sequitur; Si peccatum sibi detectum presumserit reuelare, non solum à Sacerdotali officio decernimus deponendum, verum ad agonandum strictissimum penitentiam in arduissimum Monasterium detrahendum. *Scot. ibid. l. a. d.*

78. Int.

78. Int. Quenam istarum penarum est rationabilior? *Resp.* secunda est rationabilior, quia per primum transgressor fiet vagabundus, & ex hoc deterior, quia decessus male voluntati sua, & sic plus noceret alteri. At vltima vita solitaria in arcta custodia posset inter homines tolerari, nec alijs noceret. *Scot. ibid. l. G.*

79. Int. Vtrum ille, qui audiuit peccata alterius à Confessario reuelante, teneatur ad huiusmodi secretum? *Resp.* affirmatiue; nam transferens aliquid de facto in alterum, quod non potest de iure licite transferre non dat illi alteri ius vtendi vel transfereudi illud in tertium, quia sicut non habuit ius, ita non potuit ius transferre; hoc accidit Confessario reuelanti, qui reuelat, quod non potest reuelare, & sic ille, qui audit, non accipit à Confessario ius reuelandi tertio. *Scot. ibid. l. H.*

80. Int. Vtrum audiens Confessionem cuius confitentis coram Sacerdote peccat mortaliter, & tenetur ad secretum? *Resp.* quod si audit casualiter, non peccat, si vero dolose, mortaliter peccat, ambo tamen tenentur ad silentium. *Scot. ibid. l. H.*

81. Int. Quando tenetur Sacerdos ad tale secretum seruandum? *Resp.* tenetur semper, & pro semper, quia est præceptum negatiuum, quod tali modo obligat. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. H.*

82. Int. Vtrum post confessi mortem possit reuelari secretum? *Resp.* negatiue, quia præceptum negatiuum est pro semper, & tam viuo, quam mortuo debet

debet seruari, scilicet charitas, fidelitas, veritas, & ut dictum est. *Scot. ibid. l. H.*

83 Int. Vtrum possit reuelari peccatum superior? *Resp. negatiuè, nisi in casu, scilicet quando inferior non potest absoluerè, sed recipit à penitente, ut refert superior, qui auctoritatem absoluendi habet, & tunc tenetur ad silentium seruandum, non superior, sed omni alio ab illo; & ratio est, quia Confessarius est interpret, & superior est Confessarius, inter quem, & peccatorem iudicandum est medius ille, qui audit, & refert, nec sunt duo Confessarij; sed vnus tantum, nempe superior secundum suam auctoritatem absoluens. *Scot. ibid. l. I.**

84 Int. Vtrum possit recipi consilium de aliquo peccato in Confessione detecto? *Resp. affirmatiuè, non solum à Papa, sicut fecit ille Cardinalis, qui scripsit Innocentio III. ut habetur *Extr. de Pœnit. & remiss. cap. 9. Officij.* ad cuius petitionem Papa non absoluit illam mulierem, eo quod partum supposuerit, sed respondet qualiter discretus Sacerdos deberet illi mulieri consulere. Potest etiam requiri consilium à quocumque alio, qui non sit superior, dummodo sit prudentia præditus, & sciat consulere, & peccatum non sit relatam ad personam confitentem; imò necessario, non solum vultè, quando Confessarius non est ita peritus, ut sciat ipse consulere, potest, inquam, à prudenti consilium postulare. *Scot. ibid. l. I.**

85 Int.

85 Int. Vtrum Papa possit præcipere, ut sibi reueletur Confessio? *Resp. negatiuè, quia Papa non potest supra ius naturæ. *Scot. ibid. l. K.**

86 Int. Vtrum possint reuelari circumstantiæ peccati? *Resp. negatiuè, quia circumstantiæ non possunt bene reuelari sine reuelatione facti. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. K.**

87 Int. Vtrum quis possit reuelare personam, cum qua peccatur? *Resp. negatiuè per rationem de fama seruanda, de fidelitate, & veracitate superius dictis. *Scot. ibid. l. K.**

88 Int. Vtrum quis teneatur ad seruandum secretum alterius generis? *Resp. affirmatiuè, quia est de lege naturæ; & non solum, quando exprimitur se velle committere illud secretum sub ratione secreti, sed etiam quodcumq; ex modo committendi sine specificatione huius verbi secretum apparet, quod vult committere, ut secretum. *Scotus ibidem l. K.**

89 Int. Vtrum sint pœnæ æquales assignatæ Confessarijs reuelantibus Confessionem, & alijs, qui reuelant secreta commissa? *Resp. negatiuè; quia Sacerdos reuelans incurrit pœnas supra assignatas, reuelans autem aliquod secretum sibi commissum, incurrit pœnam infamiæ, & notam calumniatoris, ut habetur *Extr. de calumniat. cap. 1. Cum fortius, cap. 2. Cum dilectis;* quia reuelat crimen, quod non potest probare. *Scot. ibid. l. K.**

90 Int. Vtrum possit penitens renuntiare iuri suo

suo, licentiando Confessarium, vt non teneatur illud celare? Resp. negatiuè, quia celare peccatum non tantum est ius confitentis, sed etiam communis, & sic non licet illi renuntiare iure Communis. Similiter quamuis possit poenitens renuntiare suo iuri, posito quod hoc esset ius poenitentis, non tamen potest Sacerdos reuelare, quia tenetur ad secretum multiplici iure scilicet naturæ, & positivo. *Scot. ibid. l. L.*

91. Int. Si poenitens voluerit, quod Confessarius reuellet, quid faciendum? Resp. quod quamuis poenitens de licentiam Confessario ad reuelandum, tamen ille tenetur celare, & ideo si poenitens velit, vt reueletur, debet dicere Sacerdoti peccatum extra Confessionem; quod si dicit, vt secretum, etiam tenetur Sacerdos celare de iure naturæ; sed si dicit, vt non habeatur secretum, maxime apud aliam personam, tunc potest Confessarius reuelare, & dicere tanquam publicè dictum extra omne secretum, & hoc faciendum est propter aliquem bonum finem, qui potest sequi ex reuelatione illius. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. L.*

92. Int. Numquid Sacerdos postquam audiuit illud extra Confessionem sine ratione secreti, possit dicere, audiui hoc in Confessione? Resp. negatiuè, quia sic dicendo reuelat illud, quod tali modo non est reuelandum; & ideo caueat ille, qui debet reuelare peccatum extra Confessionem detectum in modo narrandi, ne narret illud vt habitum in Confessione.

sione, quia talis reuelatio includit peccatum mortale, & esset sequela ad non fidendum alteri Sacerdote. *Scot. ibid. l. L.*

93. Int. Vtrum, si esset crimen hæresis, vel proditio Reipublicæ, quod caueret periculum in tota Ciuitate, esset reuelandum, cum reuelaret secundum charitatem in bonum Ciuitatis? Resp. negatiuè, quia potius contra charitatem communem militaret talis reuelatio; nam ex charitate tenetur ad cellandum, vt dictum est, & quamuis illa reuelatio videatur, quod resulter in bonum commune, non tamen est facienda, quia, vt habetur Deuteron. cap. 26. *Iniùe, quod iniustum est, exequeris.* Non enim reuelat charitatiuè, qui contra legem naturæ modis prædictis manifestat. *Scot. ibid. l. M.*

94. Int. Quomodo ergo verificabitur versus Iuristarum, scilicet: *Est hæresis crimen, quod nec Confessio celat.*? Resp. quod hic versus est falsus, non in metro, sed in sententia, quia crimen hæresis nullo modo potest reuelari. *Scot. ibid. l. M.*

95. Int. Vtrum Sacerdos associatus cum latronibus, qui volunt eum occidere, si postea vnus illorum confessus fuerit, reuelans eorum malum animum, possit syluam non intrare cum illis, vt euitet mortem, vel potius morti se debet exponere? Resp. quod non debet se exponere periculo mortis sine causa; Sacerdos enim potest habere multiplicem occasionem non intrandi syluam, vt dicendo, volo hoc, vel illud negotium facere in tali loco,

vel tali, antequam procedam ulterius, & similia nec debet hoc dici esse reuelatiuum Confessionis, quia talis diuersio in æquinoca, & secundum naturam suam non ducit in cognitionem reuelare Confessionis; nam si duceret ex sui natura in talem cognitionem, omnes duceret tam istos latrones, qui hic collocati sunt, quam alios, qui collocati non fuissent; & ideo cum hæc diuersio non sit ex sui natura signum reuelatiuum non est simpliciter illicita Confessario. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. M.*

96 Int. Verum absolvens Episcopum simoniacum, quem non potest absolueri, debeat confiteri de tali peccato cum tali circumstantia aggravante? *Resp.* quod si ille, qui audit Confessionem indiscreti Sacerdotis non rectè exercentis usum Clauum, non poterit statim deuenire in cognitionem personæ absolute; potest etiam Confessarius statim de tali peccato commissio, ob Sacramentum malè administratum confiteri; si verò ille statim poterit deuenire in cognitionem eius, non debet statim confiteri, & si velit confiteri, debet hoc facere in vniuersali, sic dicendo: Dico meam culpam, quia indiscretè, & indebitè ministravi Sacramentum Pœnitentiæ. *Scot. ibid. l. M.*

97 Int. si vrget conscientia de Confessione faciendâ super hoc in speciali, quid agendum? *Resp.* quia hoc est speciale peccatum mortale, tenetur expectare oportunitatem confitendi alicui, qui ex tali Confessione peccati, & circumstantiarum non possit

fit deuenire in cognitionem personæ, quam indebitè absoluit. *Scot. ibid. l. N.*

98 Int. Quid agendum, si numquam possit haberi Confessarius, quin ex explicatione peccati, & circumstantiarum possit deuenire in cognitionem culpæ, & personæ illius, quam absoluit? *Resp.* quod talis Sacerdos est in actu impossibilitatis ad confitendum homini, quia magis tenetur ad præceptum non prodendi culpam sibi confessam, quia ad secretum seruandum tenetur ex multiplici iure naturæ, vt dictum est; sed ad confitendum tenetur de lege positua Diuina, ideo Confessarius cautè debet ministrare Sacramentum pœnitentiæ, ne in simili causa accidat, vt non possit explicite pœnitere sine manifestatione alterius criminis, & personæ. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. N.*

99 Int. Vtrum possit reuelari habitum in Confessione, quod non est peccatum, vel circumstantia peccati necessaria? *Resp.* quod quamuis aliqua circumstantia non aggrauet, puta, si simplex fornicatio fuerit cum soluta muliere nomine Berta, vel Bellifaria, tamen cum illius nomen sit expressum sub sigillo Confessionis, cadit etiam sub præcepto de non reuelando, quod est de iure naturali, & Diuino. *Scot. ibid. l. N.*

100 Int. Vtrum si Abbas vel alius Superius sciret in Confessione aliquem Monachum habere societatem suspectam, & peccare, possit illum reuocare ab officio, & loco illo, ubi crimen committit? *Resp.*

sp. quod si in Monasterio, vel Collegio fratrum est huiusmodi consuetudo reuocandi fratres pro libito Superioris pro alia causa honestissima, potest illum reuocare in Monasterium, quia in hoc nullo modo peccatum confessum prodit; quicquid dicant alij; si verò non est talis consuetudo in Collegio, non videtur tunc licitum Abbati reuocare confessum ad monasterium. *Scot. ibid. l. N.* Sed Decreto Clement. VIII. non potest Superior vti auditis in Confessione pro exteriori regimine.

101 Int. Numquid Abbas non debet apponere remedium ad salutem ouis sue? Resp. debet tunc Abbas in foro poenitentiae meliori modo, quo poterit, consulere illi, vt eiusmodi locum periculosum deserat; & si noluerit, non attinet esse Deus, sed effectus occultos, sibi secundum iustitiam incorrigibiles Dei correctionis dimittat. *Scot. ibid. l. N.*

102 Int. Vtrum sciens priuatum aliquem excommunicatum ex Clerici percussione debeat illum vitare? Resp. affirmatiue, & habetur *Extr. de sentent. Excommunic. cap. 14. Cùm non ab homine, vbi dicitur: A Communione illius, qui pro sacrilega manuum iniectionem in Clericum, in edictum Excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit, debes abstinere, nisi forte tibi soli parceret, in quo casu ipsum priuatum tantummodo exstabis, & sequitur, vt saltem videri deinceps suffusus pro latens excessu satisfacere compellatur* *Scot. 4. sent. d. 21. q. 2. l. a. A. N.*

103 Int. Vtrum qui sciens in Confessione aliquam

quem esse excommunicatum propter Clerici percussione debeat illum vitare? Resp. quòd si illum euitando poterit prodire, quod in Confessione habuit, non debet vitare, quia talis vitatio est de iure positiuo Ecclesiastico tantum, sed colatio est de iure naturae, de iure positiuo Diuino, & de iure positiuo Ecclesiastico, & ideo magis tenetur ad secretum, quàm ad euitationem; quia quando praecepta videntur esse contraria, illud, quod est superius magis obligat, & ideo firmitus est seruandum, nec seruans illud, & praetermittens aliud, peccat, quia nullus ex lege Diuina, & Ecclesiastica est perplexus; si autem non est periculum, quod oratur reuelatio, potest, & debet illum vitare. *Scot. ibid. l. N.*

DE SATISFACTIONE.

TIT. X.



Int. Quid est satisfactio? Resp. Satisfactio generaliter sumpta est redditio voluntaria aequiualentis alias indebiti. Ponitur redditio, quia non est absoluta datio; dicitur voluntaria, quia nisi esset voluntaria, esset potius satisfactio, quam satisfactio, quomodo qui cruciatur in inferno,

satis-

satisfacitur, non satisfacit; ponitur æquivalentis, quod exprimitur per illam particulam, satis, & requiritur secundum iustitiam; ponitur tandem alias indebiti, quia aliter non satisfaceret. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 1. l. A.*

2 Int. Quomodo potest esse satisfactio pro peccato? Resp. quia culpa facit ut delinquens sit debitor ei, in quem peccat, & tunc per poenitentiam satisfacit, quia reddit æquivalentem, & alias indebitum, scilicet honorem, & obsequium Deo, quantum abstulit per peccatum; & hoc in virtute passionis Christi. *Scotus ibid. l. A. E.*

3 Int. In quibus operibus, siue actibus consistit satisfactio? Resp. quod consistit præcipue in actibus pœnalibus, vel passionibus voluntarij; licet aliquando possit quis satisfacere per aliquem actum bonum non pœnalem, scilicet per magnum actum charitatis, potest enim Deus talem Charitatem acceptare pro punitione debita vni culpæ, quamvis non sit propria punitione. *Scot. 4. sent. dist. 15. quest. 1. lit. F.*

4 Int. Quotuplex est actus pœnalis? Resp. duplex est, interior scilicet, & exterior; interior, ut displicentia, vel tristitia; exterior ut actus confitendi proprium peccatum, quod est valde pœnale, ad quem actum sequitur verecundia; Similiter est actus exterior vel passio, ut maceratio carnis per ieiunium, vel eleuatio mentis in Deum per orationem, vel erogando bona temporalia per eleemosynam. *Scot. ibid. l. F.*

5 lit.

5 Int. An cuiuslibet peccato propria correspondeat pœna? Resp. quod non necessario cuiuslibet peccato correspondet propria satisfactio pœnalis, loquendo de pœna determinata secundum speciem, quia contritio, quamvis sit vna secundum speciem, potest hic, & illi peccato correspondere, quod etiam dicendum est de poenitentia determinata secundum numerum, quia vna contritio de pluribus in generali, potest pluribus peccatis simul correspondere, quæ tamen debet esse totalis, nõ diminuta, neque diuisa, vt scilicet aliquid eius sufficiat pro vno peccato, & aliquid eius pro alio; quod tamen dicitur de gradibus intentionis; non de partibus integralibus. *Scot. ibid. lit. G.*

6 Int. Vtrum pro vno peccato possunt esse plures satisfactiones? Resp. affirmatiue, quia possunt plures satisfactiones, vel totales, vel partiales correspondere vni peccato quia peccatum, quod potest remitti per solam contritionem intentionem; potest etiam remitti per contritionem remissam, & per alias pœnas suppletes imperfectionem contritionis. *Scot. ibid. l. H.*

7 Int. Vtrum quis possit facere poenitentiam de vno peccato, non faciendo poenitentiam de alio? Resp. negatiue, quia impossibile est aliquem Deo reconciliari, & tamen remanere in aliquo peccato, hinc dicit D. August. *Hostis enim est dnm offendit perseueranter, & quadam impietas infidelitatis est ab eo, quæ est iustitia, diuini sperare veniem.* *Scot. 4. sent. d. 15. q. 1. l. I.*

8 Int.

8 Int. Vtrum quis possit satisfacere pro vno peccato, non satisfaciendo pro alio? Resp. affirmatiuè, loquendo de satisfactione partiali, quia dum homo actu reddit Deo satisfactionem quancumque sufficientem de hoc peccato, & pro hoc peccato, non actu reddit satisfactionem sufficientem pro alio peccato, & potest tunc separari satisfactio propria huic peccato à satisfactione propria illi peccato, quæ separatio erit quantum ad effectum, non quantum ad effectum, & habitum, quia dum peccator considerat peccatum vnum, & penitet de illo, accipiendo penitere pro quocumque illorum quatuor significatorum pius positorum, saltem habitualiter satisficit de alio, id est, est promptus animo, si cogitaret aliud peccatum ad satisfaciendum de eo. *Scot. ibid. l. K.*

9 Int. Quid est satisfactio strictè sumpta? Resp. Satisfactio est operatio exterior laborosa, vel penalis voluntariè assumpta ad puniendum peccatum commissum à se, & hoc ad placandam Diuinam offensam vel est passio, seu poena voluntariè tolerata in ordine ad puniendum, &c. *Scot. ibid. l. L.*

10 Int. Quænam est differentia inter satisfactionem generaliter sumptam, & propriè, ac strictè sumptam? Resp. differunt in hoc, quia prima satisfactio consistit in actu interiori, sed satisfactio strictè sumpta consistit in actu exteriori, scilicet in ieiunio, oratione, & elemosyna, vel in passionibus voluntarijs concomitantibus, ita tria opera difficilima, *Scot. ibid. l. L.*

11 Int.

11 Int. An cuilibet peccato correspondeat propria satisfactio? Resp. quòd loquendo de peccatis in genere distinctis in tria membra, scilicet in peccatum carnis, in peccatum concupiscentiæ oculorum, & superuiam vitæ, correspondent de congruo illa tria, Peccato carnis ieiunium, vel vniuersaliter quancumque maceratio carnis ordinata ad reprimendum tale carnis peccatum, sub qua continentur vigilia, peregrinationes, cilicia, nuditas, discalceatio, & omnis labor fatigans, Peccato autem superbiæ, & cæteris peccatis spiritualibus magis appropriatè correspondet oratio, quia & humiliat spiritum Deo, & roborat contra peccata spiritualia. Peccato verò auaritiæ, vel cupiditatis cuiuscumque, vt rapinæ, furti, & ablationis iniustæ, magis appropriatè correspondet erogatio elemosynarum; & ratio est propter maiorem correspondentiam poenæ ad culpam, quia per ea quis peccat, per hæc punietur, *Sapient. cap. 11. Scot. 4. sent. d. 15. q. 1. l. M.*

12 Int. Vtrum si pauper furatus fuerit, debeat ei competere satisfactio correspondens, scilicet elemosynarum erogatio? Resp. quòd licet pauper non possit erogare elemosynam, tamen non debet, in tali contrito peccatum minere inultum, & sic debet assignari aliqua satisfactio propria, esto quòd non sit correspondens vniuersaliter, vt dictum est, & ideo requiritur in hoc discretio Sacerdotis, vt non imponat alicui poenam disconuenientem, sed aliam, quæ magis conueniat, & quam fortè melius adimpleuit. *Scot. ibid. l. M.* K k 13 Int.

13 Int. Si pauper lapsus fuerit in peccatum carnis, vel furti, quænam satisfactio est illi imponenda? Resp. quod cum pauper quandoque non possit ieiunare, nec dare elemosynas, nec orare, cum debeat continuo laborare pro victu necessario, & si ieiunaret, non sufficeret ad laborem necessarium pro victu acquirendo; nam labor continuus est illi continuus ieiunium, quia est continua carnis maceratio, & ideo in tali casu pauper inducendus est à Confessario, ut illum laborem suscipiat in remissionem peccatorum suorum, cum intentione, quod si oportunitas occurreret, aliquam aliam poenam solueret: hæc, & aliqua alia temperatè, & diminutè pauperi imponi debent, ut sint sibi possibilia. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 1. l. M.*

14 Int. Si diues lapsus fuerit in peccatum carnis, & propter corporis nobilitatem noluerit ieiunare, nec aliam macerationem notabilem suscipere, & si imponeretur posset præsumi, quod illam rejiceret, & peccaret nouo peccato, quid in tali casu agendum est à Sacerdote? Resp. quod tunc diues inducendus est ad orationem, & elemosynam, & illud sibi imponendum est; quod libentius suscipiet, & quod creditur perseverantius adimplere. *Scot. ibid. l. M.*

15 Int. Si talis nullam omnino poenitentiam à Sacerdote impositam vellet adimplere, qui esset agendum? Resp. quod si dicit se displicentiam habere de peccato commisso, & firmum propositum

tum non recidiuandi, tunc non esset respuendus; nec cadat in desperationem; nuntianda tamen est sibi poena, quæ restat pro peccatis facienda, & quod studeat eam adimplere, vel in æquivalenti alique impositione, aliter soluet ad plenum in Purgatorio, & est absoluedus hoc valde consonum est auctoritati Esaiæ, *cap. 42. de Christo*, quam *Matth. cap. 12.* recitat: *Arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet.* Arundo quassata est peccator quassatus tentationibus, & peccatis; lignum fumigans est lignum nimis humidum ex peccatis; tamen aliquid habens de igne charitatis, & hic extinguitur, si per duritiam Sacerdotis ad nimis difficile obligatur, sed non extinguitur, si prædicatur sibi, quod oportet ipsum hic, vel alibi poenam solvere, vnde studeat hic tantum poenam solvere, quanta peccatis debetur, ne alibi acrior poena exigatur. *Scot. ibid. l. N.*

16 Int. Vtrum recipiens satisfactionem impositam, possit illam solvere in peccato mortali? Resp. affirmatiuè, & ponitur casus; nam si alicui fuit imposta poenitentia ieiunandi per tres dies, post ieiunium primæ diei incidit in peccatum mortale, & non poenitet de illo, tunc si ieiunauerit, secunda, & tertia die, benè satisfacit, & soluit poenam sibi impositam; nam aliter non ieiunaret, nec secunda, nec tertia die, & tunc esset occasio inducendi ad nouum peccatum, & maioris oscinationis; vnde contraria opinio videtur nimis dura contra

pecc.

peccatores, & ideo dicendum est, quod verè poenitens, si recipit satisfactionem, & condignam poenitentiam impositam ab Ecclesia, Clave non errante, si postea reciduet, non tenetur, nisi ad illam unicam satisfactionem implendam. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 1. l. N. O.*

17. Int. Vtrum poenitentia debeat adimpleri in charitate, vt sufficiat? Resp. quod poenitentia, vel consideratur, quo ad esse meritorium, vel quo ad esse satisfactorium, si loquamur de merito, vtique requiritur, vt poenitentia imposita sit facta in charitate, quia tunc sic soluit poenam, & meretur, quantum verò ad satisfactionem voluntariam sine charitate vtique soluit, sed non meretur; ac si fuerit satisfactio inuoluntaria, tunc poena soluitur, sed ipse non soluit. *Scot. ibid. l. O.*

18. Int. Vtrum satisfaciens maiorem partem poenitentiae in peccato mortali, & postea poenitet de illo peccato nouo, sit imponenda de nouo poenitentia pro peccato, de quo satisfecit? Resp. negatiue, quamuis fuerit extra charitatem, debet vtique poenitere de peccatis nouis, quae fuerunt causa, quare illa satisfactio fuerit mortua; est bene mortua, sed est satisfactio, licet non placans, nec in amicitiam reconcilians, sufficit enim Deo, quod quis voluntarie soluat poenam debitam ad punitionem peccati commissi, imò sufficit satisfactio, quae inuoluntaria est, quod patet per exemplum in actibus humanis; si enim alicui offensae in Principem correspon-

pondeat praecise secundum legem abscissio manus, tunc si offendenti iniuste abscinderetur manus, ille satisficitur, & secundum legem, & iustitiam non potest ab eo exigij poena vltior, & tamen non reconciliatur in amicitiam, & in gratiam Principis; ergo multo magis posset sufficere pro punitione culpa, si aliquis sibi poenam debitam infligeret, licet non esset in gratia, & amicitia Iudicis offensi. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 1. l. P.*

19. Int. Vtrum si reciduians damnaretur non completa tota poenitentia imposita, puniretur in inferno temporaliter poena correspondente illi, quae non fuit hic soluta? Resp. affirmatiue, imò dicendum est, quod illa poena temporalis in terra, non soluta, sed solum in inferno per aliquod tempus, damnatus non punitur amplius, sed bene alia poena correspondente peccato reciduationis, quod dicendum est etiam de peccato veniali; nam moriens in peccato veniali, simul cum mortali non punitur aeternaliter pro veniali. *Scot. ibid. l. Q.*



DE
RESTITVTIONE.

TIT. XI.

Int. Vtrum in lege naturæ fuerint omnia communia? Resp. affirmatiuè & habetur *dist. 8 in principio. Differt. autem: & Can. 1. Quo iure defendis*, ubi citatur D. August. dicens, *Quo iure defendis villas Ecclesie Diuino, an humano? Et. unde quisque possidet, quod possidet, nonne iure humano, Et. per iura Regum possidentur possessiones, Et. quod etiam habetur *caus. 12. q. 1. Can. 2. Dilectissimis fratribus* ubi legitur, *communis enim usus omnium, qua sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit, quod reuocatum est post lapsum propter pacificam coheritationem, & propter necessarium sustentationem.* *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. A. B.**

2 Int. Quotuplex est translatio rerum? Resp. duplex est translatio, vna quantum ad dominium, & est quando res transit à dominio vnius ad dominium alterius; altera quantum ad usum, & tunc est, quan-

do

do transfertur ius vtendi, manente tamen dominio apud eundem dominum. *Scot. ibid. l. G.*

3 Int. Quot modis accipitur translatio rei? Resp. dupliciter accipitur, vno modo quatenus est secundum actum merè liberalem, & est, quando transferens nullam expectat redditionem, alio modo quatenus est secundum actum liberalem secundum quid, & est quando transferens pro eo, quod transfert, expectat aliquid sibi reddi. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. I.*

4 Int. A quibus potest fieri translatio domini? Resp. potest fieri, vel auctoritate publica, vel auctoritate Principis, vel auctoritate legis, vel auctoritate priuata ipsius domini immediatè possidentis. *Scot. ibid. l. G.*

5 Int. Vtrum præscriptio in immobilibus, & vsu: capio in mobilibus sit translatio iusta? Resp. affirmatiuè, primò habetur *Extr. de præscriptionibus, cap. 5. vigilanti studio* Glosa super illud, *aliena possidere*, & probatur, quia est ad pacificam conuersationem subditorum, quando dominium rei neglectæ transfertur in occupantem; nam negligens rem suam, si posset post quantumcumque tempus illam repetere ab occupante, orirentur lites immortales, & tota pax Reipublicæ periclitaretur. Probatur secundò, quia præscriptio est in punitionem illius, qui transgreditur, id, quod vergit in detrimentum Reipublicæ, vnde oritur præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio; negligens rem suam habuit

cam

eam pro derelictam. *Scot. ibid. l. G. H.*

6 Int. Vtrum quis possit transferre dominium rerum suarum? Resp. affirmatiue; & hoc vel per actum mere liberalem qui dicitur donatio, vel per actum non mere liberalem, qui dicitur contractus, per primum transferens non expectat redditionem, sed per secundum expectat aliquid sibi reddi. *Scot. ibid. l. I.*

7 Int. Quid requiritur ad iustam donationem? Resp. requiritur liberalis translatio ex parte dantis, voluntas recipiendi ex parte illius, cui fit donatio, & libertas ex parte amborum, idest quod nulla lege superiori prohibeantur; vel per actum alterius, à quo dependeat in ista translatione. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. I.*

8 Int. Vtrum quis possit donare pecuniam fratri minori? Resp. negatiue; & ratio est, quia frater minor non vult esse Dominus, cum per regulam prohibeatur; potest tamen elemosynam accipere; nunc vero per Breue Apostolicum potest frater minor donationem bonorum accipere nomine Conuentus, quod Summi Pontifices concesserunt ad studia promouenda. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. I.*

9 Int. Vtrum Clericus possit donare sine, vel saltem contra voluntatem Papæ? Resp. negatiue, vt habetur *Extr. de Censib. cap. 1. Romanæ Ecclesiæ.* Ad cuius capituli obseruationem posuit poenam Gregorius X. cuius Capitulum est nunc in 6. *Decretal. cap. 2. Exigit peruersum*, quod scilicet visitantes à visitatis

tatis nulla recipiant munuscula, & si receperint, teneantur duplum restituere, vel non absoluantur à maledictione, quam ipso facto incurrunt, vt dicit Innocentius IV. in nouis Constitutionibus. *Scot. ibid. lit. 7.*

10 Int. Vtrum quis possit rem aliquam fratri minori accommodari? Resp. negatiue; nam accommodatio correspondet donationi, in qua considerantur similes leges, & conditiones, scilicet voluntas in accommodante, & in recipiente, & quod non sit aliqua voluntas legis, vel Principis obstitens illi accommodati, quod intelligitur quando cum accommodatiōe transfertur dominium. *Scot. ibidem lit. K.*

11 Int. Quid est contractus? Resp. est translatio domini, qua trahuntur simul, & transferens expectat aliquod æquiualens rei, quam transfert. *Scotus ibid. l. k.*

12 Int. Quot sunt contractus, in quibus transfertur dominium? Resp. sunt tres, quidam est rei utilis pro re utili immediate, vt est permutatio frumenti pro vino; quidam est rei utilis pro numismate, vel è conuerso, & tunc ex parte dantis dicitur venditio, & ex parte recipientis dicitur emptio, qui contractus inuentus est, vt facilius commutatio fieret; difficile enim erat res vsuales immediate commutare; quidam tertio est contractus numismatis pro numismate, & vocatur mutui datio, & mutui acceptio. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. k.*

13 Int. Quot sunt contractus, in quibus transferatur usus rei, vel ius utendi, retento domino? Resp. sunt duo, scilicet mutua, vel permutata accommodatio, & hæc respondet permutationi rerum, & conductio, & locatio, quæ respondent emptioni, & venditioni. *Scot. ibid. l. l.*

14 Int. Quot conditiones requiruntur ad translationem, siue permutationem iuste factam à Domino? Resp. tres, scilicet, quod sit sine fraude, quod seruetur æqualitas valoris, & quod commutatio huiusmodi sit secundum rationem, & præter has requiruntur etiam aliæ conditiones assignatæ in donatione. *Scot. ibid. l. l.*

15 Int. Quot modis potest fraus committi in commutatione? Resp. potest committi tribus modis; primo secundum substantiam, ut permutando auricalcum pro auro, vel aquam pro vino; secundo in quantitate, ut si quantitas mensuratur per pondus, vel per virgam, vel per aliquam aliam mensuram, ut pro modio, sextario, & alia vasa, & non seruetur ratio mensuræ; tertio vero modo secundum qualitatem, ut commutando vinum corruptum pro vino bono, quæ omnia probantur *Extr. de Injur. & damn. dat. cap. 9. Si culpa tua. Qui causam damni dat, damnum acuisse videtur. Scot. ibid. l. l.*

16 Int. Vtrum in permutatione ex voluntate contrahentium fieri possit æqualitas valoris? Resp. affirmatiue, quia possunt commutantes mutuo sibi dare

dare æquivalens, & talis æqualitas est seruanda, quia dicit D. August. 13. *de Trinit. cap. 3. Vili velle emere, & caro velle vendere, re vera vtilium est; quod debet intelligi de re vili, & cara quantum ad vsum, quia frequenter res, quæ in se est nobilior, non esse naturali, minus est vtilis vsui hominum. Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. l.*

17 Int. In quo consistit æqualitas valoris? Resp. non consistit in indivisibili, sed in latitudine æqualitatis; nam quasi impossibile esset talem punctum indivisibilem attingere, & ideo dum fiat commutatio in tali latitudine, in quocumque gradu iuste fit. *Scot. ibid. l. l.*

18 Int. Quomodo ista latitudo innotescit? Resp. innotescit quandoque ex lege positiva, quandoque ex consuetudine; lex enim rescindit contractum, ubi contrahens decipitur ultra medietatem iusti pretij, sic etiam debet fieri restitutio correspondens, si infra dictum pretium apparet ex alio iniustitia, scilicet ex consuetudine Civitatum. *Scot. ibid. l. l.*

19 Int. Vtrum talem contractum concomitetur aliqua donatio? Resp. affirmatiue, loquendo de contractu circa iustitiam indivisibilem, quia durum est inter homines esse contractus, in quibus contrahentes non intendant aliquid de illa iustitia indivisibili remittere sibi mutuo, & sic concomitatur alia donatio. *Scot. ibid. l. l.*

20 Int. Vtrum in permutatione, scilicet in emptione

prione, & venditione liceat pensare damnum, & incommodum? Resp. quod si loquamur de damno, utique licet pensare; nam exempli gratia, si Petrus multum indiget re sua, & per magnam instantiam inducitur a Paulo, ut ei vendat, vel cum alia permutet, & ex tali venditione, vel permutatione Petrus multum damnificatur, sine qua se præservaret indemnem, tunc illi licet pro tali damno carius vendere rem suam, quam si damnum non pateretur: si vero loquatur de comodo, non licet carius vendere, quia maius commodum ementis non facit rem vendentis pretiosorem, vel meliorem, sicuti res sit pretiosior propter damnum illarum. *Scot. ibid. l. M.*

21 Int. Vtrum in mutatione debeat servari æqualitas valoris hinc inde? Resp. quod debet servari æqualitas valoris in pondere, & mensura, quia in mutuo transfertur dominium; nam *mutuo* sonat, do tibi meum, ergo dans mutuo non manet amplius dominus pecuniæ mutuatae, & per consequens, si ultra pecuniam mutuam recipit, aliquid de non suo recipit, ut suum. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. N.*

22 Int. Quare ex pecunia mutuata non potest quis ultra recipere? Resp. quia pecunia est ex se infructuosa; si ex pecunia habeatur fructus provenit ex industria alterius, scilicet utentis, & talis industria non est mutuantis, sed utentis; igitur si mutuans vellet recipere fructum de pecunia mutuata, reciperet fructum de industria aliena, quod non debet. *Scot. ibid. l. N.*

23 Int.

23 Int. Vtrum liceat de fructu arborum aliquid accipere? Resp. affirmatiue, quia fructus lignorum computatur in sortem, quia etiam arbores fructificant sine industria aliena. *Scot. ibid. l. N.*

24 Int. An liceat aliquando accipere aliquid ultra capitale? Resp. affirmatiue, exempli gratia, Petrus indiget pecunia Pauli ad mercandum, qui illam Petro concedit ad certum diem, cum hac conventionem, & conditionem, quod si non restituerit pro tali determinata die, in qua multum ipse Paulus damnificatur, solvat tantum ultra sortem principalem, tunc licet accipere; nam talis poena adiuncta est licita, quoniam, licet Paulo se conservare indemnem proposita conditione de soluendo indeterminata die. *Scotus ibidem l. O.*

25 Int. Vtrum in tali casu possit esse fraus? Resp. quod quando mercator magis vellet sibi solui pecuniam die præfixo, quam in crastino cum poena, tunc signum est non esse in fraudem usurarium, sicut esset in fraudem, si vellet potius diem solutionis transire, quam pecuniam ipsa die solui. *Scot. ib. l. O.*

26 Int. Vtrum debitor quandoque teneatur reddere creditori ultra sortem principalem? Resp. affirmatiue, nam quando notabiliter damnificatur propter non solutionem debitoris, tunc tenetur ex iustitia ipse debitor satisfacere creditori de damno accepto, & interesse, & hoc de rigore conscientie, quamvis non possit compelli in foro exteriori, quia non

non interferunt pacta vel iuramenta. *Scot. 4 sent. d. 15. q. 2. l. O.*

27 Int. Vtrum si ponatur superfluum, atque capitale sub incerto, possit quis ultra capitale aliquid accipere? *Resp. affirmatiue, & probatur Extr. de Vsuris cap. 19. Nauiganti. §. ratione huius, arguendo à simili. Scot. ibid. l. O.*

28 Int. Vtrum sine pacto verbali, vel aliquo alio signo æquiualentem, sed solum animo possit creditor à debitore recipere aliquid ultra sortem principalem? *Resp. affirmatiue, & non teneri ad restitutionem, dummodo per aliquod signum non ostendatur debitori, quod mutans non mutaret pecuniam sine spe lucri, quia in tali casu esset usura. Scot. ibid. l. O.*

29 Int. Vtrum possit locari pecunia, & ex illa aliquid ultra sortem recipere? *Resp. affirmatiue; nam si quis indigeret pecunia ad viuendum, vel ornandum, vel ad ostendendum possibilitatem tamquam diuitem, vel ad alium finem consequendum, tunc possum illi pecuniam locare, sicut equum, vel domum, & pro vso isto, retento dominio, pecuniam recipere, quoniam tunc esset contractus locationis, vel conductionis, & non mutationis, & ideo deberet idem pondus restitui, nisi forte sufficiat locari æquale in pondere, & valore. Scot. ibid. l. O.*

30 Int. Quotplex est commutatio? *Resp. duplex, scilicet Iconomica & negotiatiua; Iconomica est illa, qua commutantur res ad vsum, & com-*

mutans intendit rem accipere, pro qua commutat, vt non mercetur ea, sed vt ea, vtatur; negotiatiua vero est illa, qua commutantur res ad lucrum, & commutans intendit mercari de ea, quam acquirit; quia talis emit, non vt vtatur, sed vt vendat, & carnis, & ideo vocatur pecuniaria, & lucratiua. *Scot. 4 sent. d. 15. q. 2. l. R. S.*

31 Int. Si commutans, idest vendens, non statim recipit rem, pro qua commutat, sed expectat, est ne licitum aliquid recipere ultra capitale? *Resp. esse licitum, istis duabus superadditis conditionibus; prima, quod non vendat tempus, quia tempus non est suum, secunda, quod vendens non ponat se in tuto de lucrando, & euentem in tuto de damno recipiendo. Scot. ibid. l. P.*

32 Int. Quomodo intelligitur illa particula *in tuto*? *Resp. quod intelligitur quando semper illa res, que intenditur, euenit, vel si non semper euenit frequentius, & vt in pluribus. Scot. ibid. l. P.*

33 Int. Petrus v. g. vendit rem suam in die Sancti Ioannis Baptistæ, quam non esset venditurus, nisi in die Natiuitatis Domini, & determinat sibi pretium pro die natiuitatis, sed iuxta quod currit in die S. Ioannis, quid dicendum? *Resp. quod tunc Petrus facit misericordiam proximo suo, quia eius supplet indigentiam antequam teneatur supplere, expectando scilicet solutionem determinatam pro die Natiuitatis. Scot. ibid. l. P.*

34 Int. Petrus vendendo rem suam hoc eodem modo

modo, determinat pretium maius, quam si iustum pro die Natiuitatis, quid dicendum? Resp. quod tunc Petrus est usurarius, quia vendit tempus, ut habetur. *Extr. de Usuris cap. 10. Consultis nos tua. Scot. ibid. l. P.*

35 Int. Petrus esset rem suam venditurus quando sibi videretur, quod secundum cursum temporis plus posset lucrari, quid dicendum, si venderet in die S. Ioannis? Resp. aut Petrus ponit certum pretium, secundum quod res nunc valet, & tunc facit misericordiam, aut ponit determinatum pretium maius, quam res valet in die S. Ioannis, sed tamen non ita immoderatum, quin die Natiuitatis Domini, quandoque plus, quandoque minus verisimiliter res illa valeat, & tunc ratione dubij potest, quia contra nullam regulam supradictam facit, quod habetur *Extr. de Usur. c. 19. Nauiganti, vel eunti. §. ratione huius.* Et licet *ibid. cap. 6. In una Civitate.* aliud videatur dicendum, tamen est monitio utilis, non præceptum necessarium. *Scot. 4. sent. dist. 15. quest. 2. l. P.*

36 Int. Petrus vendit rem suam die S. Ioannis, & dicit, volo, quod tu tantum soluas pro illa re, quantum valebit in quocumque tempore vsque ad diem Natiuitatis, quando scilicet res illa carius venditur, quid dicendum? Resp. Petrum committere usuram, quis ponit se in tuto quod ad lucrum, quia ut in pluribus, & ponit euentem in tuto quod ad damnum, & tunc habet pro se, quod euenit ut in

pluribus, & contra se, quod euenit ut in paucioribus, ideo usura est. Et etiam exponit rem suam venditioni in tempore particulari vago, & in die carissimo, quod non licet, sicut in tempore determinato; vnde sequitur, quod tali pacto faciat se certum de lucro, vltra quam humana industria perungere possit. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. Q.*

37 Int. Quid requiritur ad commutationem negotiatium, seu lucratiuum? Resp. duo precipue requiruntur, primum, quod talis commutatio sit utilis Reipublicæ; secundum, quod talis commutans iuxta diligentiam suam, prudentiam, sollicitudinem, & pericula accipiat in commutatione pretium correspondens. *Scot. ibid. l. S.*

36 Int. Vtrum mercatura sit licita? Resp. affirmatiue, quia est utilis Reipublicæ; nam utile est Reipublicæ habere conseruatores rerum venialium, ut prompte possent inueniri ab indigentibus volentibus illas emere. Similiter utile est Reipublicæ habere afferentes res necessarias, quibus illa Patria non abundat, & tamen vsus earum est ibi necessarius; vnde sequitur, quod mercator, qui affert rem de Patria, vbi abundat, ad Patriam, vbi res deficit & mercator, qui illam emptam conseruat, ut prompte inueniatur venalis à volentem eam emere, habeat actum utilem Reipublicæ. *Scot. ibid. l. S.*

39 Int. Vtrum liceat mercatori rem vendere carius, quam emit? Resp. affirmatiue, ad sustentationem suæ vitæ, quia vnumquemque in opere ho-

nesso Reipublicæ seruientem oportet de suo labore viuere, hinc excluduntur meretrices, & histrones inhonestè uiuentes. Mercator, qui affert, & conferuat res, seruit utiliter, & honestè Reipublicæ, hinc oportet de suo labore viuere, & per consequens rem carius vendere. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 2. lit. S.*

40. Int. Vtrum mercatoris industria possit pecunia compensari? Resp. affirmatiuè, & ideo mercator utens magna industria in transferendo res de Regione in Regionem, siue de Patria in Patriam, considerando quibus Patria careat, & quibus affluat, vnde transferre possit, iustè ultra subventionem necessariam pro se, & pro sua familia, potest recipere pretium correspondens industriae suae. *Scot. ibid. l. S.*

41. Int. An propter pericula in translatione, & custodia rerum venalium possit mercator vendere carius? Resp. affirmatiuè; potest enim propter periculum quoddam pretium correspondens accipere: maximè vero quando sine culpa mercatoris ipse damnificatus est, puta per submersionem rerum, vel combustionem. *Scot. ibid. l. S.*

42. Int. Vtrum sine præfatis conditionibus, scilicet utilitate, industria, & periculis, liceat negotiari, & carius rem emptam vendere? Resp. negatiuè, quia illicitum est, & tales mercatores sunt exterminandi; non enim transferunt res pro utilitate Reipublicæ, non conferuant, neque res venalis, com-

rum industria melioratur, neque aliquis homo simplex certificatur de valore rei emendæ, sed modò emunt, vt statim sine præallegatis conditionibus vendant, & isti sunt à Republica exulandi tamquam perniciosi, quia prohibent immediatam commutationem volentium emere, vel commutare iconnicè, & per consequens faciunt quod liber venale, vel vtuale carius emèti, quàm deberet esse, & vilius venpenti, & sic damnificant vtramque partem. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. V.*

43. Int. Quare mercator potest rem carius vendere propter pericula, industriam, & alias conditiones allatas? Resp. quia legislator bonus in Republica deberet Patriæ indigenti mercatores conducere, vt necessarias res afferrent, & non solùm personas & familiam, sed etiam industriam, peritiam, & pericula locare pro magno pretio; vnde quantum illis deberet, vt bonis Ministris Reipublicæ, retribuere, possunt ipsi mercatores, non extorquendo recipere, & hoc in rerum venditione. *Scot. ibid. l. T.*

44. Int. Vtrum accipiens aliquod donum ab alio cum deceptione, teneatur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, nam exempli gratia, ego dono decem aureos homini, quem credo meum esse propinquum, & re vera non est, ille tenetur restituere mihi nummos, quia deceptio tollit meram libertatem, que libertas est conditio donationis, sicut patet in 6. Extra. de Censib. & Exat. cap. 2. Exigit peruersorum. *Scotus ibidem lit. X.*

45 Int. Vtrum si dando elemosynam puto recipientem esse egendum, sed tamen est diues, ille, qui recipit, teneatur restituere? Resp. affirmatiuè, propter eandem rationem, quia talis datio non est voluntaria simpliciter, sicut dicendum est de illo, quod donatur ex aliqua coactione, per quam tollitur mera libertas. *Scot. ibid. l. X.*

46 Int. Vtrum commutatio, quæ fit in ludis aleatorum, & huiusmodi sit iusta? Resp. negatiuè iuxta illud *ff. de Aleatoribus l. vlt. quod in commutatio, & Extr. de Vit. & honest. Cleric. cap. 15. Clerici officia, in Glof. vnde Clerici prohibentur ludere; tamen ista lex non ligat, nisi illos, qui viuendo politice, subsunt legi Imperiali, quod non est in Italia, quia municipalia præiudicant Imperialibus. Scot. ibid. l. T.*

47 Int. Vtrum liceat dare ad vsuram? Resp. negatiuè, quia vt habetur *Extr. de Vsum cap. 4. Super eo verò. Cum vsuram crimen vtriusque testamenti pagina detestetur. Vetus, & noua; vetus Ezechiel. cap. 18. Ad vsuram non commodaueris. noua, Luc. 6. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. T.*

48 Int. An liceat ad conseruationem suæ indemnitate aliquid ex vsura accipere, & præsertim cum sit voluntaria acceptio pecuniæ ab illo, qui pariter voluntarie dat? Resp. negatiuè, quia cum sit voluntaria concessio, si non vult damnificari, referret pecuniam suam; nullus enim eum necessitat ad faciendam elemosynam proximo suo, sicut necelli-

cessitatur ex lege Diuina, vt non faciat eam vitiatam, & quamuis sit voluntaria datio, tamen, qui recipit pecuniam vsurario modo tenetur ad restitutionem. *Scot. ibid. l. T.*

49 Int. Vtrum per furtum, vel rapinam fiat translatio dominij? Resp. negatiuè, quamuis sit violenta occupatio rei, cuius est dominium. *Scotus ibid. l. Z.*

50 Int. Vtrum restitutio sit pars satisfactionis? Resp. negatiuè, siue consideretur satisfactio generaliter sumpta, idest quando redditur æquiualens pro peccato, & in quem peccat, quia absque redditione pro peccato posset reddi proximo, quod suum est, sicut in mutuis sit restitutio pecuniæ acceptæ absque satisfactione pertinente ad reconciliationem peccatoris; siue specialiter pro tertia parte pœnitentiæ, quia talis restitutio requiritur in re, vel in voto, ante omnem partem pœnitentiæ, quo modo non est satisfactio specialiter sumpta, quæ sequitur alias partes pœnitentiæ. *Scot. ibid. l. A. a.*

51 Int. Quænam est differentia inter restitutionem, & satisfactionem? Resp. quod satisfactio iniungitur à Sacerdote, & non requiritur ante alias partes pœnitentiæ, imò sequitur contritionem, & confessionem. Restitutio non iniungitur à Sacerdote, sed à lege Diuina, quod dicitur etiam de alijs peccatis. *Scot. ibid. l. A. a.*

52 Int. Vtrum adulter tenens adulteram teneatur restituere illam viro suo ante omnem partem pœ-

pœnitentiæ? Resp. affirmatiuè, aliter non esset capax pœnitentiæ, sed irrisor, & si talis veniat ad pœnitentiam addit peccatum peccato. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. A. a.*

53 Int. Vtrum detinens rem alienam teneatur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, & hoc ante omnem partem pœnitentiæ; nam detinens alienum voluntate, & facto, dum talis est, non est capax alicuius partis pœnitentiæ. *Scot. ibid. l. A. a.*

54 Int. Quisnam tenetur ad restitutionem faciendam? Resp. multi tenetur ad faciendam restitutionem, qui his verbis clauduntur.

Quilibet in solidum reddat prius iniurato,

Iniurio, consilium, concensum, palpo recursus,

Participans, mutus, non obstant, non manifestans.

Vnde tenentur ad restitutionem, qui præcipit, qui consulit, qui consentit, qui laudat, qui refugium dat, qui participat, qui tacet, qui non impedit, & qui furtum non manifestat, omnes isti cum auferente, & detinente rem alienam tenentur in solidum restituere; nam per illud *Caus. 2. q. 1. can. 10. Notum sit tne. habetur, quia facientem, & consentientem par porno costringit. Scot. ibid. l. B. b.*

55 Int. Vtrum si quis possit ex officio compellere possidentem iniuste alienum ad restitutionem, non compellat, teneatur ipse ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, quia licet ipse non detineat positiuè, & formaliter, detinet interpretatiuè, quia in potestate sua stat ille, qui rem alienam positiuè, & formaliter detinet. *Scot. ibid. l. B. b.*

56 Int.

56 Int. Vtrum requisitus in iudicio ad dicendum veritatem de furto, vt res domino suo sententialiter restituatur, si tacet, teneatur ipse ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, præcipue cum veritatem dicendo non immincat ei periculum status, vel personæ. *Scot. ibid. l. B. b.*

57 Int. Vtrum si plures teneantur in solidum ad restitutionem, si illorum vnus restituat, alij pariter restituere teneantur? Resp. negatiuè, quia vno restituente omnes, liberantur à debito in comparatione ad illum damnificatum; tenentur tamen pro rata portionis, quæ eos contingit, illi restituere; qui pro omnibus satisfecit. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. B. b.*

58 Int. Vtrum auferens rem fructiferam teneatur restituere rem, & fructum? Resp. affirmatiuè, quando res est fructifera ex se; si autem fructus prouenit ex industria detinentis, non tenetur. *Scot. ibid. l. C. e.*

59 Int. Vtrum vsurarius teneatur restituere lucrum acquisitum per fœnus? Resp. negatiuè, quia si teneretur, tunc recipiens lucrum per restitutionem posset esse iuste vsurarius, quia recipere fructum de sua pecunia ex industria alterius proueniens, est facere vsuram; & hoc fortè est, quod magis posset homines inducere ad vsuram, quia de vsuris luerantes, illud, quod lucrantur non tenentur restituere, imò lucrum illud suum est, quia est, per suam industriam acquisitum, & ideo non restituendum, solum enim alienum restituendum est. *Scot. ibid. l. C. e.*

60 Int.

60 Int. Cui debet fieri restitutio? Resp. restitutio debet fieri, damnificato, si tamen est possibile, ut si noverit eum, si fuerit præsens, vel si mitti possit, quod est restituendum, ita quod expensa non super illud, quod debet mitti pro restitutione. *Scot. ibid. l. D. d.*

61 Int. Si ille, cui debet fieri restitutio, fuerit mortuus, quid agendum? Resp. quod tunc restitutio debet fieri proximioribus; si tamen nesciuntur propinqui, debet fieri pauperibus, quia cui non potest temporaliter reddi, reddatur spiritualiter, quod maxime fit reddendo pauperibus. *Scot. ibidem lit. D. D.*

62 Int. Per cuius manus debet fieri restitutio pauperibus? Resp. non inuenitur quis necessarius determinatus sit mediator in talia distribuendo pauperibus, & ideo per se ipsum distribuere potest, consilio tamen alicuius boni viri; nam tali mediatori possit restituens dare ad distribuendum, de cuius fidelitate præsumeret, & tamen ille sibi ipsi applicaret, vel alijs vsibus, quam deberet; neque ad hoc est aliqua lex Divina, vel Ecclesiastica, quæ liget personam ad sic restituendam; & ideo sequenda est lex naturalis, quæ dicitur, quod persona, quæ tenetur, restituat per se ipsam magis, quam per aliam, subhibito consilio boni viri. *Scot. 4. sent. dist. 15. quest. 2. lit. D. d.*

63 Int. Quid agendum, quando proprius dominus scitur, & propter loci distantiam: si fieret restitutio,

tutio, oriretur maius incommodum, quam vile illi, cui restituendum est? Resp. quod eodem modo debet fieri, scilicet restituere spiritualiter, idest pauperibus. *Scotus ibid. l. D. d.*

64 Int. Quando facienda est restitutio? Resp. quod nullo tempore licet detinere rem alienam, & invito domino, idest nolente, & secundum rectam rationem nolle debente, & ideo statim (regulariter loquendo) facienda est restitutio, sicut statim cessandum est ab actu cuiuscumque peccati mortalis, non tantum exteriori, sed etiam interiori. *Scot. ibid. l. E. e.*

65 Int. Quando non est statim facienda restitutio? Resp. Quando est in præiudicium Communitatis, vel recipientis restitutionem; similiter quando est in diffamationem restitutionis; tunc enim ille, cui debet fieri restitutio, debet potius velle bonum suum, bonum commune, & famam proximi, quam subitam restitutionem boni temporalis, sufficit tunc, quod voluntate restituat, idest quod habeat voluntatem restituendi, cum occurrerent circumstantiæ oportunæ, quæ omnia habentur sub hac maxima. Licet detinere rem alienam, quando ille, cuius est, debet velle eam rationabiliter detineri. *Scot. ibidem l. E. e.*

66 Int. Vtrum tunc licet teneat rem alienam, quando non debet facere restitutionem? Resp. affirmatiue, quia licet sit præceptum negatiuum non tenere rem alienam iniuste, & invito domino, &

semper, & pro semper sit prohibitum, tamen quando quis habet voluntatem restituendi, & pro tempore oportuno, tunc tenet domino rei volente, non actu elicito, sed actu debito, qui dominus rei debet velle, quod qui suum habet, teneat quousque oportune reddere possit. *Scot. 4. sent. dist. 15. quest. 2. lit. f. f.*

67 Int. Quid dicendum, si dominus rei est iniustus, quia non vult, quod per quantumcumque tempus teneatur suum? Resp. talis dominus sic volens suum statim rehabere est inordinate volens, & per consequens inordinate nolens habentem tenere illud, & ideo tenens rem illius non iniuste tenet quoniam etiam Depositorum, de cuius redditione est lex strictissima, potest teneri licite domino iniusto, & voluntate inordinata. *Scot. ibid. l. f. f.*

68 Int. Si ablatio rei alienae est occulta, quid faciendum est in restitutione? Resp. quod ablator non tenetur se prodere, nec per consequens per se ipsum restituere, sed per aliam personam secretam, & fidelem, puta per Confessarium, quia sibi per confessionem detectum est peccatum, cui satis debet credi de eius fidelitate, quod restituat suae fidei commissum, & tunc potest restitutio differri quousque voluntas talis personae, & oportunitas habeatur. *Scot. ibid. l. f. f.*

69 Int. Vtrum ablator impotens teneatur ad restitutionem faciendam? Resp. negatiue pro tunc, tenetur tamen postea, cum peruenit ad pinguio-

rem fortunam, sicut probatur *Ext. de solutionibus cap. 3. Odoardus Clericus*, & notatur etiam in *Glofa*, quod illa actio creditoris non expirat per inopiam debitoris, sed bene sopitur; unde dicitur: Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, quia ius agendi semper manet, sicut etiam obligatio ex parte debitoris, quae tamen est sopita. *Scot. ibid. l. G. g.*

70 Int. Vtrum restitutio sit pars poenitentiae? Resp. negatiue, quia non tenetur quis ad restitutionem, sicut ad satisfactionem proprie dictam, quae est tertia pars poenitentiae, sed tenetur ad eam ex praeepto Divino, sicut tenetur ad cessationem a peccato actu, & affectu cum circumstantijs debitis, & oportunis. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. G. g.*

71 Int. Quid faciendum est de re inuenta, quando ignoratur dominus? Resp. quod res inuenta debet tradi alicui personae publicae ad custodiendum, & fieri proclamatio in locis publicis, ut qui amiserit, audire possit, & si post talem proclamationem nullus appareat, faciendum est de ea, sicut de restitutione vaga dictum est. *Scot. ibid. l. G. g.*

72 Int. Vtrum si persona tenens rem alienam sit necessaria Reipublicae conseruandae, teneatur restituere alteri, quae non est tam necessaria? Resp. quod si res detenta est multum necessaria illi, ita quod sit in arcta necessitate, ut non possit Reipublica absque eo saluari, tunc non statim tenetur ad restitutionem, sed expectanda est oportunitas,

tas, quia bonum commune præfertur bono particulari; si verò illa res non est ad sui necessitatem, sed potius ad conservandum suum statum solemnem, scilicet cum apparatu, & splendore, tunc tenetur statim restituere, quia non licet alicui statum suum solemnem tenere de bonis alienis, & magis valet fidelitas ius, & iustitia communis, quam solemnis status illius. *Scot. ibid. l. H. b.*

73 Int. Vtrum si detinens est in extrema necessitate, teneatur ad restitutionem? Resp. quòd si detinens est in extrema necessitate, & ille, cuius est res, non, tunc dicendum est, quòd res ablata sit detinentis pauperis iure politico, quo est concessa via ad providendum sustentationi naturæ in necessitatis articulo omnibus in extrema necessitate detentis, ut habetur *Extr. de Verb. signif. cap. 3. Expt. qui seminat. in 6.* & ideo non tenetur ad restitutionem. *Scot. ibid. l. I. i.*

74 Int. Vtrum, si ille, cui res ablata est, reperitur in extrema necessitate, quando res fuit ablata, debent, ei fieri restitutio? Resp. affirmatiue, quia tunc ipse est dominus rei duplici iure, scilicet quia prius res sua erat, & quia est in extrema necessitate, si verò prius devenit in extremam necessitatem detinens, facta est sua, & tunc domino post devenienti ad istam necessitatem non debet reddi, quia cessavit dominium eius in re ista, & factum est alterius iure politico. *Scot. 4. sent. dist. 15. quest. 2. hi. I. i.*

75 Int.

75 Int. Quid dicendum, si ambo simul inciderint in extremam necessitatem? Resp. quòd res debet restitui illi, cui ablata est, quia ob extremam necessitatem non cessavit a domino, & ideo subtrahens necessarium vitæ eius, quòd debetur, est homicidia, quia iniuste occidit illum subtrahendo necessarium debitum. *Scotus ibidem l. K. k.*

76 Int. Vtrum quis debeat diligere magis vitam suam, quam proximi? Resp. quòd quis debet magis diligere vitam suam ordinatè ut est dirigibilis ad vitam æternam, & sic diligere magis conservationem iustam vitæ suæ, quam iustam conservationem vitæ proximi, non sic quam dicendum est conservatio vitæ suæ non fuerit iusta. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. K. k.*

77 Int. Est casus. An latroni, & homicidæ qui suspendendus est, liceat occidere carnificem suspendentem ad evitandum mortem? Resp. negativè, & ratio est, quia dilectio vitæ corporalis iniuste custoditur, ut esset vita latronis, non est dilectio ordinata, quia nõ est ad dilectionem animæ, nec Dei, Carnificis verò suspendentis iuste debetur conservatio vitæ, & ideo non potest latro Carnificem occidere pro morte vitanda. *Scot. ibid. l. K. k.*

78 Int. Vtrum si detentor rei alienæ in extrema necessitate ductus pervenerit ad pinguiorem fortunam teneatur ad restitutionem? Resp. quòd si ablatio rei alienæ, quamvis necessariè fuerit priusquam detentor devenisset ad extremam necessitatem,

rem, & postea deuenierit, ac deinde peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur ad restitutionem, quia obligatio non fuit extincta per extremam necessitatem sequentem, sed tantum sopita: sed si res necessaria ablata fuit, dum accipiens erat actu in tali necessitate extrema, tunc non tenetur ad aliquam restitutionem, quia tunc iuste simpliciter rem suam occupasset, idest, iure politico. *Scot. 4. sent. d.*

15. q. 2. l. K. k.

79 Int. Vtrum furioso fieri debeat restitutio de gladio ablato, cum quo potest sibi damnum inferre male viuendo; & pacem Reipublicæ perturbare? Resp. affirmatiuè, sed differenda est licite restitutio secundum temporis oportunitatem cum voluntate restituendi. *Scot. ibid. l. K. k.*

80 Int. Vtrum mulier adultera defraudans paternam hereditatem verum heredem, teneatur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, quia spurius iniuste occupat hereditatem alterius. *Scot. ibid. l. K. k.*

81 Int. Vtrum adultera ad talem restitutionem faciendam debeat reuelare crimen filio spurio? Resp. negatiuè; non enim debet hoc facere, vt inducat spurium ad dimittendum hereditatem vero heredi; quia si filius credet Matri, non est probabile, quod propter hoc dimittere velit hereditatem, quia peccati inueniuntur ita perfecti, vt propter iustitiam seruandam in foro Dei, dimittant magnas possessiones, quas possunt tenere iure exteriori, & hoc non potest mater præsumere, nisi multum prius

prius experta fuerit voluntatem filij sui, nec debet se exponere periculo certo infamationis apud filium suum propter incertam correctionem filij; si vero non crederet, tunc essent duo mala, quia & mulier esset diffamata, & spurius adhuc teneret hereditatem, vt prius. *Scot. ibid. lit. L. l.*

82 Int. Vtrum ob talem restitutionem faciendam debeat adultera manifestare crimen viro suo, vt assignet hereditatem vero heredi? Resp. negatiuè, quia tunc mulier se diffamat, & exponit se periculo mortis, & maritum periculo vxoricidij; quia talis posset esse zelator, vt sunt multi, qui illam occideret, vel perpetuo haberet odio, & a se, & ab actu coniugij expelleret; ad quæ mala non debet mulier se exponere propter incertum bonum hereditatis restituendæ; imò mulier infamaretur in foro publico, quia in terris, vbi primogenitus est hæres, pater si crederet vxori, non posset spurio auferre hereditatem, nisi in foro publico probaret, & tunc oporteret mulierem diffamari, non tantum apud maritum, sed etiam apud totam patriam. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. l. K. k.*

83 Int. Quid agendum pro restitutione faciendam vero heredi? Resp. quod mulier debet laborare quantum potest ad hoc, quod reddatur hereditas heredi quantum in se est, quia non debet se exponere infamationi, sed ex alijs causis honestis debet filium spurium inducere, vt dimittat hereditatem. Vnus modus honestus est, vt intret Reli-

gionem, alius, vt sit Clericus, & recipiat beneficia Ecclesiastica, & his quasi sufficientibus contentus hereditatem dimittat alij fratri laico remanenti. *Scor. ibid. lit. L. l.*

84 Int. Quid agendum, si spurio nullo modo à matre persuaderi posset, vt hereditatem dimittat? Resp. quod non debet mulier proderi se spurio, quia non est certa, quod talis imperfuabilis in alijs honestis, flectatur propter hoc; inò tenacius teneret concipiens diffamationem sui, quia per illam dimissionem hereditatis ipse notaretur spurio, quam notam multum cauere mali nati, & tunc mulier debet laborare aliunde fieri restitutionem vero heredi, quantum potest, & secundum correspondentiam iustitiæ. *Scor. 4. sent. d. 15. q. 2. lit. L. l.*

85 Int. Vtrum huiusmodi reddito, siue restitutio, debeat fieri in integrum? Resp. negatiue, quia multum differt habere, & propè esse; nam filius legitimus nunquam habuit hereditatem, quamuis fuerit propè secundum iustitiam, & ideo minus, quam æquiualens debet ei restituere, ad arbitrium boni viri; ad minus hoc erit, honestus victus, & vestitus, dummodo hereditas fuerit pinguis, quæ in duplo, vel triplo possit sufficere heredi; aliter si hoc fuerit impossibile, faciat mulier, quod dicitur *Extr. de solutionib. cap. 3. Odoardus Clericus. Scor. 4. sent. d. 15. q. 2. lit. L. l.*

86 Int. An Clericus auferendo beneficium ab alio, sibi que procurans, teneatur ad restitutionem? Resp.

Resp. quod iste si directè abstulerit beneficium ab alio, scilicet cum intentione damnificandi alteri procuranti, tunc tenetur restituere non totum, sed aliquam partem, quia, vt dictum est, multum differt habere, & propè esse; si autem abstulerit indirectè, procurando scilicet propriam utilitatem, & ille damnificatur præter suam intentionem, non tenetur restituere, quia vnicuique licet sibi ipsi utilitatem procurare, alio neglectos quia, vt habetur *ff. de Reg. iur. l. 194. Nemo. Nemo damnum facit nisi qui id facit, quod facere ius non habet.* Sicut Clericos, qui habet ius procurandi sibi beneficium, seruat circumstantijs iustis, & honestis. *Scor. ibid. l. L. l.*

87 Int. Est casus. Præscindo venas aquarum in fundo meo, per quas deriuabatur aqua in puteum alterius, vtrum tenear ad damnum? Resp. vt habetur *ff. de non oper. Nunciat. l. 2. Si autem.* Quod si facio hoc cum intentione nocendi illi, teneor ad restitutionem proximo; si verò non habeam talem intentionem, non teneor, quia tunc tantum consulo meæ utilitati, quam non possum habere in fundo meo, nisi cum tali lectione venarum. *Scor. ibid. l. L. l.*

88 Int. Vtrum quis damnificari possit in bonis animæ, putat in actibus mortalibus? Resp. affirmatiue loquendo indirectè, quia potest inducere hominem ad peccandum, & ad alios actus vitiosos, quibus virtutes corrumpuntur, & vitia generantur, & hoc sit, vel consulendo, vel persuadendo, vel rogando, &c. loquendo verò directè, non potest

damnificari nisi à sola propria voluntate, quia peccatum ideo est peccatum, qui est voluntarium. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 3. l. A.*

89 Int. Vtrum damnificans in moralibus, & bonis animæ tenetur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè, quia modo sibi possibili ad restitutionem tenetur, scilicet inducendo eum efficaciter ad penitentiam & ad actus virtuosos, & si sola inductio non sufficiat, quia facilius est peruertere, quam conuertere, tenetur, & per se orando, & per orationes aliorum procuratas impetrare sibi à Deo conuersionem; imò etiam per alios persuasores efficaces, dummodo illis non prodat peccatum occultum illius; hinc patet quantum periculum sit alium sollicitare, & inducere ad peccatum, quia vix potest dignè restitui, cum voluntatem illam allectam ad peccata vix possit persuasionibus, & alij multis vijs reducere ad virtutes, quarum bona sunt maxima. *Scot. 4. sent. d. 15. quæst. 3. l. B.*

Adderem ego, quòd ob hanc causam Sacerdotes in Memento viuorum habeant, *Omnibus quibus fuit scandalum, & occasio peccandi; & in Memento mortuorum, animarum, qua occasione mea purgantur in Purgatorio.*

90 Int. Vtrum damnificans in corpore, scilicet inferens vicium damnnum teneatur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè de possibili, qua lex talionis, si in hoc, & alijs casibus statucretur esset iusta; non enim facile est pro tali damno dato, quòd

quòd homini fiat recompensatio æqualis per bona aliqua fortunæ, & ideo rationabiliter in multis Ciuitatibus statutum est, vt homicidia moriatur, quia non solum hoc competit legi Mosaicæ, sed etiam in lege naturali, & approbatum est in lege Euangelica, Matth. c. 26. *Omnes enim, quia acceperint gladium, gladio perierunt,* & per consequens vbicumque talis lex statuta est, homicida soluere debet hanc pœnam: habetur *Extr. de iniur. & damn. dat. cap. 1. Si rixati fuerint. Scot. ibid. l. C. E.*

91 Int. Si alicubi ista pœna non fuerit statuta, quid faciendum est? Resp. quòd nullus debet inferre sibi mortem, quia nullus debet esse homicida sui, nisi speciali præcepto Dei; sed expedit sibi, quòd exponat vitâ suam in causa iusta, puta in bello contra inimicos Ecclesiæ pro restitutione facienda illi, cuius vitam abstulit. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 3. l. F.*

92 Int. Si talis homicida nolit tantam restitutionem facere, quid agendum? Resp. quòd non potest talis homicida omnino esse immunis à restitutione, vnde fatuè faciunt illi Confessarij, quia absolunt homicidas, non ostendentes eis restitutionem necessariò incumbentem, quasi facilius possent transire homicida, quam bouicida, vel equicida, quia si quis occidisset bouem, vel equum proximi sui, non absolueretur sine restitutione; igitur nec homicida deberet absolui absq; satisfactione. *Scot. ibid. l. P.*

93 Int. Ad quid igitur tenetur homicida? Resp. quòd

quod tenetur ad restitutionem spiritualem æquivalentem vitæ, quam abstulit, eo modo, quo potest esse æquivalentia in talibus, & ultra hoc, si interfectus sustentabat aliquos, vt Patrem, Matrem, vel propinquos, tenetur homicida omnibus illis ad tantam restitutionem, quantam abstulit per interfectionem illius; & quia vix posset aliquis dignè recompensare per actiones illud, quod abstulit homicida, expediret simpliciter Animæ talis, quod solueret per passiones voluntarias, vel patienter susceptas, ac si occideretur pro homicidio. *Scot. ibidem l. G.*

94 Int. Vtrum damnificans aliquem in corpore, puta enormiter mutilando, vt truncando manum, vel pedem; vel nonenormiter, vt truncando digitum, tenetur ad restitutionem? Resp. quod talis mutilans tenetur ad restitutionem pecuniariam, quia sic statuit Ecclesia, & illa debet respondere non solum damno, quod incurrit mutilatus per talem membri mutilationem pro toto tempore futuro, quia ille vsurus esset membro abscisso, sed etiam expensis appositis in curacione, vt habetur *Extr. de Injur. & damn. dat. cap. 1. Si rixati fuerint.* Tenetur etiam ad consolationem ipsius affecti; quia perpetua est desolatio de tali mutilatione. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 5. l. 1.*

95 Int. An sit æqualiter ponderanda mutilatio diuitis, & pauperis? Resp. ex parte egestatis plus est ponderanda pauperis mutilatio, qui magis egebat

bat membro illo abscisso ad victum necessarium, quo etiam vsus esset ad huiusmodi victum procurandum; ex parte tamen diuitis est ponderanda dignitas personæ, sed inter istas, conditio pauperis grauior est. *Scot. ibid. l. 1.*

96 Int. Vtrum iuste occidens teneatur ad restitutionem? Resp. negatiue, quamuis etiam detestabilis sit Deo, quod patet de Dauid, quem Deus noluit ædificare sibi Domum. *Scot. ibid. l. G.*

97 Int. Quis est iustus occidens? Resp. vt habetur *caus. 23. quest. 5. can. 9. Si non licet prima. His exceptis, quos, vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iusticie Deus specialiter iubet occidi, quisquis hominem, vel se ipsum, vel quemlibet, occiderit, homicidij crimine innotuit:* quæ sit lex iusta habetur ex D. August. *lib. 1. de lib. arbit. scilicet illa, quæ descendit à lege Diuina, sicut Conclusiones practicæ à principijs practicis, vel quæ concordat legi Diuinæ, aut ad minus non discordat lege Diuina. Lex Diuina absolute prohibet. Non occides, & sic nulli inferiori licet dispensare in lege superioris; vnde sequitur, quod nulla lex positua constituens hominem esse occidendum sit iusta, si statuatur mortem in illis casibus, quos Deus non excipit; nam Deus in *Exod. cap. 1. & in de. multos excipit, scilicet blasphemum, homicidam, adulterum, & multos alios excipit ab illo præcepto, Non occides, & ideo nulla lex positua iuste infligit homicidium, si non excipitur ille casus à Deo prohibente homicidium.* *Scot. ibid. l. G.**

98 Int. Vtrum lex, quæ præcipit furem occidi, sit iusta? Resp. non constat, quod Deus in lege Mosaica, vel Evangelica explicitè exceperit ab illo præcepto, *Non occides* peccatum furti, vt scilicet propter peccatum furti liceat hominem occidere, & ideo, nisi reuocauerit aliqua reuocatione speciali quod non habetur ex scriptura, nec auditum est Bullam talis reuocationis descendisse de Cælo, non videtur, quod aliqua lex iusta possit statuere hominem occidi pro furto solo. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 3. l. H.*

99 Int. Quare fur occiditur impunè? Resp. fur nocturnus occiditur impunè, quia talis præsumitur homicida, cum sit inuasor, quia occideret, si posset sibi resistentem; si verò fuerit fur diurnus, non occiditur impunè, imò eum occidens homicidij reus est; quia de illo non sic præsumitur, vt de primo. Hinc dicendum est non licere hominem pro furto occidere. Et quamuis aliquo modo apud Hebræos licuisset pro furto occidere, tamen hic rigor videtur reuocatus per misericordiam Evangelicam, sicut reuocatus est rigor adulterij, quod maius est furto. *Ioan. c. 6. Scot. ibid. l. H.*

100 Int. An extrahens consilijs aliquem à Religione teneatur ad restitutionem? Resp. affirmatiuè; nam si ille erat in Religione professus, & ideo Religioni obligatus teneatur ad restitutionem, scilicet, vt redeat ad Religionem; si verò ille erat dispositus ad intrandum, & is retraxit, ne intraret, tene-

tetur ad restitutionem, scilicet ad aliqualem introductionem alterius aliqualiter æquivalentis in illam Religionem, dummodo habuit intentionem damnificandi Religionem illam; si verò non habuit intentionem damnificandi, sed solum consulendi propriæ vtilitati sine fraude, non tenetur. *Scot. ibid. l. K.*

101 Int. Vtrum retrahens aliquem ab ingressu Religionis teneatur ad restitutionem bonorum spiritualium, quæ esset habiturus in Religione? Resp. affirmatiuè; tenetur enim in peruersionibus, & alijs spiritualibus ad æquivalentiam bonis illis, in quibus illum retrahendo, damnificauit. *Scotus ibid., l. K.*

102 Int. Quot modis quis potest alium diffamare? Resp. triplici modo; primo, falsum crimen imponendo; secundo, verum crimen, sed occultum, non seruato ordine Iuris in publico proponendo; tertio, verum crimen, sed occultum, in publico tamen illi impositum negando, quia in hoc negans, notat imponentem de calumnia. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 4. l. A.*

103 Int. Vtrum falsum crimen alteri imponens teneatur ad famæ restitutionem? Resp. affirmatiuè; debet enim restituere famam retractando verbum suum, vel quod illi imposuit, quia alias non seruaret iustitiam in reddendo proximo, quod suum est. *Scot. ibid. l. B.*

104 Int. Num liceat zelare magis pro fama sua, quam

quam pro fama proximi? Resp. quod quilibet tenetur ad conseruationem magis famæ propriæ quando sibi iuste competit, quam alterius, tamen, quando sibi competit iniuste, alteri vero iuste, tenetur potius ad conseruationem famæ alterius, quam propriæ, ideo si fuerit aliquis accusatus de falso crimine, tunc accusator tenetur iuste ad famam illius, & iniuste ad famam propriam, quia mentitus; & quia publice mentitus est, publice etiam se debet retractare. *Scot. ibid. l. C. H.*

105 Int. Vtrum liceat infamare se ipsum? Resp. affirmatiuè, loquendo indirectè, & tunc fit, quando accusator ostendit directè innocentiam alterius, cui tenetur in hoc, & indirectè nocentiam sui, propter crimen falsum iniuste impositum; tamen non dicitur propriè diffamatus, sed solum amouet falsam laudem, quia iste per mendacem accusationem est indignus. *Scot. ibid. l. C.*

106 Int. Sortes per exemplum, tribus uidentibus, fornicatus est, qui eum accusant, quaritur, num diffament illum? Resp. negatiuè, quia ipse se diffamauit in facto illo publico, scilicet fornicando; nam quilibet committendo quodcumque crimen publicè, incurrit læsionem dignitatis, & sic, quantum est in se, a mitit famam; nec publicatio illa postea, per quam notificatur illa læsio, aufert sibi famam, sed tantummodo facit deuenire magis in publicum illud, quod ex natura actus commisit prius simpliciter erat publicum. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 4. l. C.*

107 Int.

107 Int. Est aliquis, qui non imponit in publico crimen alij, sed murmurat, vel indiscrete loquitur, vel alicui coram multis narrat non tanquam libi certum, sed dicit sic audiuisse, numquid tenetur ad famæ restitutionem? Resp. quod si simpliciter dicit se audiuisse, tunc non aufert ex natura actus, scilicet relationis, in aliorum opinione famam illi, qui si audientes firmiter concipiunt illum, de quo fit sermo, esse criminolum, leues sunt, quia, qui citò credit, leuis est corde; si autem ex modo dicendi aliquam maiorem certitudinem ostendat, quam fit ex communi relatione, & cum animo lædendi illum, non potest excusari, quin faciat contra charitatem, & per consequens peccet mortaliter. At si solum ex inconsideratione dixerit, durum uidetur, quod excedat genus peccati uenialis, quia lingua in lubrico posita est. *Et qui non offendit in uerbo, hic perfectus est. Iacob. cap. 3. Periculum tamen est talia audita ex aliorum relatu eis referre. Scot. ibid. l. D.*

108 Int. Vtrum si quis proponit peccatum occultum, quamuis verum, non seruato ordine Iuris, tenetur ad restitutionem famæ? Resp. quod ille non tenetur retractare uerbum suum, quod proposuit, quia hoc faciendo, mentiretur, cum sciat illud, quod dixit, esse uerum; non enim tenetur mentiri propter quodcumque bonum reddendum alteri, sed tenetur modo licito reddere illi famam. *Scot. ibid. l. E.*

Pp

109 Int.

109 Int. Quomodo potest, & debet reddere illi famam? Resp. potest per huiusmodi verba, non credatis eum esse talem; male enim dixi, fatuè dixi, quæ verba vera sunt; nam male dixi, fatuè dixi, quia non seruato ordine iuris, dixi; dixi enim in publico, quod non erat verum publicum. Quæ persuasio, scilicet non reputeris istum malum, bona est, quia quilibet præsumendus est bonus, donec probetur contrarium iuxta illud *Extr. de serm. in ordin. faciend. cap. vnic. ex parte tua. In quantum humana fragilitas nosse solet, cum illum, quem indignum esse non nouit, dignum debeat estimare.* Cùm autem ille non sit probatus malus coram audientibus, bonum est persuaderi eis, quod ipsi non reputent eum indignum, nec malum. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 4. l. E.*

100 Int. Vtrum negans peccatum sibi impostum publice, quamuis occultum, teneatur ad famæ restitutionem personæ imponenti, cùm, negando, notet illum de calumnia? Resp. quod negans non tenetur retractare negationem suam, quia negauit in publico peccatum occultum; Reus enim non tenetur statim in iudicio confiteri se reum, nondum convictus; tenetur tamen per quedam verba sobria, vt dicendo, non habeatis eum pro calumniatore, quia credo, quod habuit bonam intentionem, fortè credidit se probare intentum suum, sed deceptus est; & his similia, nam negans publicantem, & accusantem non aufert illi famam, nisi indirectè, quia eum indirectè de calumnia notat. *Scotus ibid. l. F.*

¶ Int,

111 Int. Vtrum negans peccatum, sed priuatum in publico ei impostum, peccet mortaliter? Resp. licet videatur, quod iste mentiatur pernicioso mendacio contra accusantem, & Republicam, quia Respublica impeditur propter eius mendacium a punitione iusta; tamen, vt habetur *Deuteron. c. 16. Insit, quod insitum est, exequeris* Respublica non omnia mala debet punire, sed bene, illa, quæ coram Iudice sæculari sufficienter probari possunt, & ideo non læditur Respublica per talem negationem, si Diuinum iudicium excedat iudicium eius, vt aliqua peccata referuntur iudicio Diuino, & talia sunt peccata occulta, super quæ non potest iustum iudicium Respublicæ; quia homo videt ea, quæ parent.

Deus autem intuetur cor. Reg. 1. cap. 16.

Scot. ibid. lit. F.



DE
PECCATORE
RECIDIVANTE.

TIT. XII.

Inter quosmodi-
Nt. quot modis intelligitur peccatum? Resp. dupliciter intelligitur; vno modo, vt est ipsa inordinatio actualis, & sic dicitur culpa in actu; alio modo, vt est obligatio ad poenam, sequens illum actum, & dicitur reatus sequens ex illa culpa. *Scot. 4. sent. dist. 22. q. vn. l. a. A.*

2 Int. Vtrum sit vera illa propositio D. August. lib. 83. *Quasi. 9. 3.* dicentis, *de auctore nemo sit auctor?* Resp. quod est vera quantum ad malum culpae, non autem quantum ad malum poenae, nam quilibet obligatus ad poenam fit talis per actum voluntatis Diuinae. *Scot. ibid. l. B.*

3 Int. Vtrum Deus de potentia absoluta possit reducere obligationem alicuius ad eandem poenam, quae prius? Resp. affirmatiue, non solum in recidivante,

vante, sed etiam in non recidivante; & non solum ad eandem poenam, sed etiam ad eandem obligationem, quia actus Diuinae voluntatis obligantis ad poenam illam non dependet a peccato extrinseco recidivanti. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vn. l. D.*

4 Int. Vtrum de potentia Dei ordinata possit in recidivante idem peccatum redire quo ad poenam? Resp. negatiue, nam D. August. exponens *Pf. 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata.* dicit, *id est non amplius videri ad vindictam.* & vt habetur *Nahum. cap. 1. Non iudicabit Dominus bis in idipsum,* & ideo non potest redire obligatio ad eandem poenam, nec eadem obligatio ad poenam, postquam fuerit extincta; quia, vt habetur *de Penit. dist. 4. can. 24. Diuina clementia. Diuina clementia dimissa peccata, in ultionem ulterius redire non patiuntur.* *Scot. ibid. l. E.*

5 Int. Vtrum bona opera mortificata per peccatum mortale, post in resurgente a peccato reuiuiscant? Resp. affirmatiue; sic dicit D. Aug. *De Penitentia d. 2. & ponitur in litera dist. 3. can. 45. Pium est. Pium est credere & nostra fides exposulat vt cum gratia Christi destruxeris mala priora in homine, etiam remuneret bona, & cum destruxeris, quod suum non inuenit, amet, & diligit bonum, quod etiam in peccante plantauit.* *Scotus ibidem lit. F.*

6 Int. Quare non reuiuiscunt mala ad punitionem? Resp. quia mala totaliter extinguuntur, ita quod nec in se, nec in intellectu, vel voluntate Diuina

una remanent in ordine ad vindictam; unde dicit Augustin. in *Can. de Punit. d. 3. can. 32. Adhuc infans perfidi Constat ei multum peccata asplicere, qui semper præitio est ea destruire, si enim ea amaret non ita semper destrueret, sed conseruaret.* Scot. *ibid. l. F.*

7 Int. Quare reuincunt bona ad præmiationem? Resp. hoc esse propter superabundantem bonitatem, & miseri cordiam Diuinam, quia bona semper viuunt in eius acceptationem, loquendo de bonis meritorijs; & semper esset eis præmium retribuendum, nisi esset indispositio recipientis propter nouam culpam. Scot. *4. sent. d. 22. q. vii. l. F.*

8 Int. Quomodo manet ius ad vitam æternam illi, qui habet opera mortificata? Resp. quod manet ius ad æternam gloriam post opera meritoria mortificata per peccatum, non tamen actio ad illam, & hoc propter impedimentum, quia scilicet est inimicus ob peccatum mortale commissum post opera bona facta, sed cessante inimicitia illa, que fuit contracta per peccatum, non reddit nouum ius ad gloriam, sed competit actio ad illam secundum antiquum. Scot. *ibid. l. F.*

9 Int. Quare non manet in Deo ius ad vindicandum ob peccata commissa, de quibus fuerit confessus? Resp. hoc esse, quia Deus sic perfecte tenet peccata illius, & remittit, vt nec ius, nec actio sibi remaneat ad vindicandum. Scot. *ibid. l. F.*

10 Int. Vtrum si conforme iustitiæ Diuinæ, quod de peccato remisso non remaneat ius ad vindicandum?

dum? Resp. quod aliquo modo potest reduci ad Diuinam iustitiam; quia peccatum non remittitur, nisi ad minus pœnæ æternæ debitum commutetur in debitum pœnæ temporalis, qua commutatione facta, numquam regulariter remittitur illa culpa, nisi illa pœna correspondens soluat, vel in se, vel in pœna æquivalenti, & per consequens remissio peccato mortali in se primo, & in pœna soluta, nihil iuris post remanet, per quod ab illo sit exigenda pœna aliqua pro illo peccato. Scot. *ibid. l. F.*

11 Int. Quid dicendum est de iure ad vitam æternam post merita mortificata, remanet ne post peccatum? Resp. quod semper remanet potest meritum ius ad vitam æternam, quia dignitas ista ad bonum æternum non commutatur secundum iustitiam in bonum temporale, & ideo numquam expirat illud ius quousque bonum æternum sit solutum, quod non potest solui in viatore, dum est viator, hinc est, quod semper manet illud, & quamuis videatur extinctum propter peccatum mortale, tunc tamen non tollitur ius, sed ei non competit executio iuris sui. Scot. *4. sent. d. 22. q. vii. l. F.*

12 Int. Quanam est differentia inter mala ad punitionem, & bona ad præmiationem? Resp. hæc est differentia, quia mala possunt puniri temporaliter, & sufficienter, si pœna æterna sit commutata in pœnam temporalem; sed bona meritoria non possunt præmiari sufficienter per talem commutationem temporalem, & nisi ipsum præmium æternum sit collatum,

tum, quod numquam sit viatori, & sic semper remanet ius sibi saluum ad gloriam? quod acquisiuit per illa merita. *Scotus ibid. l. G.*

13 Int. Vtrum resurgens à peccato habeat plura merita, quam prius habebat ante peccatum? Resp. quod resurgens plura merita habet in acceptatione Diuina, quam habuit, quando cædit, & per consequens ad maiorem gloriam ex ea parte ordinatur; sed tamen non oportet eum resurgere in maiori gratia, quia maior, vel minor gratia nunc datur secundum eius dispositionem, intense, vel remisse detestando peccatum commissum. *Scotus ibid. lit. H.*

14 Int. Vtrum gloria correspondeat merito vel gratiæ? Resp. quod correspondet utique (quamuis non oporteat, quod gratia correspondeat meritis, quia habens plura merita non est semper in maiori gratia) hoc est, maiori gratiæ sine meritis correspondet maior gloria, quam minori gratiæ; similiter maiori merito adiuncto, est quod gratia non augetur, correspondet gradus gloriæ ultra illum gradum, qui respondet illi gratiæ præcisè. *Scot. ibid. lit. H.*

15 Int. Vtrum ex hoc, quod resurgens habet plura merita, possit dici, quod recipiat commodum de suo lapsu? Resp. quod non commodum, sed magnum incommodum habet, non solum, quia peccauit, sed etiam quia totum tempus, quo mansit in peccato est sibi perditum, quo tempore potuisset

tuisset merita multiplicasse, si tunc mansisset in gratia. *Scot. ibidem l. H.*

16 Int. Vtrum illi, qui resurget à peccato, redeat ius ad gloriam, quæ debebatur gratiæ, sicut ad gloriam, quæ debetur meritis? Resp. quod non, quia priora merita viuunt in acceptatione Dei; ideo redit ius resurgenti, (loquendo quantum ad actionem) sed prima gratia habita ante peccatum non reuiuiscit per penitentiam, & non redit sibi dignitas ad gloriam, quæ debeatur ei, & ratio est, quia prima gratia prior fuit tantum donum Dei; merita autem erant aliquo modo opera hominis, & ideo illa sunt semper salua in acceptatione Dei, gratia verò non. *Scot. 4. sent. d. 21. q. vii. l. H.*

17 Int. Vtrum dignus maiori gloria correspondenti meritis aliquando damnetur, & dignus minori gloria correspondenti gratiæ saluetur? Resp. loquendo de digno non propinquo, sed remoto, scilicet secundum ius suspensum per peccatum mortale, damnatur, quamuis sit dignus maiori gloria; dignus verò minori gloria per gratiam saluetur, quia habet ius non suspensum, & ratio est, quia inimico, dum est inimicus, quæcumque bona præterita non sufficiunt ad præmium consequendum; unde ad consequendam gloriam, quæ debetur meritis, requiritur gratia correspondens, quæ facit ut homo sit propinque dignus vita æterna. *Scot. ibid. l. l.*

18 Int. Vtrum propter opera meritoria remissè facta aliquid correspondeat? Resp. affirmatiuè; quia,

quia, quamvis per illa opera sic remissa non statim augeatur gratia, tamen singulis in acceptatione Diuina correspondet determinatus gradus gloriæ; quamvis enim ille, qui remisit operatur, per opus suum non habeat maiorem gratiam, quam vnus dormiens, non tamen frustra operatur remisit, sed excedit dormientem in opere, quod dignus est bono æterno, quo bono dormiens non est dignus. *Scot. ibid. l. H.*

19. Int. Vtrum per opera mortificata possit quis mereri aliquam gratiam? Resp. quod neque minimam gratiam mereri potest, alioquin, qui cecidisset a multis meritis, iam merisset, vt resurgeret ab illo lapsu per primam gratiam sibi conferendam propter illa merita, quod non est dicendum. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vii. l. I.*

20. Int. Vtrum bona mortificata iuuent ad resurgendum à peccato? Resp. affirmatiue; nam, & si omnino nihil faciant in acceptatione Diuina ad primam gratiam dandam illi lapsu, quia secundum strictam iustitiam ille inimicus Dei non est dignus de propinquo ad aliquam gratiam, & gloriam; tamen excellens misericordia Dei propter præcedentia merita, licet mortificata, citius dat gratiam ad resurgendum; vnde sicut perfectior grauius cadit propter maiorem ingratitudinem, ideo citius resurgit propter Dei benignitatem merita prædicta ad hoc aequaliter acceptantem; vt narratur de quodam viro valde perfecto, qui ob facinora morti adiudicatus, misericordissimè fuit visitatus à Deo, ac illi perfectissima pec-

nitentia subito inspirata est; ideo semper bene, & meritorie agendum est pro viribus, quia siue mansurus sit, siue lapsurus, merita illa non erunt in obliuione totaliter apud Deum. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vii. l. K.*

21. Int. Vtrum peccatum commissum redeat in recidivante? Resp. affirmatiue, quia redit tamquam circumstantia aggrauans propter ingratitudinem, quoniam cum peccatori per peccatum mortale non debeat Deus nisi penam si confert gratiam, vel minimam, vel æqualem gratiæ collatæ alteri innocenti, hoc erit donum, maximè, gratuite, & liberaliter datum; vnde offendens Deum post tale donum, propter ingratitudinem grauius peccat. *Scot. ibid. l. L.*

22. Int. Quisnam grauius peccat innocens, vel recidivans? Resp. quod tam recidivans, quam innocens grauius peccant circumstantia ingratitudinis, quæ circumstantia potest esse in vno minus, vel magis grauis; tamen cadere ab innocentia simpliciter magis aggrauat, quam cadere à penitentia, quia maior ingratitudo. *Scot. 4. sent. dist. 22. q. vii. l. N. P.*

23. Int. Quod est maius beneficium à Deo datum homini, conseruatio innocentiae, vel inspiratio ad penitentiam? Resp. simpliciter loquendo, maius beneficium Diuinum est conseruare innocentiam, quam post peccatum concedere penitentiam; vnde maius beneficium Christus suæ Matri præstitit, quam Magdalene, hinc singularis gloria, & ornatus

erit in Beatis numquam cecidisse in peccatum. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vn. l. N.*

24 Int. Vtrum Deus plus donet penitenti, quam innocenti? Resp. quod accipiendo donare pro voluntarie, & liberaliter communicare; plus donat Deus innocenti, quam penitenti; sed accipiendo donare pro remittere, plus donat penitenti, quam innocenti, quia innocens non habet, quod sibi remittatur. *Scot. ibid. l. O.*

25 Int. Vtrum recidivans peccet pluribus peccatis? Resp. quod possibile est, quod recidivans peccet pluribus peccatis, si ex deliberatione agat contra legem communem, contra legem gratitudinis, & contra legem promissi de non amplius cadendo; tamen communiter non sic peccatur, quia peccans communiter non appetit nisi delectationem, licet inordinatè, & vellet illi delectationi non esse annexas tot prohibitiones, & isto modo omni peccato coniungitur inobedientia, contemptus, odium Dei, ingratitude, & huiusmodi; non quod peccator habeat tunc actum elicitem pertinentem ad singula istorum, sed implicite, in quantum vult aliud, ad quod quodammodo concomitantur hæc omnia; tamen possibile est recidivantem peccare vnicui peccato, seclusa, inquam, illa deliberatione prædicta. *Scot. ibid. l. P.*

26 Int. Vtrum gravitas circumstantiæ possit æquiparari gravitati novi peccati? Resp. negativè; nulla enim culpa est ita gravis ratione alicuius un-

DECA

næ circumstantiæ, sicut est gravis in se, & in propria malitia; nec fortè in centesimo gradu potest vna alteri æquiparari circumstantia tamen ingratitudinis, & promissi aggravat peccatum recidivantis, & tantò gravius, quanto bonum magis illi indebitum prius collatum fuit, & quanto pluries promisit; quod regulariter accidit in eo, qui pluries penituit. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vn. l. Q.*

27 Int. Undè pendet simpliciter maior gravitas in recidivante, ratione beneficii, vel ratione boni indebitè præstiti, vel ratione promissionis pluries factæ de non cadendo? Resp. quod absolute gravius est ratione beneficii, quia plus ligat præceptum legis naturæ pertinens ad gratitudinem, quam obligatio illa nova contracta per promissionem de non amplius cadendo, dummodo præceptum illud, *seruare promissum*, non magis obliget, quam istud, præceptum, *esse gratus beneficienti secundum gradum in benefaciendo*. *Scot. ibid. l. K.*

28 Int. Vtrum recidivantem oporteat in speciali confiteri præcedentia peccata tamquam circumstantias aggrauantes? Resp. quod quamvis hoc fieri sit licitum, & fortè utile, tamen non videtur necessarium illa confiteri in speciali; quia in quantum aggrauant, possunt sufficienter exprimi in Confessione absque expressione illorum peccatorum prius dimissorum in speciali, scilicet dicendo: *De multis & magnis peccatis alias penitui, & credo, quod Deus mihi remisit, & ideo nunc sui magis in-*

GRA-

gratus in peccando. Scot. *ibid.* l. R.

29 Int. Si peccata non redeunt quò ad obligationem, quomodo intelligitur illa Parabola Saluatoris de seruo, cui fuit dimissum debitum, & postea fuit in carcere positus, donec redderet vniuersum debitum? Resp. quòd illa Parabola Matth. cap. 18. vult ostendere, quòd eadem poena exigitur à seruo nolente misereri, & dimittere conseruo suo, quæ fuisset ab eo exacta propter delictum principales; & quòd dicitur de carcere, intelligitur de poena damnationis, quam etiam recidiuans incurrit per nouum peccatum, quam habuisset per priora peccata, & postea dimittas quæ poena dicitur æqualis quantum ad durationem, non quantum ad intensiorem; sic itaque redit obligatio noua per nouum peccatum, sed aggravata per remissionem illorum peccatorum præteritorum. Scotus 4. sent. d. 22. q. vn. l. S.

30 Int. Quomodo intelligitur illa auctoritas Iacob. cap. 2. *Qui offendit in vno factus est omnium reus?* Resp. quòd intelligitur quantum ad damnationem, quæ est poena generalis omnium peccatorum mortalium, id est, *factus est omnium reus*, quò ad poenam, quæ est communis omnium peccatorum mortalium; non autem quantum ad speciales grauantes singulorum. *Vel factus est omnium reus*, quò ad auersionem à fine vltimo, quæ communis est omni peccato mortali. Scot. *ibid.*

dem lit. S.

DE

DE
CLAVIBVS.

TIT. XIII.



Int. Quid est Clavis Ecclesie?
Resp. secundum nomen, Clavis est potestas, quæ reperitur in sententiæ tamquam immediatum principium, siue instrumentum sententiandi, quæ sententiæ dicitur aperitio. Scot. 4. sent. d.

19. q. vn. l. a. A.

2 Int. Quare talis potestas dicitur Clavis? Resp. dicitur Clavis per similitudinem, quia, sicut Clavis materialis est proximum instrumentum aperiendi, & claudendi ostium, per quòd intratur in domum; sic per potestatem sententiandi aperitur Regnum Cælorum; & sicut aperitio ostij non est Clavis, nec aperiens, nec dignitas personæ, cui aperitur, dicitur Clavis, sic nec sententiæ definitiua, nec aperiens, scilicet Sacerdos, nec meritum personæ, cui aperitur, dicitur Clavis, sed solum illa potestas, quamuis illa tria reperiantur in Eccle-

cle.

gratus in peccando. Scot. *ibid.* l. R.

29 Int. Si peccata non redeunt quò ad obligationem, quomodo intelligitur illa Parabola Saluatoris de seruo, cui fuit dimissum debitum, & postea fuit in carcere positus, donec redderet vniuersum debitum? Resp. quòd illa Parabola Matth. cap. 18. vult ostendere, quòd eadem poena exigitur à seruo nolente misereri, & dimittere conseruo suo, quæ fuisset ab eo exacta propter delictum principales; & quòd dicitur de carcere, intelligitur de poena damnationis, quam etiam recidivans incurrit per nouum peccatum, quam habuisset per priora peccata, & postea dimittas quæ poena dicitur æqualis quantum ad durationem, non quantum ad intensiorem; sic itaque redit obligatio noua per nouum peccatum, sed aggravata per remissionem illorum peccatorum præteritorum. Scotus 4. sent. d. 22. q. vn. l. S.

30 Int. Quomodo intelligitur illa auctoritas Iacob. cap. 2. *Qui offendit in vno factus est omnium reus?* Resp. quòd intelligitur quantum ad damnationem, quæ est poena generalis omnium peccatorum mortalium, id est, *factus est omnium reus*, quò ad poenam, quæ est communis omnium peccatorum mortalium; non autem quantum ad speciales grauantes singulorum. *Vel factus est omnium reus*, quò ad auersionem à fine ultimo, quæ communis est omni peccato mortali. Scot. *ibid.*

dem lit. S.

DE

DE
CLAVIBVS.

TIT. XIII.



Int. Quid est Clavis Ecclesie? Resp. secundum nomen, Clavis est potestas, quæ reperitur in sententiæ tamquam immediatum principium, siue instrumentum sententiandi, quæ sententiæ dicitur aperitio. Scot. 4. sent. d.

19. q. vn. l. a. A.

2 Int. Quare talis potestas dicitur Clavis? Resp. dicitur Clavis per similitudinem, quia, sicut Clavis materialis est proximum instrumentum aperiendi, & claudendi ostium, per quòd intratur in domum; sic per potestatem sententiandi aperitur Regnum Cælorum; & sicut aperitio ostij non est Clavis, nec aperiens, nec dignitas personæ, cui aperitur, dicitur Clavis, sic nec sententiæ definitiua, nec aperiens, scilicet Sacerdos, nec meritum personæ, cui aperitur, dicitur Clavis, sed solum illa potestas, quamuis illa tria reperiantur in Eccle-

cle-

clētia, & in tali aperitione. *Scot. 4. sent. dist. 19. quest. vn. l. a. A.*

3 Int. Quid est Clauis secundum rem? Resp. est potestas iudiciaria sententiandi Cœlum huic esse aperiendum, vel esse apertum. *Scot. ibidem l. A.*

4 Int. Quoruplex est Clauis? Resp. triplex est Clauis, quia triplex est auctoritas; prima dicitur principalis simpliciter; secunda non principalis, sed præexcellens; tertia nec principalis, nec præexcellens, sed particularibus. *Scot. ibid. l. A.*

5 Int. Cui conuenit prima Clauis? Resp. Conuenit soli Deo, quia ipse solus est ex se iustus, imò ipsa iustitia, & sic primum iudicium illi, & non alteri potest conuenire, quia ipse est primus iustus, ac etiam, quia ipse est primus Præsidentis: Et sicut Deus non potest alijs communicare Diuinitatem, sic nec primum potestatem iudicandi, neque Clauem simpliciter principalem aperiendi Cœlum. *Scotus ibid. l. A.*

6 Int. Cui conuenit secunda Clauis? Resp. quòd proprie conuenit Christo Domino, & hoc quantum ad duplicem præminentiam; vnā scilicet in vniuersalitate caularum iudicandarum, & aliam in sententiæ definitiue firmitate; & ratio est, quia ipse nouit omnia omnium merita, & demerita, quæ sunt causæ, propter quas Cœlum est aperiendum, vel claudendum, & habet etiam voluntatem inseparabiliter conformem Diuinæ iustitiæ. *Scotus ibid. l. B.*

7 Int.

7 Int. Vtrum ista Clauis præcellens possit esse in Ecclesia militante? Resp. quòd saltem congruè non potest esse in Ecclesia militante, quia nullus in Ecclesia nouit omnes causas iudicarias, nec habet voluntatem immutabiliter iustam. *Scot. 4. sent. dist. 19. q. vn. l. C.*

8 Int. Cui conuenit tertia Clauis? Resp. quòd tertia Clauis particularis quantum ad causas cognoscendas, & non firma quantum ad sententiam ferendam, quia scilicet est aliquando reuocabilis, in Ecclesia militante, congruit esse in Sacerdote, qui potest causam nosse, & secundum legem Diuinam rectè iudicare, vt Hierarchia Ecclesiastica sit bene ordinata, & quòd vltima reducantur in primum per medium, & talis clauis aperiendi Cœlum, est auctoritas sententiandi particulariter, & nõ irreuocabiliter. *Scot. ibid. l. C.*

9 Int. Vtrum talis Clauis data sit in Ecclesia? Resp. affirmatiue, & probatur per illud Ioan. 20. *Quarum remisistis, &c.* & hæc rectè dicitur Clauis potestatis, quia auctoritas iudicandi rectè est potestas, cum iudicare sit præsentis. *Scot. ibid. l. D.*

10 Int. Vtrum in Sacerdote reperiatur potestas cognoscendi, siue Clauis scientiæ in causa rei confitentis, sicut reperiatur Clauis potestatis, scilicet auctoritas sententiandi? Resp. affirmatiue, quia vsus potestatis iudicandi non videtur rectus sine vsu auctoritatis cognoscendi, & quamuis hoc non sit

Rf

pro-

proximum instrumentum aperiendi, conuenit tamen in vnum cum instrumento, & sine isto non recte aperit, nec claudit, nam sine cognitione non recte quis sententiat Caelum aperiendum huic, vel claudendum. *Scot. ibid. l. D.*

11. Int. Vtrum ista Clauis conueniat Deo, & etiam Christo Domino? Resp. affirmatiue, nam sicut Clauis potestatis iudicandi est triplex, sic etiam est triplex Clauis scientiæ, scilicet principalis quæ conuenit soli Deo, qui principaliter peccata hominis cognoscit præexcelens, quæ conuenit Christo, qui cognoscit peccata hominis indefectibiliter; & particularis, quæ datur Sacerdoti, & hoc rationabiliter, quia, qui habet auctoritatem definitiue sententiandi in causa, habet etiam auctoritatem cognoscendi in illa causa. *Scot. 4. sem. d. 19. q. vn. l. E.*

12. Int. Vtrum possit committi auctoritas sententiandi sine Clauis scientiæ? Resp. affirmatiue, quamuis enim possit committi absque cognitione cause, vel sententiæ ad suum libitum, talis commissio non est rationabiliter facienda quia Commissarius in sententiando posset errare, cuiusmodi est omnis viator. *Scot. ibid. l. E.*

13. Int. Quid intelligitur per istam Clauem scientiæ? Resp. quod per huiusmodi Clauem non intelligitur actualis, vel habitualis scientia, vel discretio in quocumque cognoscendo, sed bene auctoritas cognoscendi, hoc est, inquirendi, vel examinandi causam rei, quæ, & si requirat scientiam, vel

discretionem concomitantem rectum usum eius, quemadmodum Clauis potestatis requirit aliquam iustitiam ad rectum usum; sui tamen sicut potestas iudicandi non est iustitia, imò potest esse sine iustitia, ita auctoritas cognoscendi in aliqua causa, non est scientia, sed potest esse sine ea, & sine discretionem cognoscendi. *Scot. ibid. l. E. N.*

14. Int. Quare ista dicitur Clauis scientiæ, si ad illam non requiritur scientia, nisi quantum ad rectum usum illius? Resp. dicitur Clauis scientiæ propter auctoritatem cognoscendi in causa, non propter actualem, vel habituales scientiam; tamen sicut sine iustitia ille, qui habet auctoritatem sententiandi, etiam facit, quod iacet ad suam potestatem, licet faciat indebitè, si sententiat; sic habens auctoritatem cognoscendi, si sine scientia aliquid attendet, aliquid facit sed indebitè propter carentiam scientiæ. *Scot. ibid. l. E.*

15. Int. Vtrum istæ duæ Clauis, potestatis, & scientiæ sint distinctæ à charactere Sacerdotij? Resp. affirmatiue, quia vna potest esse sine alij; nam in Cena Apostoli accepertunt potestatem conciliandi Corpus Christi, quando à Domino dictum est eis, *Hec facite in meam commemorationem*, &c. Luc. cap. 22. Potestas autem Clauium data fuit, quando eis dixit, *Quorum remiseritis, &c.* Ioan. cap. 20. vnde apparet fuisse distinctas, & diuersas potestates, quod etiam nunc aperte apparet, quia Episcopus prius dicit Clerico ordinando, *Accipe potestatem consuecendi,* vel

vel celebrandi Missam, tam pro uiuis, quam pro defunctis, dans ei Calicem; deinde, quibuldam interpolitis, ponens manum super caput eius, dicit, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisit, &c.* & confirmatur, quia potestas Sacerdotij est ad Corpus Christi verum; Clauis uero ad Corpus Christi mysticum. *Scot. 4. sent. d. 19. q. 20. l. E.*

16 Int. Vtrum istae sint duae Clauis distinctae? Resp. affirmatiue, nam ex verbis Christi habetur; quod sint duae, scilicet, *ibi dabo Clauis*, Matth. cap. 16. Quod sint distinctae, patet, quia Deus potest de sua potentia absoluta illas separare, sicut habetur in humanis; nam in xidens potest committere potestatem cognoscendi in causa, non committendo auctoritatem sententiandi in causa, sicut solent facere saepe saepius superiores nostri; sicut etiam potest committere potestatem sententiandi sine cognitione causae, sic Deus potest committere auctoritatem cognoscendi sine auctoritate sententiandi alicui habenti uoluntatem obliquabilem. *Scot. ibid. l. F.*

17 Int. Quid dicendum de potentia ordinaria, & de facto? Resp. quod de facto, & de potentia ordinata committitur utraque potestas, & Clauis cuiuslibet Sacerdoti Ecclesiastico completa ordinato. *Scot. ibid. l. G.*

18 Int. Vtrum Sacerdos esset perfectus ordinatus, si daretur ei tantum potestas celebrandi, & non absoluendi? Resp. quod non esset complete ordinatus quantum ad ueramque auctoritatem. *Scot. ibid. l. G.*

19 Int.

19 Int. Vtrum sint duo Characteres, sicut sunt duae auctoritates? Resp. quod potest affirmari auctoritatem consociendi Corpus Christi, & potestatem sententiandi, & cognoscendi esse duos characteres, & distinctos, utrumque imprimi in signo proprio sensibili significante illud inuisibile; primus enim imprimitur in datione Clerici cum illis uerbis, *Accipe potestatem celebrandi*, &c. secundus uero in impositione manuum cum illis uerbis, *Accipe Spiritum Sanctum*, &c. vel potest dici, ad tollendos tot Characteres, quod Character Sacerdotij est dispositio ad ipsas Clauis, vel saltem collatio unius non separatur a collatione alterius. *Scot. 4. sent. d. 19. q. 20. l. G.*

20 Int. Vtrum duae Clauis iam declaratae, sint etiam duo Characteres? Resp. quod posito hoc, quod utraque illarum potestatum, scilicet consociendi Corpus Christi, & sententiandi, sint duo Characteres, potest etiam dici, quod potestas cognoscendi, & auctoritas sententiandi sint duo Characteres correspondentes duabus Clauibus. *Scot. ibid. l. G.*

21 Int. Quenam est prior potestas collata in ordine, potestas consociendi, vel potestas absoluendi? Resp. uidetur quod prius tempore Sacerdos suscipiat potestatem consociendi, quam potestatem absoluendi, quia prius Episcopus dicit ordinato, *Accipe potestatem consociendi, vel celebrandi Missam tam pro uiuis, quam pro defunctis*, dans ei Calicem, & deinde quibuldam interpolitis, imponens manum super caput

put eius dicit, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris. &c. Scot. ibid. l. E.*

22 Int. Vtrum potentia absoluendi sit potentia propinqua, & impedibilis? Resp. quod non est potentia propinqua, sed remota, & potest impediri à suo superiore; nam Sacerdos non habet ex ordine materiam correspondentem, puta, peccatorem, sed oportet aliquem subditum sibi dari, in quem exercet iurisdictionem; non solum ad hoc, vt ritè absoluat, sed etiam ad hoc, vt simpliciter absoluat, & aliter si absolueret nihil faceret, quia sententia à non suo Iudice lata nulla est. *Extr. de Reg. iur. in 6. reg. 26. Ea, que sunt. Scot. 4. sent. dist. 19. quest. vn. l. H. N.*

23 Int. Vtrum potestas consociendi Corpus Christi sit propinqua? Resp. affirmatiue, nam Sacerdos prohibitus, si attentet consecrare, consecrat, quia habet materiam correspondentem, nempe panem triticeum in natura, nec potest impediri, quia semper facit, quod intendit. *Scot. ibid. l. H.*

24 Int. Vnde oritur ista differentia inter potestatem absoluendi, & potestatem consociendi Corpus Christi? Resp. differentia, siue dissimilitudo potest esse ex hoc, quia à principio nulli nocuit, nec ordinationi Ecclesie, quod quicumque Sacerdos quacumque materiam consecraret, sed bene nocuisset, si per collationem Clauium in ordine quilibet Sacerdos fuisset Iudex cuiuscumque penitentis, & potuisset quantumcumque prohibitus exequi actum

actum Clauis, quia in hoc talis Iudex posset facere præiudicium alteri Iudici, cuius ille peccator penitens est subditus. *Scot. ibid. l. H.*

25 Int. Quomodo correspondet materia potentie actiue absoluendi, siue Clauis? Resp. quod correspondet pro materia peccator subditus vt absolubilis, vel peccator subditus penitens, non penitens quicumque. *Scotus ibidem l. I.*

26 Int. Vtrum sit alia Clauis in Ecclesia præter istas assignatas? Resp. affirmatiue, nam in Ecclesia est duplex forus, vnus secretissimus & est ille, in quo idem est accusator, & reus, ad quem pertinent Clauis prædictæ. Alius forus est publicus, quia Ecclesia habet auctoritatem corrigendi delicta publica, & ad hunc requiritur duplex auctoritas correspondens duplici auctoritati prædictæ, & huiusmodi auctoritates possunt dici Clauis. *Scot. ibid. l. K.*

27 Int. Vnde colliguntur istæ Clauis in scriptura sacra? Resp. hoc habetur ex Matth. cap. 18. vbi Christus dixit Petro, *si peccauerit in te frater tuus, &c. & sequitur, dico Ecclesia, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicuti Ethnicus, & publicanus, ac sequitur, Amen dico vobis quacumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælis, & quacumque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælis, quam solutionem, & ligationem Ecclesie factam in foro publico approbat Deus, quæ qui contemnit, habendus est sicut Ethnicus, & publicanus. Scotus 4. sentent. dist. 19. quest. vn. l. K.*

28 Int. Quid operatur in hoc foro publico talis Clauis? Resp. quod in isto foro clauditur Ecclesia, idest communio fidelium per excommunicationem, & aperitur per absolutionem ab excommunicatione, seu per reconciliationem. *Scotus ibidem lit. K.*

29 Int. Vtrum istæ Clauis scilicet sententiandi, & cognoscendi in foro publico sint eadem cum prioribus Clauibus? Resp. negatiuè, quia istæ separantur ab illis, nam in aliquibus, vt in Archidiacono, & alijs habentibus iurisdictionem secundum ordinationem Ecclesiæ, sine Sacerdotio reperitur illa potestas, & e conuerso in communibus Sacerdotibus, non est ista potestas excludendi ab Ecclesia, vel reconciliandi, vnde manifestum est esse separabiles Clauis in utroque foro, quamuis ad hoc, vt sit hierarchia Ecclesiæ, idest in principatu eminente, oportet, quod habeat illa Clauis exteriore, & cum hoc præsupponitur, quod habeat interiores; vnde nullus ordinatur Episcopus, nisi prius fuerit ordinatus in Sacerdotem. *Scotus ibidem lit. L. N.*

30 Int. Vtrum Sacerdos peccator possit per Clauis absoluere? Resp. affirmatiuè, quamuis non dignè, nec rectè: dat enim Deus dignè poscenti benedictionem, etiam per ministrum indignum; vnde dicit August. in hb. quæst. nou. & veter. Testamenti quæst. 11. *Voluntas Sacerdotis obesse, vel prodesse non potest, sed meritum benedictionem possentis.*
Scot.

Scot. ibid. l. N. Liber iste deprehensus est non esse Augustini.

31 Int. Vtrum potestas Clauium se extendat ad pœnam temporalem, & æternam? Resp. quod Sacerdos delet maculam, & pœnam mortis æternæ, at instrumentaliter, non attingendo illum effectum propria virtute, vel virtute alterius, sed solum attingendo aliquod prius, quod est dispositio necessitans ex Diuina pactione ad dictum effectum; loquendo autem principaliter, hoc solum conuenit Deo, scilicet principaliter mundare, remittere debitum, & attingere effectum, nec potest Sacerdoti hæc potestas conuenire. *Scot. 4. sentent. diff. 18. quæst. vn. lit. B.*

32 Int. Quid facit Euangelicus Sacerdos in absolutione peccatoris? Resp. non solum Sacerdos peccatorem mundatum ostendit pro illo instanti, pro quo intelligitur sua absolutio, sed etiam cum hoc ostendit, quod illa ostensio est dispositio præuis, & necessaria ad illud, quod ostenditur, & hæc est excellentia Sacramentorum nouæ legis, quod eorum susceptio est dispositio sufficiens ad gratiam, cuiusmodi non erat susceptio legalium; talia enim non erat dispositio efficax ad mundationem corporalem lepræ, vel huiusmodi sceditatis. *Scot. ibid. lit. B.*

33 Int. Quænam est differentia inter Sacerdotem legalem, & nostrum? Resp. hanc esse differentiam.
§ s

rentiam, quia Sacerdos legalis solum exercebat aliquid, quod erat signum rememoratiuum mundationis lepræ, & nihil exercebat, quod esset signum pronosticum efficax respectum mundationis sequentis; Sacerdos verò Euangelicus exercet actum, qui est signum pronosticum efficax mundationis sequentis pro illo instanti, pro quo ille à Deo, & ab Ecclesia est absolutus. *Scot. ibid. l. A.*

34 Int. Vtrum poena assignanda pro peccato debeat esse correspondens culpæ? Resp. quod debet esse correspondens, sed non in gradu indiuisibili, ita quod non possit minor, vel maior dari nam in ista iustitia punitiua, quæ est commutatiua poenæ pro culpa, reperitur aliqua latitudo, infra quam minor poena non sufficit, & ultra quam maior poena non est imponenda; & extra talem latitudinem Clauis citra, vel ultra ligans, errat; sicut intra illam, licet sit magna, vel parua, non errat, & vocatur hoc medium rectæ rationis. *Scot. 4. sent. d. 18. q. vn. l. C.*

35 Int. Vtrum ratificetur à Deo sententia, & arbitrium Sacerdotis in absolutione? Resp. affirmatiuè, loquendo de poena intra latitudinem suam, in tantum, quod quicquid imponitur intra talem latitudinem, hic oportet implere, & si hic non impletur, exigetur residuum in Purgatorio, & si minus imponatur, & expletur, nihil minus exigetur in Purgatorio. *Scot. ibid. l. C.*

36 Int.

36 Int. Quomodo potest haberi hoc medium rectæ rationis? Resp. quod possibile est esse notum per legem Dei cum adiutorio rationis naturalis, ad quod medium tenetur Sacerdos in iudicando sine aliqua speciali gratia Dei, vel miraculo. *Scot. ibid. lit. C.*

37 Int. Vtrum poenitens teneatur adimplere poenam impositam sibi, quæ sit intra latitudinem Clauis? Resp. affirmatiuè, si velit se submittere Sacerdoti, & quantum ad absolutionem culpæ, & quantum ad susceptionem poenæ totalis correspondentis, quia tunc obligatur præcepto Ecclesiæ, cui se voluntarie submittit. *Scot. ibid. l. D. & dist. 18. quæst. vn. l. G.*

38 Int. Undè potest scire poenitens, quod illa poena excedat suam latitudinem, vel non? Resp. potest scire à lege Diuina, si fuerit peritus in ea per se, vel si non est peritus, post requirere hoc ab alio Confessario, de cuius prudentia magis confidit, vel si nolit sic se submittere alteri Sacerdoti, per suam industriam sufficit ad hoc quod iudicare possit de illa poena imposita, si sit condigna culpæ, an non, seruet, & adimpleat poenam sibi impositam, maximè si videatur excedere poenam condignam. *Scot. ibid. l. H.*

39 Int. Quid agendum si videatur poenitenti poenam impositam non sufficere? Resp. tutius est ad alium Confessarium prudentem accedere, quam exponere se Purgatorio, pro solutione maioris poenæ debi-

debitæ. *Scot. 4. sent. d. 18. q. vn. l. H.*

40 Int. Vtrum si pœnitens nollet recipere taxationem pœnæ totalis, sed secundum illam vellet se submittere manus Dei, vel hic, vel in Purgatorio, esset repellendus sine absolutione? *Resp. negatiuè, nam si pœnitens velit se submittere Sacerdoti quantum ad commutationem pœnæ æternæ in temporalem, & non quantum ad taxationem, non videtur repellendus; tunc enim recederet desperatus; nec videtur propter istam voluntatem non suscipiendi pœnam a Sacerdote illum esse in peccato mortali, cum de peccato conteratur, & velit puniri pœna condigna pro eo, & ab eo, cuius est intelligere eam iustè; licet eam sibi infligi nolit à Sacerdote, nec ipsemet velit eum recipere, vt sit Minister ipsius pœnæ infligendæ. *Scot. ibid. l. D.**

41 Int. Vtrum huiusmodi pœnitens possit dici inobediens Ecclesiæ? *Resp. negatiuè, quia potest se submittere arbitrio Ecclesiæ quantum ad iudiciũ illud pœnitentiale, ad quod necessariò tenetur se submittere, licet nolit se submittere illi sequenti. *Scot. ibid. l. D.**

42 Int. Vtrum iudiciũ pœnitentiale includat necessariò illam taxationem pœnæ? *Resp. negatiuè, & apparet per hoc, quòd manente tali iudicio vniformiter quantumcumque eodem, Sacerdotes Confessarij variant quantum ad taxationem. *Scotus ibid. l. D.**

43 Int. Vtrum si pœnitens nollet recipere pœnam

magnam correspondentem culpæ, & Sacerdos daret pœnam modicam extra latitudinem Clauis, talis pœnitens reciperet Sacramentum pœnitentiæ? *Resp. affirmatiuè, imò frequenter hoc faciunt Confessarij, quamuis illa sit improporcionata culpæ; at prædicunt pœnitenti, quòd residuum pœnitentiæ oportet soluere in Purgatorio, sicut etiam faciendum est, si nullam pœnam velit recipere propter resistentiam eius ad subsistendum. *Scot. ibid. l. D.**

44 Int. Vtrum Clauis scientiæ aliquando errat? *Resp. affirmatiuè, & tunc errat, quando à Confessario non bene requiruntur, nec bene examinantur illa, quæ pertinent ad iudiciũ. *Scot. 4. sent. diff. 18. q. vn. l. E.**

45 Int. Quenam sunt illa, quæ non debent requiri? *Resp. præcipuè esse aliquas circumstantias fatuas, quæ non aggruant, nec alleuiant, sed placent auribus prurientibus Confessarij, & similia. *Scot. ibid. l. E.**

46 Int. Quenam sunt illa, quæ debent à Confessario requiri? *Resp. præcipuè esse de attritione pœnitentis, & confitentis, ne tantummodo audiat eum, ac si narraret vnã historiam, vel fabulam. *Scotus ibid. l. E.**

47 Int. Vtrum Sacerdos requirendo illas fatuas circumstantias faciat rectum iudiciũ? *Resp. quòd requisitis circumstantijs non requirendis, dummodo Confessarius non omittat, sed requirat ea, quæ requi-*

requirenda sunt, potest facere rectum iudicium; & conuerso autem, omiſſa requiſitione diſplicitiæ pœnitentis, non potest ſequi rectum iudicium, niſi caſualiter. *Scot. ibid. l. E.*

48 Int. Quid dicendum de Sacerdote, ſi erret Clauis ſcientiæ? Reſp. quod ſi erret Clauis ſcientiæ exequendo non neceſſaria ad illam cauſam, vel illicita, Confeſſarius peccat; quamuis, ſi nihil omittat de neceſſarijs ad cognitionem cauſæ, potest iudicare; ſi verò erret Clauis, omittendo aliquid, quod eſt neceſſarium cauſæ ad cognitionem, & potiſſimè de attritione, vel contritione peccatoris pœnitentis peccat Confeſſarius, & non potest rectè iudicare, niſi à caſu. *Scot. ibid. l. F.*

49 Int. Vtrum ſi pœnitens oſtendat ſe dolentem, & ſit fictus, tunc erret Clauis ſcientiæ? Reſp. negatiuè, ſed pœnitens, cum recedat à vera pœnitentia, & cum nouo peccato, errat in ſui periculum, & iudicium Sacerdotis ratificatur in Cœlo, quia fecit, quod ſuum erat; nam vt homo non potuit cor videre, niſi per ſigna exteriora; ſed non ratificatur iudicium quantum ad illum ſuſcipientem, quia non eſt capax illius iudicij, ſicut oſtendit ſe capacem. *Scot. 4. ſent. d. 18. q. vn. l. F.*

50 Int. Vtrum ſi Sacerdos omiſit aliquid neceſſarium ad cauſam à caſu, & facit iuſtam ſententiam, ratificabitur in Cœlo? Reſp. quod ratificabitur quantum ad ſuſcipientem, dummodo non fuerit fictus, ita quòd ſufficiat illam pœnam imple-

te, ſed non ratificabitur ex parte Confeſſarij, quia peccat errando in omiſſione neceſſarij. *Scot. ibid. lit. F.*

51 Int. Vtrum ſtante poteſtate Clauis ſcientiæ ratificabitur arbitrium Confeſſarij? Reſp. circa ratificationem, quod aliquando ratificatur arbitrium ex vtraque parte, ſcilicet Confeſſarij; & pœnitentis, videlicet quando Confeſſarius fecit omnia neceſſaria prærequiſita ad arbitrium, & pœnitens habuit verum dolorem, & non fuit fictus; aliquando ratificatur ex parte Sacerdotis, & non pœnitentis, puta quando pœnitens fictè dolet; aliquando ratificatur ex parte pœnitentis, & non Sacerdotis, id eſt quando pœnitens verè pœnitet, ac dolet, & Sacerdos errat inquirendo. *Scot. ibid. l. F.*

52 Int. Vtrum ſi peccator per replicationem Confeſſionis pœniteat, & Sacerdos per replicationem abſolutionis, id eſt virtute Clauium, iudicet circa eadem peccata, poſſit tota pœna illi peccatori conueniens remitti? Reſp. quòd licet videatur aliquo modo probabilis pars affirmatiua, ſcilicet quòd ſecunda abſolutio ſit eiſdem virtutis cum prima; & quòd (dummodo admitatur valor Confeſſioni generali) habeat eundem valorem circa alteram partem pœnæ remittendæ; tamen probabilius videtur dicendum, quòd ſecunda abſolutio virtute Clauium, nullam partem pœnæ remittat, & ratio eſt, quia illud iudiciũ ſemel latum ſine errore, Deus ratificat in Cœlis, quod quidem eſt irreuocabile. *Scot. ib. l. G.*

53 Int. Vtrum tale iudicium sit illicitum, vel impossibile reiterari? Resp. quod non est illicitum, neque impossibile, sed tamen non est iterabile cum fructu, quem habet per primam vicem. Hæc experimus in sententijs definitiuis in foro litigioso, quibus absoluntur accusari, quando inueniuntur innocentes, nec deinde replicatur inquisitio, vt sit processus in ea dem causa; & si replicaretur per illam secundam sententiam non absolueretur, sed per primam; nam qui solutus est, amplius non soluitur, quia non soluitur nisi ligatus.

Scot. *ibid.* l. G.

DE
EXTREMA
VNCTIONE.

TIT. XIV.

Int. Quid est extrema vnctio? Resp. est vnctio hominis infirmi pœnitentis facta in determinatis partibus corporis cū oleo consecrato ab Episcopo, ministrata à Sacerdote simul verba certa cum intētionē debita profereute, ex institutione Diuina efficaciter significans

cu-

curationem finalem venialium. Scot. 4. *sent. dist.* 23. *quæst.* vn. l. B.

2 Int. Ad quid institutum est hoc Sacramentum? Resp. est institutum ad finalem remissionem venialium; nam peccata venialia non remissa essent impedimentum animæ; quod probatur per Iacob. *cap.* 5. *Si in peccatis est, remittuntur ei*, in qua auctoritate intelliguntur peccata venialia, & non mortalia, quæ non remittuntur, nisi in Baptismo, vel in pœnitentia. Scot. 4. *sent. d.* 23. *q.* vn. l. A.

3 Int. Vtrum illi, qui sunt in periculo, & se exponunt morti per extrinsecam violentiam, debeant hoc Sacramentum recipere? Resp. negatiue; nam qui se exponit periculo mortis in bello, vel in naufragio, non debet illud suscipere, sicut non debet dari cuiquamque, sed tantum infirmo periculo, ita quod probabiliter imminet sibi exitus de statu viatoris ad terminum. Scot. 4. *sent. dist.* 23. *q.* vn. *lit.* B.

4 Int. Vtrum non vtentes ratione possint hoc Sacramentum suscipere? Resp. negatiue; nam illi, qui non habent materiam pœnitentiæ, non possunt hoc suscipere Sacramentum, vt sunt pueri, perfectè innocentes, & illi, qui non habent pœnitentiæ de venialibus. Scotus 4. *sent. dist.* 23. *quæst.* vn. l. B.

5 Int. Vtrum furiosus, & amentibus sit hoc Sacramentum conferendum? Resp. negatiue, dummodo non præsumantur per voluntatem præcedentem

T t

ck-

expressam illud velle, in quo casu debet conferri.
Scot. ibid. l. C.

6 Int. In quibus corporis partibus fit vnctio in collatione istius Sacramenti? Resp. in illis partibus fit vnctio, in quibus sunt organa potentiarum, per quorum actus frequenter peccatur venialiter, scilicet organa sensuum, & sunt oculi, Aures, Nares, Os, Manus, Pedes, & Renes. *Scotus ibid. l. C. D.*

7 Int. Vtrum fit tantum vnum Sacramentum? Resp. quod est vnum vnitatem integritatis, non indiuisibilitatis, sicut effectus est vnus vnitatem plenarie remissionis omnium venialium, non indiuisibilitatem vnus venialis. *Scot. 4. sentent. dist. 23. q. vii. l. E.*

8 Int. Quot vnctiones fiunt in isto Sacramento? Resp. esse duodecim vnctiones partiales; aliquae enim sunt geminatae, & sic sunt septem vnctiones principales, scilicet duae ad Oculos, duae ad Aures, duae ad Nares, vna ad Os, duae ad manus, duae ad Pedes, & vna ad Renes. *Scot. 4. sent. d. 23. quast. vii. l. C. D.*

9 Int. Quare fit Vnctio in istis partibus? Resp. Quia per istas partes homo facilius venialiter peccat, & frequenter, hinc fiunt in istis, partibus vnctiones ad delenda peccata venialia per illa commissa, & praecipue vnctio in ore, quae fit contra duplex peccatum linguae, scilicet per gustum, & loquelam. *Scot. ibid. l. C.*

10 Int. Quodnam est discrimen inter oleum Confirmationis, & oleum Extremae Vnctionis? Resp. quod oleum Confirmationis est oleum consecratum ex oleo, & balsamo, quia confirmatio est ad Confessionem, & Confirmationem fidei, & ideo in confirmato requiritur non solum puritas conscientiae significata per oleum, sed etiam odor bonae famae significatus per balsamum; sed infirmo, qui debet exire in breui de via ad terminum, sufficit conscientia pura, & ideo requiritur oleum sine balsamo. *Scot. 4. sent. d. 22. q. vii. l. D.*

11 Int. Quare ad oleum sanctum, vt est materia apta ad hoc Sacramentum, requiritur consecratio Episcopalis, & non ad aquam, quae est materia Baptismi? Resp. quod in omnibus Sacramentis quae consistunt in vltu, & fieri, solus Baptismus non requirit materiam specialiter consecratam, & hoc, quia Christus tactu suae mundissimae Carnis, quando voluit a Ioanne baptizari, totam aquam consecrauit, id est, in vltum istum dedicauit. *Scot. ibid. l. D.*

12 Int. Vtrum Sacramentum Vnctionis possit a non Sacerdote conferri? Resp. negatiue; solus enim Sacerdos hoc Sacramentum ministrat, ita quod si alius attentaret, nihil faceret, sicut non Sacerdos si attentaret conficere, nihil faceret. *Scot. ibid. l. D.*

13 Int. Quenam est forma istius Sacramenti? Resp. est ista; Per istam Sanctam Vnctionem, & suam

suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus quidquid Narium, &c. vitio deliquisti. *Scot. 4. sent. d. 23. q. vn. l. D.*

14 Int. Quotuplex est materia istius Sacramenti? Resp. duplex est, remota scilicet, & proxima; remota est oleum consecratum ab Episcopo; proxima verò est vnctio cum oleo consecrato. *Scot. ibid. l. D.*

15 Int. Vtrum hoc Sacramentum extreme Vnctionis fuerit à Christo institutum? Resp. affirmatiuè, nam, vt habetur Marc. cap. 6. Apostoli vngabant oleo multos infirmos, & sanabantur; vnde constat, quòd non fecerunt, nisi in virtute Christi s. qui illam Vnctionem virtuosam instituit. Iacobus, qui cap. 5. dixit, *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteres, & oront super eum urgente oleo sancto, &c.* fuit solummodo promulgator, & Præco huius Sacramenti à Christo instituti, & non ipse institutor. *Scot. 4. sent. dist. 23. q. vn. l. D.*



DE
ORDINE.

TIT. XV.



Int. Quid est Ordo? Resp. Ordo est gradus præeminens in Ecclesia disponens ad aliquem actum Ecclesiasticum eminentem, & ad aliquem actum sacramentalis; siue Ordo est gradus eminens in Ecclesia disponens de congruo ad actum aliquem, ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ pertinentem. *Scot. 4. sent. dist. 24. q. vn. l. B.*

2 Int. Quid est ordinatio? Resp. ordinatio est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ præeminente, cui conuenit aliquod Ministerium circa Eucharistiæ exhibendum, facta à Ministro idoneo certa verba proferente, & simul cum intentione debita Ministerium gradus illius aliquo signo visibili representans, ex institutione Diuina efficaciter significans gratiam præeminentem, qua ordinatus dignè aliquod ministerium exequatur; & secundum

dum istam descriptionem vniuersalem possunt formari descriptiones speciales ordinum. *Scot. 4. sent. d. 24. q. vn. l. G.*

3 Int. Quid est ordinatio in Sacerdotem? Resp. est institutio in gradu Ecclesie simpliciter preeminenter disponens habentem ad conficiendum Eucharistiae Sacramentum, facta ab Episcopo certa verba cum intentione debita proferente, & simul cum intentione debita ministerium gradus illius aliquo signo visibili, representans ex institutione Diuina gratiam preeminentem, qua ordinatus dignè sacerdotum exequatur. *Scot. 4. sent. dist. 24. q. vn. l. G.*

4 Int. Quis est Minister idoneus Sacramenti Ordinis? Resp. quod loquendo de Ordinibus sacris, scilicet Sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus, Minister est Episcopus; de alijs loquendo, scilicet de non sacris, etiam priuilegiati, vt Abbates, ex commissione possunt esse Ministri. *Scot. ibid. l. G.*

5 Int. Quanam est forma istius Sacramenti? Resp. esse illam, quam Episcopi habent in suis libris Episcopalis, vt est videre. *Scot. ibid. l. H.*

6 Int. Vtrum in Sacerdotij ordine sit tantum vnica forma? Resp. quod videntur esse dux formae partiales, in quantum altera confertur potestas conficiendi Eucharistiam, & in altera potestas absoluedi in penitentia. *Scot. ibid. l. H.*

7 Int. Vtrum in istis duabus formis partialibus sint duo signa sensibilia? Resp. affirmatiue, nam prima est

est traditio Calicis, & Patenae cum Hostijs, dicendo: *Accipe potestatem celebrandi*, &c. Secundae vero impositio manus Episcopi super caput, dicendo: *Accipe Spiritum Sanctum*, &c. quia tunc Episcopus concorditer agit cum summo Episcopo Christo, qui prius contulit potestatem Apollolis tam conficiendi, quam absoluedi. *Scot. ibid. l. H.*

8 Int. Quanam sunt actus proprii Diaconi, & Subdiaconi? Resp. quod proprius actus Diaconi non est legere Euangelium, quia talis est remotus, & minus perfectus, sed bene ille actus, quem habet immediate circa Eucharistiam dispensandam; sicut Subdiaconi actus proprius non est legere Epistolam, sed ille, quem habet circa materiam offerendam in Eucharistia. *Scot. 4. sent. d. 24. q. vn. l. D.*

9 Int. Quot sunt Ordines? Resp. septem sunt; tres sacri, & quatuor non sacri; illi dicuntur sacri qui immediate disponunt ad actum aliquem, vel ministerium circa Eucharistiam, vel eius materiam exhibendam; Alij vero dicuntur non sacri, quia disponunt ad aliquos actus remote se habentes ad Eucharistiam. *Scotus ibidem l. D.*

10 Int. Quare sunt septem Ordines? Resp. quia Ordines sunt gradus, qui disponunt ad actus circa Eucharistiam, vel disponunt immediate, & proximè, vel mediate, & remotè; si disponunt ad actus immediate, & proximè, tunc, vel disponit ad consecrationem Eucharistiae, & sic est Sacerdotium, vel ad dispensationem Eucharistiae, saltem sanguinis, & sic

& sic est Diaconatus, vel disponit ad oblationem materie Eucharistiæ consecrandæ, & sic est, Subdiaconatus. Si disponunt mediata, & remota, tunc, vel disponit populum ad orandum, & suscipiendum, vel ad remouendum impedimentum; si ad orandum, & suscipiendum, vel ad effectum deuotionis, & sic est Acolytatus, vel ad effectum cognitionis, & sic est Lecturatus; si ad remouendum impedimentum, scilicet ad arcendum indignos, ne appropinent; tunc, vel tales indigni sunt homines, & sic est Hostiariatus, vel erunt Dæmones, & sic est Exorcistatus. *Scot. ibid. l. D. E.*

11 Int. Vtrum Episcopatus sit Ordo? Resp. potest vtraque pars teneri; nam si ordo est potestas ad aliquem actum eminentem in Ecclesia, tunc potest dici, quod Episcopatus sit Ordo, quia est eminens in Ecclesia, sed alius à Sacerdotio. *Scotus ibidem l. A. a. B.*

12 Int. Vtrum illa potestas Episcopi possit auferri? Resp. quod asserendo Episcopatum esse potestatem Ordinis, non potest auferri; nam si consecratio minor non potest auferri, nec potest auferri maior; quod habetur *Extr. de Consec. Ecclesia, vel Altar. cap. 9. Aqua per Episcopum in Glosa*; nam semel consecratum semper manet consecratum; si autem Episcopatus est potestas iurisdictionis, tunc potest auferri per superiorem, quod non videtur consentaneum. *Scot. 4. sent. dist. 24. quest. vn. l. B.*

13. Int.

13 Int. Vtrum si Episcopatus esset Ordo, esset etiam nobilior Sacerdotio? Resp. negatiue, quia solum se extendit ad plures, & non ad nobiliores actus, & ita vniuersalitas actuum potest competere imperfectiori Ordini, qui Ordinem perfectiorem præsupponit, & sic quantum ad vniuersalitatem actuum, quos respicit, nobilior est Episcopatus, quomodo potest intelligi Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. & Can. 6. & 7. quantum verò ad nobilitatem actuum, quos attingit nobilior est Sacerdotium. *Scotus ibid. l. C.*

14 Int. Vtrum possint dici septem Sacramenta, sicut sunt septem Ordines? Resp. quod est vnum tantum Sacramentum vnitatis generica, quamuis contineat septem species in se, quæ sunt septem Ordines; & illa diuisio Ordinis non est in species speciatissimas, sed in quædam propinquius contenta sub ipso Ordine, tanquam sub genere. *Scotus ibidem l. I.*

15 Int. Vtrum sit necessaria connexio Ordinum inter se, ita vt non sit posterior sine priori? Resp. quod bene congruum est prius recipere Ordinem inferiorem, tamen hoc non est simpliciter necessarium, ita quod si inferior Ordo prætere mittatur, nihil fiat in collatione Ordinis superioris. Hoc patet *Extr. de Clero. per salt. promos. c. vn. Tunc litera*. Vbi habetur, quod non est iterandum, quod est factum, sed quod fuit prætermittam cautè est suppleendum, & per consequens in collatione Ordinis su perio-

V v

115

ris aliquid sit, etsi non fuerit Ordo inferior prius colatus. *Scot. ibid. l. I.*

16 Int. Vtrum imprimantur septem characteres per istos septem Ordines? *Resp.* affirmatiue, & sunt alterius Speciei, quia actus, ad quos isti septem gradus disponunt, sunt alterius speciei, & vnus est altero excellentior. *Scot. 4. sent. dist. 24. q. 27. l. K.*

17 Int. Vtrum in primitiua Ecclesia fuerint omnes isti Ordines? *Resp.* affirmatiue, & quamuis fuerint pauci ministri, hoc fuit ex paucitate credentium, qui paucis indigebant ministris ad dispensandum Eucharistiam, & sic non oportuit Ministros in singulis gradibus institui; postea vero, quia multiplicata, & aucta erat deuotio credentium ad communicandum quotidie, fuit necessitas habendi multos Ministros ad singula Ministeria pertinentia, ad Eucharistiam dispositos; & sic in singulis gradibus multos Ministros instituit. *Scot. ibid. l. K.*

18 Int. Vtrum fuerint isti gradus instituti de nouo? *Resp.* negatiue, quia fuerunt instituti a Christo, imò Christus omnes, & singulos Ordines in se ipso exercuit. *Scot. ibid. l. K.*

19 Int. Quare modo in Ecclesia non exercentur distincte isti actus diuersorum Ordinum? *Resp.* quòd quamuis modo sit multiplicata multitudo fidelium, tamen est diminuta læticia deuotionis; vnde multi semel vix in anno volunt communi-

cari

cari, & ideo circa Eucharistiam dispensandum non oportet tot ministros assistere, & ob id quatuor Ordines non sacri simul conferuntur, ita quòd nullus est deputatus ad ministrandum in gradu inferiori, quasi ille sit sibi proprius, & alius alij. *Scot. ibid. l. K.*

20 Int. Vtrum prima tonsura sit Ordo? *Resp.* negatiue, nam illud signum, quod datur in prima tonsura, non est signum efficax, & practicum rei sacramentalis, scilicet gratiæ, sicut debet intelligi, quando dicitur, quòd Sacramentum est sacre rei signum. *Scot. ibid. l. L.*

21 Int. Quare laici cum prima tonsura gaudent privilegio Clericali? *Resp.* hoc privilegium Clericale datur etiam laicis conuersis in Religione, qui illo gaudent; potuit enim legislator hoc privilegium dedisse Principi, vel alteri simpliciter laico; hinc dicendum est non esse privilegium proprium ordinato. *Scot. 4. sent. d. 24. q. vn. l. L.*

22 Int. Vtrum puer non habens discretionem possit recipere Ordines? *Resp.* negatiue, loquendo debite, & honeste, quia non potest cum debita reuerentia recipere talem gradum, qui confertur in ordines; loquendo vero de præcepto, puer non potest recipere Ordinem sacrum; Ordines tamen minores bene suscipere potest; non enim est aliquod præceptum hoc prohibens. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 2. l. A. & d. 36. q. 2. l. B.*

23 Int. Quare pueri non possunt suscipere Ordines

nes

nes sacros? Resp. quia susceptioni Ordinis sacri est annexum votum continentiae, ut habetur *Extr. de atat. & qualis. Cler. cap. 9. A multis multoties* Puer enim, & non habens discretionem non potest in illud votum continentiae tacite, vel expresse. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 2. l. A.*

24. Int. Vtrum pueris repugnet de facto suscipere sacros Ordines, ita ut si attentetur fieri nihil fiat? Resp. negativè, quia potestas, quae confertur per Ordinem sacrum ad exercendum aliquem actum, praecedat illius actum, vel potentiam ad illum actum duratione, ergo illi potest competere talis potestas, antequam; solutis impedimentis, possit exercere actum, ad quem disponitur, nec in tali collatione requiritur consensus ad impressionem characteris, & sic potest tribui potestas sine exercitio actus. *Scot. ibid. l. B.*

25. Int. Vtrum coniugato conferatur Ordo? Resp. affirmativè, quia susceptio Ordinis non requirit nisi sexum debitum, ministerium debitum, & intentionem debitam, in suscipiente, & in ministrante; & ideo, cum in illa collatione haec reperiantur, verè confertur, sed suscipiens mortaliter peccat. *Scot. 4. sent. d. 37. q. 1. l. C.*

26. Int. Vtrum mulier possit suscipere Ordines? Resp. negativè, & habetur 23. *dist. can. 25. Sacras Deo. ubi habetur, Sacras Deo sacras, vel Monachas sacra vase, vel sacras Pallas penes vos contingere, incensum circa Altare deferre, perlatum est ad Aposto-*

licam Sedem, qua omni reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli vellet sapientum dubium est. Scot. 4. sent. d. 25. q. 2. l. A. A.

27. Int. An hoc sit prohibitum ex lege Divina? Resp. quòd ex lege Divina habetur non esse permixtum mulierem in Ecclesia habere gradum eminentem; nam, cum matrem suam, cui nulla potuit, vel poterit in sanctitate aequiparari, non posuerit in gradu Ordinis in Ecclesia, signum est Christum Dominum sua Divina lege nunquam permisisse, & per consequens prohibuisse mulierem ad Ordines promovendam. *Scot. ibid. l. D.*

28. Int. Vtrum appareat hoc per aliquam rationem naturalem? Resp. ratio naturalis innuitur ab Apost. 1. *Corinth. cap. 11.* nam naturam non permittit mulierem, saltem post lapsum, tenere gradum eminentem in specie humana, si quidem dictum est illi in sui poenam peccati, *sub viri potestate erit.* *Scot. ibid. l. D.*

29. Int. Vtrum si Episcopus mulierem ordinaret, illa susciperet Ordinem, & reciperet characterem? Resp. quòd quamvis anima mulieris, & anima viri sit eiusdem rationis, & idem sit agens, nempe Episcopus, tamen non induceretur forma, non imprimeretur, scilicet character in anima mulieris, quia Episcopus non est agens naturale, & educens formam, scilicet characterem, sed solum faciens aliquem actum, ad quem alius, nempe Deus voluntarie formam inducit, scilicet characterem, & sic mu-

mulier non suscipere Ordinem, quia Deus non im-
primeret characterem in eius anima. *Scotus ibidem*
lit. E.

30. Int. Vtrum inter virum, & foemina sit ali-
qua distinctio? Resp. quod loquendo de gratia, &
gloria, non est distinctio inter eos, quia tantam
gratiam potest habere mulier, & tantam gloriam at-
tingere, sicut vir; est tamen aliqua distinctio quantu
ad gradum excellentem habendum in Ecclesia Dei,
qui gradus competit viro, & non mulieri, quod con-
sonat legi naturæ. *Scot. 4. sentent. dist. 25. quest.*
2. lit. F.

31. Int. Quare aliqua mulier dicebatur Presbyte-
rissa; sicut 32. d. can. 18. *Presbyter quidam*, & aliqua
Diaconissa, vt habetur *caus. 27. q. 1. Can. 23. Dia-*
conissam non debere, scilicet *Diaconissam non debere an-*
te 40. annos ordinari statimus? Resp. quod Presby-
terissa dicebatur mulier Presbyteri Græci, qui con-
trahit matrimonium, non quod ipsa ordinata sit;
sed hoc de Presbytero Latino negatur, quia non
solum castitatem conjugalem, sed simpliciter cas-
titem vouet; vel potest dici Presbyterissa aliqua
bona Matrona vidua, vel perfecta inter alias mu-
lieres, vel in aliquo feminarum Collegio illa di-
citur Presbyterissa, quæ præest alijs, vt Abbatissa
inter Moniales; sed non dicitur talis per gradum
altioris Ordinis, nec habet præminentiam respec-
tû alicuius viri; similiter Diaconissa dicitur illa,
cui competit ex ordinatione Abbatissæ, vel Colle-
gij

gij legere Homiliam in Marutino, sed ille non est a-
ctus alicuius Ordinis. *Scot. ibid. l. F.*

32. Int. Quare decreta de ætate seruanda in Or-
dine suscipiendo sunt abrogata? Resp. quia nouæ
rationes subortæ sunt nam in primitiua Ecclesia
pueri non erant statim instructi in his, quæ perti-
nent ad Diuinum Officium, imò bene adulti in ta-
libus erant satis rudes; nunc autem pueri statim in
talibus actibus erudiuntur, & exerceantur, & suffi-
cientius modo instructus est aliquis 13. annorum in
talibus actibus, quàm tunc aliquis 25. annorum, qui
fortè rusticus, & rudis erat. *Scot. ibid. l. F.*

33. Int. Vtrum sit aliqua necessitas seruandi illa
Decreta de ætate? Resp. quod non est necessitas,
neque præcepti, neque facti; & ideo, si quis attempta-
ret. Decreto de ætate prætermisso, verè puer susci-
peret ordinem, & gradum determinatum mini-
strandi in Ecclesia pro tempore determi-
nato. *Scot. ibid. l. F.*



DE
CENSURIS.

TIT. XVI.

Int. Quid est poena Canonica?
Resp. est poena inflicta per Canones prohibens, vel arcens puni- tum ab aliquo gradu Ecclesiastico, qui alias sibi liceret. *Scot. 4. sent. dist. 25. q. vn. l. A.* vel poena Canonica est aliqua prohibitio actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui alias competeret, non prohibito. *Scot. 4. sent. d. 13. quest. 2. l. E.*

2 Int. Vtrum, cum Laicus prohibeatur conficere Eucharistiam, sit hoc ob poenam? Resp. negative, quia illi non licet, nec aliquo modo competit, & ideo non est illi poena, sicut esset poena Sacerdoti ordinato, si ei esset prohibitum conficere, cum ipsi liceat ex ordine suscepto Sacerdotij. *Scot. 4. sent. dist. 25. q. 1. l. A.*

3 Int. A quo poena potest infligi? Resp. à duplici potest infligi, scilicet à Canone, & à Iudice sine

Cano-

Canone; tamen ad hoc, quod poena sit iusta, debet infligi secundum Canones. *Scotus ibidem l. A.*

4 Int. Quis potest poenam infligere toti Ecclesiae? Resp. Caput Ecclesiae, nempe Papa, potest infligere non autem Episcopus, nisi dicatur poenam alicuius Episcopi esse confirmatam à Papa, quatenus includitur in Corpore Decretorum, vel Ordine Papae illam ordinasse. *Scot. 4. sent. d. 6. q. 8. l. 8.*

5 Int. Vtrum incurratur aliqua poena Canonica, quae non sit lata à latore Canonum? Resp. minime incurritur; nam ubi non inuenitur ex vi verborum poena inflicta, illa nulla est, quia verba Constitutionum poenaliu[m] non sunt amplanda, sed restringenda iuxta maximam iuris. *Excusa. de Reg. Jur. in 6. Reg. 15. Omba restringi. Scot. ibid. l. C.*

6 Int. Quot sunt poenae Canonicae? Resp. septem sunt in specie, videlicet, Depositi[o], Degradati[o], Infamia, Irregularitas, Excommunicati[o], Interdictu[m], & Suspendi[o]. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. A.*

7 Int. Quid est Depositi[o]? Resp. Depositi[o] est totalis amotio à statu Clericali. *Scot. ibid. l. B.*

8 Int. Quid est Degradati[o]? Resp. Degradati[o] est amotio partialis ab aliquo gradu Clericali; ut si quis degradaretur à gradu Sacerdotij, *Scotus ibidem l. A.*

9 Int. Quomodo differunt Depositi[o], & Degradati[o]? Resp. differunt in hoc, quod prima est amotio totalis, & altera est amotio partialis à gradu Clericali, aliter nulla est differentia. *Scot. ibid. l. B.*

10 Int. Quomodo depositus, vel degradatus amouetur à statu, & gradu Clericali? Resp. sic, non quod tollatur ab eo character Ordinis, nec minus Ordines suscepti, sed tollitur solum sibi licentia exercendi actum cuiuscumque Ordinis, & etiam privilegium, quod competit ordinatis. hinc traditur Cortæ seculari, & priuatur omni actu Ecclesiastico, & etiam tutela personarum Ecclesiasticarum, & Ecclesiastico foro. *Scot. ibid. l. B.*

11 Int. Quomodo Degradatio, siue Depositio infligitur? Resp. quod ista poena infligitur non à iure, sed à Iudice, & forma infligendi habetur *Extr. de poenis in 6. cap. 2. Degradatio qualiter. Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. B.*

12 Int. Quenam sunt causæ, propter quas infligitur Degradatio? Resp. tria peccata enormia, scilicet Hæresis, schismus, & reuelatio Confessionis. De primo habetur *Extr. de Hæresic. cap. 9. Ad abolendam. De secundo habetur Extr. de schismat. in 6. cap. vii. Ad sciendum. Et de tertio habetur Extr. de Poenit. & remiss. cap. 12. Omnis virusque sexus. Scot. ibid. l. B.*

13 Int. Qualiter ista poena remittitur? Resp. remittitur per restitutionem in integrum ab eo, qui potest restituere, & talis est Papa, quamuis non legatur, quod legitime depositus postea sit restitutus. *Scot. ibid. l. C.*

14 Int. Quid est infamia? Resp. Infamia est status lætæ dignitatis quantum ad vitam, & quantum

ad mores; sicut à contrario, fama est status lætæ dignitatis quò ad vitam, & quò ad mores. *Scot. ibid. l. C.*

15 Int. Quodnam est discrimen inter infamem, & infamatum? Resp. infamatus dicitur ille, qui crimine aliquo publico accusatur; infamis verò non est propter talem impositionem criminis, sed vel per crimen publice commissum, vel qui à Iudice per tale crimen iudicatur exempli gratia, quis publice perjurauit, vel aliud crimen publice commisit, per quod secundum iura, incurritur infamia, tunc iste dicitur infamis; vel si crimen alicui impositum probatur commississe, per quod Iudex iudicant infamiam incurere. *Scot. ibid. l. C.*

16 Int. Vtrum si talis, qui huiusmodi crimen commisit, nondum est declaratus à Iudice, sit infamis? Resp. quod quando aliquis est notatus de crimine, quod ius punit poena infamæ, sed non est conuictus in iudicio, tunc est infamis à iure tantum, & non à Iudice; si verò fuerit conuictus, & à Iudice tali poena punitus, tunc est infamis, & à iure, & à Iudice. *Scot. ibid. l. C.*

17 Int. Per quid contrahitur infamia? Resp. quòd infamia, à qua dicitur infamatus, contrahitur, vel ob impositionem criminis infamatorij, vel à Iudice, vel à Iudice puniente tale crimen huiusmodi poena. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. C.*

18 Int. Vtrum infamis celebrans sit irregularis? Resp. Quòd talis, qui tamen de peccato parauit, sed

sed non est restitutus in integrum, non incurrit irregularitatem, nisi inueniatur in iure Canonico. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. l.*

19 Int. Quenam est causa, propter quam incurritur infamia secundum iura? Resp. habetur *caus. 6. q. 1. can. 17. Infames esse*, ubi legitur, quod, *Infames esse dicuntur, quos leges seculi infames approbant*. Ergo ut leges seculares punientes crimen infamie sunt Canonice, & habentur *ff. de hi, qui notantur infamia. leg. 1. Prætoris, & inde. Scot. 4. sent. dist. 25. quasi. 1. lit. C.*

20 Int. Quodnam remedium datur contra istam poenam? Resp. quod infamia, qua notatur, quando quis est infamatus, tollitur per purgationem Canonice, ut habetur *Extr. de Purgat. canon. cap. 8. Ex mearum intelleximus*, quæ purgatio totaliter tollit illam infamiam, vel infamationem. Ad tollendam infamiam inflictam à iure, vel à Iudice, datur remedium, scilicet restitutio in integrum ab eo, qui potest sic restituere, & habetur *Extr. de testib. & attestat. cap. 54. Testimonium eius. in Glosa. Arcetur. Scotus ibid. l. C.*

21 Int. Verum ista poena infamie sit maior depositio? Resp. quod nisi depositio includat infamiam, infamia maior est poena quantum ad vitam civilem quoniam prohibet ab omni actu legitimo, etiam post actam penitentiam, quia talis persona est vilis *Extr. de Regul. iur. in 6. reg. 87. Infamibus porca*. ubi habetur, *Infamibus porca non patenti dignitatem. Scot. ibid. l. C.*

22 Int.

22 Int. Quid est Irregularitas? Resp. est inhabilitas ad susceptionem, & executionem actuum ordinum. *Scot. ibid. l. D.* vel irregularitas est impedimentum, ne quis sit capax Ordinis, pro tempore, quo sibi computeret. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 2. l. B.*

23 Int. Quot modis incurritur Irregularitas? Resp. pluribus modis incurritur, sed præsertim à iure, quamvis possit aliquando infligi à Iudice. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. D.*

24 Int. Quot modis incurritur Irregularitas à iure? Resp. triplici modo; incurritur primo ex quibusdam criminibus; secundo ex quibusdam non criminibus; tertio ex quibusdam, quæ quandoque possunt esse crimina, & quandoque non crimina. *Scot. ibid. l. D.*

25 Int. Quot sunt crimina, quibus incurritur Irregularitas? Resp. quatuor sunt, & pertinent ad Ordines, videlicet Simonia, furtum in Ordine, Ministerium in Ordine non sicut pro, & contumacia in non ferendo poenas Ecclesiasticas. *Scotus ibid. l. D.*

26 Int. Quotuplex est simonia? Resp. duplex est simonia, in Ordine scilicet, & in beneficio; simonia in Ordine est, quando quis simoniacè aliquo insignitur Ordine; simonia in beneficio est, quando quis Beneficium simoniacè acquirit. *Scotus ibidem lit. D.*

27 Int. Verum quis incurrat crimen simoniae aliquo modo, dando elemosynam pro Oratione? Resp. affirmatiuè, & ideo si sit recompensatio orationis

tionis pro elemosyna data, est, quia elemosyna offertur liberaliter cum mendicitate orationis. *Scot.*

Quolib. 9. 20. l. Q.

28 Int. Si ordinatus sciat se simoniacè ordinari, à quo potest dispensari? Resp. quòd hunc talem, non Episcopus, sed solus Papa potest dispensare, ut habetur *Extr. de simonia. cap. 27. Nobis fuit ex parte, & inde;* nam sicut legislator irritat consecrationem, ita illi conuenit relaxare. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. D.*

29 Int. Vtrum simoniacus incurrat Irregularitatem ministrando? Resp. affirmatiuè, ut habetur *dist. 33. can. 2. Maritum duarum,* ubi inter non promouendus nominatur ille, qui per emptionem rei sacrae, ad imitationem Simonis Magi, pecuniam obtulit, & *caus. 1. q. 1. cau. 3. Presbyter si per pecuniam.* Papa Gregorius Primus, eos omnino simoniacos damnat, ac deponendos auctoritate Apostolica censetur, & habetur *Extr. de simonia. in textu & in Glos. præcipuè cap. 5. Quoties. cap. 6. Sicut si moniaca, cap. 11. De hoc autem, & in alijs capitulis.* Unde simoniacus videtur omnino inhabilis, & simpliciter, propter penam Canonicam, ad excedendum actum Ordinis, sicut omnino est deiciendus à Clero, secundum adductam auctoritatem. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. H.*

30 Int. Ignoranter ignorantia inuincibili dedit quis pretium, ut ordinaretur, vtrum sit irregularis? Resp. quòd talis ignorans non efficitur irregularis

oñi

nisi postquam constiterit sibi de simonia commissâ, & exequatur actum Ordinis sic suscepti; nam talis ordinatus postquam constat de Ordine sic simoniacè suscepto, suspensus est ab actu illius Ordinis, donec à tali suspensione liberetur. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. D.*

31 Int. Ad quid tenetur simoniacus ex beneficio? Resp. quòd ex quo constat quòd simoniacè illud beneficium obtinuit, tenetur resignare; nam toto tempore, quo tenet, iniuste tenet, & tenetur ad restitutionem omnium, quae perceperit, ut habetur. *Extr. de simonia, in multis capitulis. Scot. ibid. l. D.*

32 Int. Vtrum furtiuè Ordines suscipiens in alio Episcopatu sit irregularis? Resp. quòd quando aliquis Ordinem furtiuè recepit in alterius Episcopatu, dummodo prohibeatur per Excommunicationem, ne quis recedat, nisi de illo Episcopatu, & prius sit legitime examinatus, & receptus, tunc est, irregularis, & non potest dispensari nisi à Papa; si vero non fuerit talis excommunicatio, tunc si furtiuè se ingerit, est etiam irregularis, sed potest dispensari ab Episcopo; quod probatur *Extr. de eo, qui sacri. Ord. suscep. cap. 1. Veniens ad nos, & cap. 2. Cum H. sacrorum presentium. in textu, & in Glos. Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. E.*

33 Int. Vtrum exerceas Ordinem, quem nondum suscepit, si irregularis? Resp. affirmatiuè, & habetur *Extr. de Clerico non ordin. ministr. cap. 1. Si quis baptizauerit, & cap. 2. Ex literis tuis. Scot. ibid. l. D.*

34 Int.

34 Int. Vtrum aliquis, qui incurrit pœnas Ecclesiasticas, si celebrat, si irregularis? Resp. affirmatiuè, habetur *Extr. de Cleric. excommunic. vel depof. ministr. per ritum. Scot. ibid. l. E.*

35 Int. Vtrum dubitans de pœna sibi inflicta, si celebrat, sit irregularis? Resp. vt habetur *Extr. de Cler. excomm. ministr. cap. 5. illud Dominus quod in dubijs iuris uia est eligenda, sit delata in eum sententia dubitauerit, delinuat tamen potius abstinere, quàm Sacramenta Ecclesiastica pertrahere.* & subditur, *Tam ex misericordiam facienter pœnam, quam Canon minuitur huius, quia post excommunicationem Diuina presumpsit Officia celebrare, non duximus indulgentiam.* Vnde apparet quod misericorditer relaxat dubitanti pœnam, quam incurrit ex Canone, qui celebrauit Diuina, postquam innotuit sibi per famam de pœna in eum lata. *Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. B.*

36 Int. Vtrum excommunicatus excommunicatione minori celebrando fieret irregularis? Resp. negatiuè; nullus enim notam irregularitatis per excommunicationem minorem incurrit; Sacerdos autem sic celebrans grauiter peccat, vt habetur *Extr. de Cleric. excomm. ministr. cap. 10. Si celebrat. Scot. ibid. l. G. §. 4. sent. d. 25. q. 1. l. D. E.*

37 Int. Vtrum sufficiat excommunicatio maior ad irregularitatem sic contrahendam? Resp. negatiuè, sed requiritur, quòd celebrans sent se esse excommunicatum, quia si haberet ignorantiam inuincibilem, non teneretur cauere ab actibus Ordinum,

num, nec exercendo illos irregularitatem incurrit, vt habetur *Extr. de Cleric. excomm. ministr. cap. 9. Apostolica Sedis. in Glosa. Scot. 4. sent. dist. 25. quest. 1. l. E.*

38 Int. Vtrum ignorantia excuset, ne pœna incurrat? Resp. quòd, si loquamur de ignorantia iuris non excusat, quia tenetur ille, qui se exponit ad tantum actum scire iura secundum que potest exercere talem, & tantum actum, & ideo huiusmodi ignorantia non excusat, sed fortè magis aggrauat; ignorantia autem facti excusat, vt habetur *Extr. de Cleric. excomm. ministr. cap. 9. Apostolica Sedis.* & hoc nisi fama iudicialis, & publica sibi manifestet, quod sit tali pœna impeditus, quod patet eod. tit. cap. 5. *Illud Dominus §. Ipse uerb. Peccare non creditur, si Diuina Officia quantumcumque solemniter celebrant, presertim cum ei non nisi per famam de sententia contra eum prolata constaret. Scot. 4. sent. d. 13. q. 2. l. G.*

36 Int. Quare ignorantia iuris Canonici non excusat à pœna, & à peccato? Resp. quia quando super illicitum quodam de iure Diuino additur pœna Canonica ad hoc, vt illud illicitum magis cuitetur, non est necessaria aliqua scientia iuris Canonici ad hoc, vt non incurrat illa pœna, sed sufficit, quòd teneatur scire præceptum Diuinum, & si illud transgreditur, incurrit pœnam, etiam si nesciat à iure Canonico illam pœnam esse inflictam, & ideo percuciens Clericum, nesciens excommuni-

cationem latam à Canone super tali facto, excommunicationem incurrit, quia percussio Clericum facit contra præceptum de Charitate fraterna, quod debet scire, & hoc sufficit, ut incurrat. *Scot. 4 sent. d. 6. q. 8. l. A.*

40 Int. Vtrum si non fuerit ignorantia inuincibilis, & omnimoda in certitudo de excommunicatione, excommunicatus incurreret irregularitatem? Resp. affirmatiuè, dum per famam, vel rumorem publicum deuenit in eum poena excommunicationis, tunc si exercet, fit irregularis, licet cum eo mitius agatur; quod probatur *Extr. de translat. Episcop. cap. 2. Inter corporalia, & spiritualia. Scotus 4 sent. d. 25. q. 1. l. E.*

41 Int. Vtrum non seruans poenam Interdicti incurrat irregularitatem? Resp. affirmatiuè, & habetur *Extr. de Excessib. Pralator. cap. 18. Tanta est Clauis. Scot. 4 sent. d. 25. q. 1. l. E.*

42 Int. Vtrum non seruans suspensionem inflitam incurrat irregularitatem? Resp. affirmatiuè, & habetur *Extr. de sent. & re iudic. in 6. c. 1. Cum aternis; & Extr. de sent. Excommunic. c. 1. Cum medicina. Scot. ibid. l. E.*

43 Int. Quenam sunt non crimina, per quæ aliquando incurritur Irregularitas? Resp. tria esse, scilicet seruitus, illegitimatio, & mutilatio, *Scot. ibid. lit. E.*

44 Int. Quare seruus fit irregularis, & non potest ordinari? Resp. quia seruus est possessio Domini, & non

& non debet auferri ab eo, ipso inuito, sicut auferretur per ordinem susceptum, & habetur *Extr. de seruis non ordin. per totum. præcipue cap. 1. Instruendi, & cap. 2. Ne seruorum.* Nam quando seruus est ordinatus, fit inhabilis ad quoscumque actus seruiles. *Scot. ibid. l. E.*

45 Int. Quid agendum, si seruus fuerit ordinatus, in ius Domini, nec de nouo consentiente? Resp. quod talis ordinatus debet reddi Domino suo; Dominus tamen non debet eum applicare actibus dedecentibus Ordinem iam susceptum, & statum suum. *Scotus ibidem l. D.*

46 Int. Quare illegitimi filij sunt irregulares ad Ordines suscipiendos? Resp. hoc habetur *Extr. de sigis Presby. non ordinar. cap. 1. Ut filij Presbyterorum. & cap. 2. Ad presentiam nostram;* & ratio est, quia præsumuntur imitatores paternæ incontinentiæ, & præsumuntur male eriguntur, quia male educati; quamuis cum eis facilius dispensetur; nam Benedictus XI. dispensauit cum quodam illegitimo, qui sine dispensatione præuia suscepit Ordines, & in eis ministravit, quam Bullam Doctor vidit. *Scot. ibid. l. E.*

47 Int. Quare per mutilationem quis incurrit Irregularitatem? Resp. quia mutilatio, vel infirmitas, dummodo fuerit turpis, & enormis, facit turpitudinem in ministrante, & ideo prohibetur *Extr. de Corpore vitiat. non ordinar. cap. 6. Exposuisti nobis. & dist. 55. can. vlt. Si Evangelica admonitio. Et can. præ-*

precedenti 12. *Præcepta Canonica. Et Extr. de Clerico. egrotant. debilis. per totum. Scot. 4. sentent. dist. 25. q. 1. lit. E.*

48 Int. Quid dicendum, si mutilatio fuerit de formis? Resp. quod si mutilatio non fuerit de formis, nec ipse fuerit in culpa talis mutilationis, non excluditur ab irregularitate, vt habetur *dist. 55. Can. 7. Si quis à Medicis. & duobus sequentibus, scilicet Can. 8. Eunuchus si per infidias. & can. 9. Si quis pro astringunt. Sed facillime cum eo dispensatur; si vero facit in culpa, vt se ipsum mutilauerit, vt ibidem habetur *Can. 4. Si quis absciderit.* cum tali vix dispensatur: qua propter Nicolaus Papa IV. cum difficultate magna dispensauit cum quodam tali, quæuis Religioso, quod etiam de infirmitate enormi, vel non enormi dicendum est. *Scot. ibid. l. D.**

49 Int. Quenam sunt illa, quibus incurrit Irregularitas, & quandoque possunt esse cum culpa, & quandoque sine culpa? Resp. sunt homicidium, & bigamia, & sub homicidio continetur mutilatio actiua enormis alterius hominis, & de his habetur *Extr. de Homicid. volunt. & inuolunt. in matris captiuis dist. 50. Can. 4. Adiror minus. & d. 55. Can. ult. Si Euangeliza admonitio; & hoc propter honorem sanguinis Christi. Scot. ibid. l. E.*

50 Int. Vtrum si aliquis intraret in gladium euaginatam alterius, & interiret, tenens gladium, esset irregularis? Resp. negatiue, vt habetur *dist. 50. Can. 49. Hii, qui arbores;* tunc enim vocatur inuoluntarium

rium simpliciter. *Scot. ibid. l. E.*
51 Int. Vtrum, si quis non posset euadere mortem, nisi alium occidendo, si occideret, esse irregularis? Resp. affirmatiue; talis enim vocatur homicida inuoluntarius secundum quid, & habetur *dist. 50. Can. 6. de his Clericis.* sed facilius est dispensatio. *Scotus ibidem l. E.*

52 Int. Vtrum per homicidium casuale incurritur irregularitas? Resp. quod si dedit operam rei licite, & adhibuit omnem diligentiam debitam, tunc nullam incurrit irregularitatem; si autem alteram istarum conditionum prætermiserit poenam incurrit, & fit irregularis. *Scot. 4. sent. dist. 25. q. 1. lit. E.*

53 Int. Vtrum occidens hominem nesciens poenam irregularitas inflictam à Canone contra homicidas, talem poenam incurrat? Resp. quod maxime efficitur irregularis, quia dedit operam rei illicitam, quam debet scire esse illicitam, & si nescit, debet consulere peritos, per quos posset scire illam esse illicitam. *Scotus 4. sentent. dist. 26. q. 8. lit. A.*

54 Int. Vtrum bigamia inducat irregularitatem? Resp. affirmatiue; simpliciter enim irregularitatem inducit, vt habetur *Extr. de Bigamis, per totum. Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. E.*

55 Int. Quotuplex est excommunicatio? Resp. duplex est scilicet maior, & minor; excommunicatio maior est exclusio alicuius à comunione fide-
lium

lium excludendo prohibitionem, nec communicet cum alijs, nec alij cum eo; Excommunicatio minor est illa, quæ excludit à communione fidelium, puta, in Sacramentis. *Scotus ibid. l. F. & d. 19. q. 1. l. L.*

56 Int. Unde incurritur excommunicatio maior? Resp. quod aliquando incurritur à iure, & aliquando ab homine, nec potest haberi numerus rationum, propter quas excommunicatio incurritur, quia quomvis fuerit parvus numerus, quando Decretales fuerunt compilatæ sub Gregorio IX. postea tamen creverunt motus, & sic crevit numerus rationum. *Scotus 4. sentent. dist. 25. quest. 1. lit. F.*

57 Int. Pro quo debet infligi excommunicatio? Resp. quod nec à iure, nec ab homine debet infligi excommunicatio, nisi pro peccato mortali gravi, cum quo etiam concomitetur contumacia, quia quamdiu aliquis est paratus satisfacere pro culpa, & audit Ecclesiam, quare est habendus ut ethnicus & publicanus. *Scotus 4. sent. dist. 25. quest. 1. lit. E.*

58 Int. Quare infligitur poena Excommunicationis? Resp. quod secundum Christum Dominum ista poena infligitur quasi ultima illi, qui non vult audire Ecclesiam qui est finaliter contumax. *Scot. ibid. l. F.*

59 Int. Quinam est Minister iuris ad inferendam hanc poenam excommunicationis? Resp. quod

loquendo de potestate ad excommunicandum simpliciter, ille est minister, cui subsunt omnes fideles, & talis est Pontifex, & sic nullus potest excommunicare, nisi Pontifex, vel eius Commissarius. *Scot. ibid. l. F.*

60 Int. Vtrum quilibet habens iurisdictionem possit excommunicare, & reconciliare? Resp. quod loquendo de Excommunicatione maiori, quæ vocatur Excommunicatio simpliciter, & est exclusio alicuius à communione fidelium, scilicet, ne communicet cum alijs, nec alij, cum eo, tunc solus Papa, ut dictum est, auctoritate propria potest excommunicare, quia solum illi tenetur obedire quilibet Christianus, sicut etiam quilibet tenetur illum excommunicatum vitare; omnis enim subditus est Papæ. *Scot. 4. sent. d. 19. q. vn. l. L.*

61 Int. Vtrum aliquis inferior Papa possit excommunicare? Resp. quod loquendo de auctoritate propria, non potest, quia non omnes subjunguntur Episcopo, vel Prælato, licet possit in suos subditos, illisque præcipere, ut caueant suum, & si Episcopus excommunicat tali excommunicatione maiori hoc est ex commitione illius, nempe Papæ, cui tenentur omnes alij obedire, & sic illum excommunicatum vitare. *Scot. ibid. l. L.*

62 Int. Vtrum non subditus teneatur evitare excommunicatum ab aliquo Episcopo? Resp. quod dummodo non sit excommunicatus per præceptum Papæ, qui est summus iudex, non tenetur, quia nul-

Ius non subditus tenetur seruare institutionem, aut præcepta Episcopi non sui; ergo nec euitare excommunicacionem ab illo, sed tamen, quia talis pena non est à Iudice particulari, scilicet Episcopo, sed à legillatore, dicendum est, quod omnes incurrant excommunicacionem minorem, quia omnes sunt subditi Papæ, & Ecclesiæ, quæ sic determinauit. *Scot. 4. sent. d. 19. q. vn. l. l.*

63. Int. Vtrum Parochi, & alij confimiles possint excommunicare? Resp. quod non, nisi in illo casu, in quo inuenitur expressè eis concessum, & rationabiliter, qui sic excluduntur quedam pericula, quæ proueniunt ex pronitate quorundam fatuorum ad excommunicandum; frequens liquidem est in Ecclesia percussio huius gladij; qui tamen rarò ab Apostolis inuenitur extractus; nam tribus tantum vicibus inuenitur in Epistolis Diui Pauli, quod excommunicauerit, scilicet 1. *Corinth. cap. 5. 1. Thimot. cap. 1. & Galat. cap. 1. Scot. ibidem l. l.*

64. Int. Quæ fuerunt crimina, propter quæ D. Paulus excommunicauit? Resp. esse tria, primò propter incestum in primo gradu; quoniam quidam cognouerunt uxorem Patris sui; secundò propter hæreses, quia aliqui erant auctores hæresum contra Euangelium; tertio propter subuersionem veritatis Euangelij; nam aliter exponebant, & prædicabant de Euangelio, quam ipsi Apostoli. *Scotus ibid. l. l.*

65. Int;

65. Int. Quæ requiruntur, vt debitè fiat excommunicatio? Resp. plura requiruntur; primo, quod sit causa iusta, vt est aliquod peccatum enorme, & publicum; secundò requiruntur forma debita, nempe processus legitimus; tertio intentio recta scilicet correctio delinquentis, quæ omnia repeririuntur in auctoritatibus D. Pauli iam assignatis. *Scot. ibidem l. l.*

66. Int. Vtrum si Minister aliquis excommunicaret quemdam per literas, & à tempore sigillationis literarum vellet eum statim esse excommunicatum, talis verè excommunicatus esset? Resp. negativè; non enim debet se habere pro excommunicato, donec literæ ad eum perueniant. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. E.*

67. Int. Qualiter relaxatur excommunicatio? Resp. excommunicatio relaxatur per absolutionem factam ab illo, qui excommunicauit, dummodo sit excommunicatio à Iudice, vel à superiore illius Iudicis; si autem est excommunicatio à iure, tunc relaxatur per absolutionem eius, qui ius condidit. *Scot. ibid. l. F.*

68. Int. A quo relaxari potest excommunicatio, quando legislator non reseruat sibi absolutionem? Resp. quod licet multi dicant, quod relaxari potest à quocumque Sacerdote, quod probant per *Capit. 29. Nuper à nobis. Extr. de sententia excommunicat. vbi habetur, Quid non est prohibendum, videtur esse concessum.* Tamen videtur aliter dicendum, quia

Zz

posse

posse absolueri cadit sub illa regula, scilicet, quod non est concessum, videtur esse prohibitum; nulli enim comp. tit. absolueri a sententia commissa a superiore, nisi sit illi concessum. *Scot. ibid. l. F.*

69 Int. Quomodo est poena grauior irregularitas, an excommunicatio? Resp. quod loquendo quantum ad intentionem, grauior est excommunicatio, quia hæc excludit ab omni communione alius licita, scilicet a fidelibus, & a Sacramentis: irregularitas vero excludit a perceptione Ordinum, & a ministracionem; tamen quantum ad remissionem, excommunicatio dicitur leuior, quia facilius remittitur, quam irregularitas; quamuis ex hoc dici possit etiam grauior. *Scot. ibid. l. F.*

70 Int. Quomodo est grauior poena excommunicatio publica, vel priuata, & similiter loquendo de irregularitate? Resp. quod tam excommunicatio, quam irregularitas semper grauior, est si fuerit publica, quam si fuerit priuata. *Scot. ibid. l. F.*

71 Int. Quid est interdictum? Resp. est arctatio a quibusdam actibus Ecclesiasticis exercendis, vel ab assistendo quibusdam actibus eiusmodi. *Scot. ibid. l. G.*

72 Int. Quibus, & quot modis potest infligi ista poena? Resp. tribus modis potest infligi; aliquando enim potest infligi loco, & non personæ aliquando personæ, & non loco aliquando loco, & personæ simul, & sicut infligitur, ita est seruanda. *Scot. 4 sent. d. 25. q. 1. l. G.*

73 Int.

73 Int. Cui frequentius infligitur interdictum? Resp. quod quatenus est poena distincta a cæteris frequentius infligitur loco, non personis, nisi dum in loco sunt personæ, ut scilicet in tali loco non liceat celebrare solemniter Diuina, nec alios interesse. *Scotus ibid. l. G.*

74 Int. Quomodo contrahitur ista poena interdicti? Resp. quod interdictum quandoque contrahitur a iure, & quando a iudice; a iure, ut patet de receptantibus usurarios extraneos, ut habetur *Extr. de usuris in 6. c. 1. usurarium voraginem*, sed a iudice infligitur propter causas innumeratas, sed communius propter inobedientiam communem Populi terræ. *Scot. ibid. l. G.*

75 Int. Quomodo relaxatur interdictum? Resp. relaxatur per illum, qui posuit interdictum, quandoque etiam relaxatur in certis casibus a iure, ut patet *Extr. de sentent. Excomm. in 6. cap. 24. Alma Mater Ecclesia*. *Scot. ibid. l. G.*

76 Int. Quid est suspensio? Resp. suspensio est prohibitio ab aliquo, alias conueniente, & hoc ad tempus, & in hoc ista poena distinguitur specialiter contra alias, quæ non infliguntur ad tempus. *Scotus ibidem l. H.*

77 Int. Quotuplex est suspensio? Resp. multiplex est, quædam est suspensio ab officio, quædam a beneficio, & quandoque est suspensio ab ingressu Ecclesie. *Scot. ibid. l. H.*

78 Int. Quomodo incurritur suspensio? Resp. quod

quod suspensio incurritur quandoque à iure, ut habetur *Extr. de sent. & re iudic. cap. 1. Cum aterni. Et Extr. de sent. Excomm. cap. 1. Cum medicinalis.* Incurritur etiã in suscipiendo Ordines ab Episcopo, qui renuntiauit loco, & dignitati tali, quia qui executionem non habet, executionem non confert; & ita, si Ordinem confert, suscipiens tamen executionem non habet ideo est suspensus; de hoc habetur *caus. 1. q. 7. can. 23. Daibertum, & Extr. de ordinat. ab Episc. qui renunt. cap. 1. Requisiuit a nobis in Glos. similiter de ordinato licenter simoniace, ut dictum est, frequenter autem suspensio intelligitur à iudice, nunc ab officio, & nunc à beneficio; Scot. *ibid. l. H.**

79 Int. Quomodo tollitur suspensio? Resp. tollitur per relaxationem factam talis suspensionis ab eo, qui eam tulit, vel à superiore eiusdem. *Scot. ibid. lit. H.*

80 Int. Quibus istarum pœnarum quis excluditur ab Ordinis collatione, & susceptione? Resp. quod loquendo de quinque victimis, non prohibent à collatione, & susceptione Ordinum de factò, ut probatur per *D. August. caus. 1. q. 1. can. 96. Quid quidam, & ratio est, quia cum illis pœnis potest stare, & ratio ministeri, & ratio suscipientis, & intentio, & alia necessaria hinc inde; at de iure illæ quinque pœnæ prohibent, ut quod illentè attentatur contrarium; tamen si attentet, fit, quod intendit. *Scotus ibidem l. I.**

3 Int.

81 Int. Vtrum prima pœna, scilicet Depositio, & Degradatio excludat à collatione Ordinum? Resp. quod loquendo de Episcopo, (si Episcopatus est Ordo) tunc non excludit de factò, sed bene de iure; si verò non est Ordo, sed dignitas, tunc Degradatio utique excludit ab executione, & collatione Ordinum, & de factò, & de iure; quia Episcopus degradatus simpliciter non est Episcopus. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. I.*

82 Int. Vtrum Sacerdos excommunicatus, vel irregularis conficiat, si attentet? Resp. affirmatiue, quia character sacerdotalis tolli non potest. *Scotus ibidem l. I.*

83 Int. Vtrum Episcopus degradatus, habens intentionem ordinandi, verò ordinet? Resp. negatiue, quia non sufficit intentio ad collationem Ordinum, sed requiritur, quod sit idoneus minister, qualis non est Episcopus degradatus, & depositus, tenendo, quod Episcopatus non sit Ordo, sed dignitas. *Scot. 4. sent. d. 25. q. 1. l. I.*

84 Int. Vtrum irregularitas excludat à Sacramento penitentiae, sicut excludit à susceptione Ordinis? Resp. negatiue, & ratio est, quia non est pœnis de isto, & illo Sacramento; nam Sacramentum penitentiae est Sacramentum generale, & ideo ab illo nullus excluditur, nec de factò, nec de iure; Sacramentum verò Ordinis est Sacramentum excellentiae & ideo propter defectum potest negari, cum defectum hoc exigat. *Scot. ibid. l. I.*

85 Int.

85 Int. Vtrum hæresis excludat à gradu Ecclesiastico? Resp. quod non excludit de facto, (sic intelligitur, quod habetur *Caus. 1. q. 1. can. 96. Quid quidam dicunt.*) sed bene excludit de iure, etiam si talis non sit condemnatus; si vero fuerit condemnatus, & præclius ab Ecclesia (tenendo, quod Episcopatus non sit Ordo, sed dignitas quædam addita super Ordines) tunc excluditur talis hæreticus à collatione Ordinum. *Scotus ibid. l. 1.*

86 Int. Vtrum simoniaci ordinatio sit irrita? Resp. quod loquendo quantum ad executionem, & exercitium Ordinis, est utique irrita ordinatio; tamen simoniacus verè Ordinem suscepit, & ideo non indiget, nisi, ut eius susceptio relaxetur, & sic intelligitur, quod habetur *caus. 1. q. 1. can. 109. De caturo statuimus, & can. proximo 108. Si quis à simoniaco, ubi dicitur, Qui verò scitatur se à simoniaco consecrari (imò excommunicari) permiserit, eorum consecrationem omnino irritam esse decreuimus. Scot. ibid. l. 1.*

87 Int. Quare sicut Ecclesia potest dare potestatem conferendi Ordines, non potest talem auctoritatem auferre? Resp. quod Minister Ecclesiæ datum est, ut sit Minister in conferendo, non in auferendo; hinc tenendo, quod Episcopatus sit Ordo, ex quo collatus est character, non est potestas, quæ possit illam potestatem auferre.

Scot. ibid. l. 1.



DE MATRIMONIO.

TIT. XVII.

Int. Vtrum procurare prolem sit secundum inclinationem naturæ? Resp. affirmatiue, quia est secundum inclinationem naturæ saluare suam speciem, & eò magis, quo est perfectior species, sicut est humana, quod non potest fieri, (regulariter loquendo) in isto statu mortalitatis, nisi per propagationem. *Scot. 2. q. sent. dist. 26. q. 2. l. B.*

2 Int. Vtrum si homo est immortalis, haberet talem inclinationem naturæ? Resp. affirmatiue, quia ut licet competeret communicare perfectionem suam eò modo, quo esset sibi possibile, & hoc esset propagando. *Scotus ibid. l. B.*

3 Int. Vtrum procurare prolem sit actus illicitus? Resp. negatiue, quia de illicito non datur præceptum, sicut datum est præceptum de prole procreanda, ut habetur *Gen. cap. 9. Crescite, & multiplicamini, &c. Scot. ibid. l. B.*

85 Int. Vtrum hæresis excludat à gradu Ecclesiastico? Resp. quod non excludit de facto, (sic intelligitur, quod habetur *Caus. 1. q. 1. can. 96. Quid quidam dicunt.*) sed bene excludit de iure, etiam si talis non sit condemnatus; si vero fuerit condemnatus, & præclis ab Ecclesia (tenendo, quod Episcopatus non sit Ordo, sed dignitas quædam addita super Ordines) tunc excluditur talis hæreticus à collatione Ordinum. *Scotus ibid. l. 1.*

86 Int. Vtrum simoniaci ordinatio sit irrita? Resp. quod loquendo quantum ad executionem, & exercitium Ordinis, est utique irrita ordinatio; tamen simoniacus verè Ordinem suscepit, & ideo non indiget, nisi, ut eius susceptio relaxetur, & sic intelligitur, quod habetur *caus. 1. q. 1. can. 109. De caturo statuimus, & can. proximo 108. Si quis à simoniaco, ubi dicitur, Qui verò scitatur se à simoniaco consecrari (imò excommunicari) permiserit, eorum consecrationem omnino irritam esse decreuimus. Scot. ibid. l. 1.*

87 Int. Quare sicut Ecclesia potest dare potestatem conferendi Ordines, non potest talem auctoritatem auferre? Resp. quod Minister Ecclesiæ datum est, ut sit Minister in conferendo, non in auferendo; hinc tenendo, quod Episcopatus sit Ordo, ex quo collatus est character, non est potestas, quæ possit illam potestatem auferre.

Scot. ibid. l. 1.



DE MATRIMONIO.

TIT. XVII.

Int. Vtrum procurare prolem sit secundum inclinationem naturæ? Resp. affirmatiue, quia est secundum inclinationem naturæ saluare suam speciem, & eò magis, quo est perfectior species, sicut est humana, quod non potest fieri, (regulariter loquendo) in isto statu mortalitatis, nisi per propagationem. *Scot. 2. q. sent. dist. 26. q. 2. l. B.*

2 Int. Vtrum si homo est immortalis, haberet talem inclinationem naturæ? Resp. affirmatiue, quia ut licet competeret communicare perfectionem suam eo modo, quo esset sibi possibile, & hoc esset propagando. *Scotus ibid. l. B.*

3 Int. Vtrum procurare prolem sit actus illicitus? Resp. negatiue, quia de illicito non datur præceptum, sicut datum est præceptum de prole procreanda, ut habetur *Gen. cap. 9. Crescite, & multiplicamini, &c. Scot. ibid. l. B.*

4 Int. Vtrum procreare prolem sit actus honestus? Resp. affirmatiue, quia honestum est agere ad reparationem tunicæ Angelicæ, & restaurationem illius supernæ Ciuitatis Ierusalem secundum prædeterminationem Diuinam, quæ sit, dum prædeterminati proueniunt in esse per propagationem. *Scot. 4 sent. d. 26. q. vn. l. B.*

5 Int. Vtrum procreare prolem sit actus circumstantionabilis? Resp. affirmatiue; nam non est per se malus, quia actus sic malus, est odire Deum (si possibile esset) neque per se bonus, quia actus sic bonus, est amare Deum; odire enim Deum non potest esse bonum, nec amare Deum potest esse malum, & sic neuter actus est circumstantionabilis; Procreare prolem potest esse malum, & bonum, & ideo est circumstantionabilis. *Scot. ibid. l. C.*

6 Int. Quænam est prior circumstantia talis actus? Resp. est circumstantia finis, idest uelle procreare prolem religiose educandam ad ampliandum cultum Diuinum. *Scot. ibid. l. D.*

7 Int. Quodnam est bonum prolis? Resp. ex D. August. *sup. Gen.* Bonum prolis non dicitur ipsa proles, sed spes, & desiderium, quo proles quaeritur, ut religiose educatur, vel informetur. *Scotus ibidem l. D.*

8 Int. Quænam est secunda circumstantia? Resp. est, quod actus procreandi tamquam honestus, sit determinatarum personarum, maris scilicet, & femine, non quod esse maris, & femine sit circum-

stant-

stantia, sed includitur necessariò in actu, qui est procreare prolem, & hæc circumstantia determinatarum personarum est ex parte causarum agentium. *Scot. ibid. l. D.*

9 Int. Vtrum sufficiat vaga coniunctio ad talem circumstantiam? Resp. negatiue, quia huiusmodi vaga coniunctio est contra bonum prolis, quod est finis hic intentus, contra bonum familie, & contra bonum Ciuitatis. *Scot. ibid. l. D.*

10 Int. Quare esset contra bonum prolis? Resp. quia proles in coniunctione vaga non religiose educaretur, neque parentes prolem sic educarent, quia ut sic, non haberent determinatam notitiam suæ prolis, saltem Pater, & ita non esset sollicitus impendere debitam disciplinam suæ proli; nec è conuersò proles esset sollicita impendere debitam reuerentiam, & timorem filialem Patri, propter quem timorem filius magis obedit Patri, & magis id eo, quàm ab alio, recipit disciplinam. *Scot. 4 sent. d. 26. q. vn. l. D.*

11 Int. Quare esset contra bonum familie? Resp. quia bonum familie consistit in aliqua firma adhesionem principalium personarum familie, aliàs esset bonum vagum; vnde dicit Philosoph. 8. *Ethic. cap.*

12. Quod homo naturaliter est animal coniugale, & domesticum, & in tali coniunctione vaga aliquæ personæ non adhiberent diligentiam circa necessitati sibi mutuo, & proli. *Scot. ibid. l. D.*

12 Int. Quare esset contra bonum Ciuitatis? Re-

sp. Quia amicitia Ciuium est, vt plurimum, ex de-
terminata propinquitate in certo gradu, quæ propin-
quitas certa non esset, si coniunctio esset vaga,
& nulla esset vera causa amicitie; & ideo habet-
ur *Græc. cap. 2. Erunt duo in carne vna*; quod
etiam Christus Dominus dixit *Matth. cap. 19. & Paulus 1. Corinib. cap. 17. inquit, Vnusquisque suam uxorem habeat. Scot. ibid. l. D.*

13 Int. Quenam est tertia circumstantia? Resp. tertia circumstantia actus procreandi prolem est obligatio istarum personarum ad finem prædictum vinculo indissolubili, & hoc est honestum; nam magis valet ad bonum prolis, ad bonum familie, & ad bonum Ciuitatis perpetua adhæsiō vinculo indissolubili obligata, quam sic simpliciter. *Scot. ibidem lit. F.*

14 Int. Vtrum talis obligatio vinculo indissolubili possit naturali ratione probari? Resp. negatiue; non enim potest euidenter probari per rationem naturalem; probatur tamen, quod sit honestum, & consonum rationi naturali terminam, & marem se obligari ad talem finem iam dictum, & ideo talis obligatio non est de lege nature propriissime sumpta, sed solum quia consonum est principijs, & conclusionibus naturalibus, non tamen necessario sequens ex illis. *Scot. 4. sent. dist. 26. quæst. vn. l. F.*

15 Int. Vtrum sit consonum rationi naturali obligationem iam dictam esse dependenter à volunta-

te amborum, scilicet maris, & femine? Resp. affirmatiue, quia talis modus est conuenientior indissolubilitati requiritæ, nam si absque eorum voluntate mutua, ex imperio legislatoris coniungerentur, tunc minus placeret sibi mutuo, & ita esset maior occasio futuræ dissensionis, quia; sicut habetur *caus. 20. q. 3. can. 4. Præsens Clericus. Quid quis non eligit, nec optat, profectio non diligit, quod autem non diligit, facile conuenit. Scot. ibid. l. F.*

16 Int. Vtrum honestum sit marem, & femineam transferre in se inuicem potestatem corporum suorum pro vñ perpetuo ad finem debitum? Resp. affirmatiue, & debet fieri contractus mutue donationis, qui contractus necessario requirit actus voluntatum concordēs in translatione mutua corporum, sicut accidit in permutationibus, & venditionibus; nam contractus dicitur, quasi simul tractus duarum voluntatum. *Scotus ibid. l. G.*

17 Int. Vtrum sufficiat iste contractus ad mutuan translationem corporum? Resp. negatiue, sed oportet actus in contractu mutuo exprimi per aliqua certa signa; alioquin nec mari, nec femineam constaret de actu voluntatis alterius, & sic non esset mutua translatio, quia neuter vult transferre, nisi pro quanto concipit alium velle in ipsum transferri. *Scotus ibid. l. G.*

18 Int. Quid sit per talem contractum? Resp. per contractum quis fit dominus alterius, & desinit esse dominus sui, faciens alium dominum, & per

per illud, quod alius acquirit in corpore alterius transfertur in ipsum per actum voluntatis liberè transferentis cum signo extrinseco euidenti. *Scotus ibidem l. H.*

19 Int. Quænam est forma huiusmodi contractus? Resp. est ista; Do, si des; vel, Do, ut des. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. H.*

20 Int. Quotplex est datio? Resp. duplex est, quædam non liberalis expectans redditionem futuram, & quædam est exigens redditionem præsentem concomitantem; prima potest esse, esto non sequatur redditio expectata; secunda verò nunquam est, nisi sit statim redditio concomitans. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 1. l. E.*

21 Int. Si est de lege naturæ illa obligatio per contractum mutux translationis, quare deinde determinatum est per legem Diuinam, & positivam? Resp. hoc esse, quia illa lex naturæ non erat uidentissima, scilicet principiorum practitorum, sed bene sequens ex illis, & sic non est omnibus manifestum, & ideo expedit necessitatem illius præcepti à lege positiua determinari. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. H.*

22 Int. Vtrum si huiusmodi obligatio esset de lege naturæ primo modo expedit addere illi præceptum Diuinum? Resp. affirmatiuè, scilicet ad obedientiam præstandam tali præcepto, quia minus obediunt homines soli legi naturæ, quam Deo præcipienti, quia minus timent, & reuerentur con-

fici-

scientias, quàm auctoritatem Diuinam. *Scot. ibid. l. H.*

23 Int. Vtrum sufficerent leges humanæ ad istam contractus determinationem? Resp. negatiuè, quia leges positiuæ humanæ varix sunt apud diuersos, quod repugnat huic indissolubilitati, quæ debet esse vniformis apud omnes. *Scot. ibid. l. H.*

24 Int. Vtrum præceptum de contrahendo fuerit perpetuum? Resp. quòd facere contractum expedit bene præcipi pro tempore illo, quo erat necessitas propagationis; qua propter bus Deus præcepit post lapsum; sed præceptum de adhesionem, præmissio primo contractu, expedit pro semper, quia talis indissolubilitas coniugalis est consona legi naturali, quæ magis obseruatur, stante lege Diuina. *Scot. ibid. l. H.*

25 Int. Ad quid obligauit nos Deus? Resp. quòd licet Deus sit Dominus omnium, tam corporis, quam animæ; tamen nos obligauit solùm ad præcepta Decalogi, & omnia dereliquit voluntati hominis. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. H.*

26 Int. Vtrum contractui prædicto congruum fuit annexi gratiæ collationem? Resp. affirmatiuè; nam obligatio valdè difficilis, quæ oritur ex huiusmodi contractu, est coniuncta honestati, ad quam honestatem, & difficultatem congruum est gratiam sequi, & conferri, & hoc aliquo signo sensibili. *Scotus ibid. l. I.*

27 Int. A quo institutum fuit Sacramentum ma-

tri-

trimonij? Resp. à Christo Domino institutum fuit; sicut & cætera Sacramenta, quæ habuerunt efficaciam ab eius passione exhibita in actus interiori, & sic non potest dici, quod fuerit institutum in statu innocentie, quia si status, huiusmodi iterisset, non fuisset Christi passio; & tunc Christus hoc Sacramentum instituit, quando Matth. cap. 19. dixit *Non legitis, quia masculinum, & feminam fecit eo Deus*, & subdit, *quod Deus coniunxit homo non separet*; nam licet per primam propositionem approbauerit Matrimonium institutum à Deo per secundam instituit matrimonium Sacramentum concomitans contractum conjugalem coniungentem. Scot. *ibid. l. K.*

28 Int. Quid est forma Sacramenti matrimonij? Resp. est aliquod signum sensibile institutum ad significandum efficaciter gratiam tunc collatam. Scot. *ibid. l. K.*

29 Int. Vtrum sit aliqua forma determinata, siue signum sensibile istius Sacramenti? Resp. problematicè, scilicet, quod sit aliquod determinatum signum, putat, accipio te in meam, vel in meum; & quod sit indeterminatum signum, siue illud sit in verbi, siue in signis. Scot. *ibid. l. L.*

30 Int. Vtrum muti contrahant matrimonium? Resp. quod si forma matrimonij est determinata per verba, tunc muti non contrahunt matrimonium vt Sacramentum, quamuis sit inter eos contractus matrimonialis: nec istud videtur absurdum, quia possibile est, quod vique ad legem Evangelicam

eam frequenter contrahebatur matrimonium; vbi tamen numquam fuit Sacramentum propriè: si verò forma non est determinata, sed ex impositione humana determinetur vt signum sufficiens ad contractum, tunc potest dici, quod in quocumque contractu matrimoniali in lege Evangelica, concomitatur Sacramentum. Scot. 4. sent. d. 26. *quæst. vi. lit. L.*

31 Int. Vtrum sit vna forma istius Sacramenti? Resp. quod est vna forma vnitatis integritatis, non vnitatis indiuisibilitatis; verba enim hinc inde expressius consensus sunt vnum signum integrum, & respectu contractus, & respectu gratie, nec est inconueniens plures formas particulares esse vnius Sacramenti, sicut dictum est de Eucharistia, de forma super Panem, & vinum. Scot. *ibid. l. M.*

32 Int. Quinam est Minister huius Sacramenti matrimonij? Resp. Contrahentes sunt Ministri, qui ministrant sibi ipsis hoc Sacramentum, vel mutuo, vel vterque libis vel etiam Parentes pro filijs, & filiabus præsentibus non experimentibus signa propria & hoc concessio, oportet dicere, quod Minister huius Sacramenti potest esse indifferenter, quicumque potest esse Minister in contractu matrimoniali. Scot. *ibidem l. M.*

33 Int. Vtrum sit vnus Minister? Resp. quod est vnus Minister vnitatis integritatis, non vnitatis indiuisibilitatis, sicut dictum est de forma. Scot. *ibidem l. M.*

34 Int. Quinam est effectus huius Sacramenti matrimonij? Resp. quod sunt duæ gratiæ in animabus contrahentium, dummodo tamen non sit obex peccati mortali hinc inde, & hic est primus effectus. *Scot. ibid. l. N.*

35 Int. Vtrum ad recipiendam talem gratiam sufficiat, quod contrahens non sit fictus? Resp. negatiue, sed oportet, quod pœnitcat, quia istud Sacramentum non dat primam gratiam. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. N.*

36 Int. Quinam est effectus secundus istius Sacramenti? Resp. quod est vnio animarum contrahentium; tamen effectus totalis istius Sacramenti est vnio gratiosa animarum cum Deo: gratiosa, idest per gratiam. *Scot. ibid. l. N.*

37 Int. Dato quod sit determinata forma istius Sacramenti, & determinati Ministri, vtrum omnes contrahentes in lege Christiana recipiant Sacramentum? Resp. quod non omnes contrahentes accipiuntur Sacramentum, sicuti sunt muti, qui non possunt verba proferre, & illi qui vmuntur, quando parentes contrahunt pro filijs, & filiabus presentibus non exprimentibus signa propria. *Scotus ibid. l. N.*

38 Int. Vtrũ isti sic dicti accipiant gratiam? Resp. affirmatiue, dummodo non fuerit obex, quia Deus afficit sibi propter difficultatem illius contractus honesti, sed non tantam gratiam, quantum reciperent cũ Sacramento, maxime si impossibilitas non excolet. *Scot. ibid. l. N.*

39 Int.

39 Int. Quid est matrimonium? Resp. Matrimonium est vinculum indissolubile inter marem, & feminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se inuicem facta ad procreandam prolem debite educandam. *Scot. ibid. l. O.*

40 Int. Quid est contractus matrimonialis? Resp. est maris, & femine mutua translatio corporum suorum pro vltu perpetuo ad procreandam prolem debite educandam. *Scot. ibid. l. P.*

41 Int. Quid est Sacramentum matrimonij? Resp. est expressio certorum verborum maris, & femine ad se inuicem significantium traditionem mutue potestatis corporum ad prolem debite procreandam, ex institutione Diuina efficaciter significans gratiam conferendam mutuo contrahentibus ad coniunctionem animarum gratiosam. *Scotus ibid. l. P.*

42 Int. Datur ne alia descriptio huius Sacramenti? Resp. affirmatiue; nam si verba non sunt præcisa forma, & contrahentes non sunt præcise Ministri, debet sic dici Sacramentum matrimonij est expressio certorum signorum maris, & femine significans traditionem mutuam potestatis corporum suorum ad prolem debite procreandam. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. P.*

43 Int. Vtrum Sacramentum Matrimonij sit de lege naturæ? Resp. affirmatiue, loquendo de matrimonio contracto, vt sit ratum, quod autem nullo obstante impedimento, personæ quæcumque

301 24

Bbb

pos-

possint illud matrimonium contrahere, hoc non est de lege naturæ, & hoc facit Ecclesia, quando illegitimas personas ad actum matrimonij. Hinc inhabilitatio aliqua ad istum actum non est contra legem naturæ. *Scotus 4. sentent. d. 25. q. 1. l. 1.*

44 Int. Quando est institutus contractus matrimonij? Resp. quod est institutus a Deo ante lapsum, Genes. cap. 1. *Crescite, & multiplicamini*, & Gen. c. 2. *Hoc nunc os de osibus meis*, & post lapsum Genes. cap. 3. *Multiplicabo conceptus tuos, & arumnas*, & Genes. cap. 9. *Crescite, & multiplicamini*. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. Q.*

45 Int. Cuius præcepti vim habeat hæc institutio? Resp. ista institutio est per modum præcepti affirmatiui, ita quod obligat semper, sed non ad semper, sed tempore necessitatis. *Scot. ibid. l. Q.*

46 Int. Vtrum tale præceptum obliget nunc, sicut in principio? Resp. affirmatiue, si paucitas in filijs ex aliqua causa acciderit, puta ex bello, peste, vel clade, & huiusmodi; ex quo sequitur hunc contractum esse a Deo per legem positiuam Diuinam institutum. *Scotus ibid. l. Q.*

47 Int. Quando Deus instituit obligationem indissolubilem? Resp. instituit Deus ex lege sua positua, quando Genes. cap. 2. dixit, *Adhærebit uxori sue*, adhærebit, inquam, idest non momentaneæ accipiet, & vim habet præcepti negatiui, quia obligat semper, & ad semper, nisi per legislatorem fiat specialis dispensatio. *Scot. ibid. l. Q.*

48 Int.

48 Int. Quomodo Christus instituit Sacramentum matrimonij? Resp. instituit hoc Sacramentum, quando Matth. cap. 9. dixit, *Quod Deus coniunxit, homo non separet*. *Scot. 4. sent. dist. 26. quest. vn. l. Q.*

49 Int. Ad quid Sacramentum hoc matrimonij institutum est? Resp. institutum est in officium, scilicet ad procreandam prolem debito educandam, & in remedium, scilicet ad euitandam incontinentiam post lapsum. *Scot. ibid. l. Q.*

50 Int. Vnde habetur honestas contractus, vel institutio, vel approbatio Diuina in ordine ad hunc finem, scilicet euitandæ incontinentiæ? Resp. quod cum hic finis non sit laudabilis, nec includat honestatem in illo actu, tamen potest dici, quod Deus instituerit talem contractum, non ex laudabilitate, sed ex inimitate post lapsum, & pronitate ad illum actum, indulgit, non approbavit actum istum, & hoc ad euitandum maius malum, & sic tali indulgentia posita, contractum ordinatum ad illum actum instituit, saltem ex lege positua, & quantum ad contractum, & quantum ad obligationem. *Scot. ibid. l. R. S.*

51 Int. Vtrum in scriptura sacra habeatur talis contractus ad remedium? Resp. quod in veteri testamento non habetur, nisi contractus præceptus, & laudatus ad procreandam prolem, vt dictum est. In nouo vero testamento saltem certificati sumus de hoc propter alium finem, scilicet propter cui-

evitandam fornicationem; unde 1. Corinth. cap. 7. habetur, *Hoc autem secundum indulgentiam dico; & verisimile est, quod ista indulgentia non fuerit primo facta in noua lege, sed à principio humani lapsus. Scitis ibidem l. S. Potest tamen videri in Prover. cap. 5.*

52 Int. Quomodo se habent isti duo fines, scilicet procreandi prolem, & evitandæ incontinentiæ? Resp. finis procreandi est primus in ordine, ad quem est institutum Sacramentum matrimonij, finis de evitanda libidine est secundus, & concomitans contractum illum ratione indissolubilitatis. *Scit. 4. sent. d. 26. q. vn. l. S.*

53 Int. Vtrum Adam fuerit institutor huius Sacramenti quando dixit, *Os unum de osibus meis, &c. Quamobrem relinques homo Patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suæ?* Genes. cap. 2. Resp. quod tunc Adam non fuit institutor matrimonij, sed Præco; publicavit enim matrimonium institutum à Deo. *Scitis ibidem l. S.*

54 Int. Vtrum Ecclesia possit declarare contractum matrimonialem? Resp. quod Ecclesia bene potest aliquid immutare circa materiam habilem, vel non habilem, & declarare personas idoneas, vel non idoneas, sed non potest circa illud, quod est essenziale contractui matrimonij, præsupposita materia idonea. *Scit. ibid. l. S.*

55 Int. Quomodo accipitur coniunctio in definitione Magistri, dicentis, *Matrimonium est viri mul-*
lit.

litisque coniunctio maritalis inter legitimas personas vitam indissolubilem retinens? Resp. quod accipiendo matrimonium proprie pro illa coniunctione, tunc coniunctio debet accipi habitualis, & est idem, quod obligatio; si vero matrimonium accipiatur pro contractu, tunc coniunctio accipitur pro actu coniungendi, vel pro passione, quæ includit actum intrinsecum personarum coniunctarum. *Scot. 4. sent. dist. 27. q. 1. l. A.*

56 Int. Vtrum coniunctio possit intelligi pro relatione vnus ad alterum? Resp. affirmatiue, intelligendo matrimonium proprie; unde sunt duæ relationes, vna videlicet viri ad mulierem, & altera mulieris ad virum; nec sequitur, quod sint duo matrimonia, quia, vt dictum est supra, matrimonium est vnum vnitatis integritatis, non indiuisibilitatis, sicut in omni contractu includitur assensus duorum, & in vtroque duo reperiuntur actus, scilicet interior, & exterior interiorem significans. *Scot. ibid. l. A.*

57 Int. Vtrum consensus expressus per verba sit causa sufficiens matrimonij? Resp. affirmatiue, & habetur *Extr. de sponsalibus, cap. 25. Tuae fraternitati;* nam sine consensu fides, & cætera nequeunt matrimonium facere; consensus autem tacitus non sufficit ad Sacramentum, quia non est ibi signum sensibile. *Scot. 4. sent. d. 27. q. 2. l. A.*

58 Int. Vtrum talis consensus sit proprie causa efficiens illius matrimonialis vinculi? Resp. negatiue,

tiue, sed est dispositio præuia, sicut baptizari, & ordinari est præuia dispositio ad characterem, & talis consensus cum expressione verborum est contractus matrimonij. *Scot. ibid. l. A.*

59 Int. Vtrum requiratur certitudo talis consensus? Resp. quod quamuis de actu interiori consensus non habeatur certitudo demonstratiua; sufficit tamen certitudo probabilis, & vt in pluribus, & talis, qualis requiritur in actibus humanis, & in alijs contractibus, puta venditionis, & commutationis; talis, inquam, requiritur ad matrimonium ex suppositione huius propositionis, scilicet, quilibet habendus est verax, de quo non habetur euidentis signum oppositi, quæ propositio est consona legi nature, videlicet, quod pro fidei, & veraci habeatur, quouique per experientiam, vel per testimonium aliorum fuerit certitudinaliter contrarium extimatum. *Scot. ibid. l. A.*

60 Int. Vtrum sufficiat contractus parentum ad matrimonium filiorum, cum habeatur *caus. 32. q. 2. can. 13. Honorantur parentes. & Exir. de sponsalibus cap. 25. Tunc fraternitati, in Glos.* quod sufficiat expressio parentum pro filijs? Resp. quod ad contractum sufficit, quod parentes contrahant pro filijs, & sufficeret sine verbis, nêpe per scripturas, sicut in venditione fit, & alijs similibus contractibus; sed num per talem contractum saluetur ratio Sacramenti, dictum est supra, vbi apparet quinam sit Minister, & quænam forma huius Sacramenti. *Scot. ibid. l. B.*

61 Int.

61 Int. Vtrum consensus de præsentì expressus verbis causet matrimonium? Resp. affirmatiue, quia talis contractus, siue consensus inducit obligationem, vel vinculum matrimoniale, & est datio potestatis corporum mutua, non liberalis, quia est datio pro alio recipiendo, & est permutatio. *Scot. 4. sent. d. 28. q. vn. l. A.*

62 Int. Vtrum consensus de futuro sufficiat ad matrimonium? Resp. negatiue, quia talis consensus est promissio, per quam non potest esse traditio potestatis, nec contractus matrimonij, nullus enim promittendo tradit illud, quod promittit; imò est contradictio, quia promissio est de tradendo in futurum; consensus autem de futuro expressus signis conuenientibus tali contractui non est, nisi promissio, & non traditio. *Scot. ibid. l. A.*

63 Int. Vtrum ad talem contractum de futuro, siue ad talem promissionem concomitetur Sacramentum? Resp. negatiue, quia huiusmodi Sacramentum secundum formam consistit in signo representatiuo, non in signo pronostico, & ideo, si cum signo de præsentì intenderent contrahentes de futuro, mentirentur; in Sacramentis enim veritatis minister non ministrat idoneè, si mentitur, & sic non est Sacramentum, si consensus est de futuro, propter defectum intentionis Ministris; requiritur ergo intentio de præsentì, sicut signum de præsentì significat. *Scotus ibid. l. A.*

64 Int. Quid dicendum, si contrahentes vrantur signo

figo representatio cum intentione de futuro? Resp. contrahentes committere mendacium; si vero utantur signo pronostico, non mentiuntur, quia tale signum significat futurum; tunc tamen debet intentio requisita, & signum debitum requisitum ad matrimonium. *Scot. ibid. l. A.*

65 Int. Vtrum ad consensum expressum de futuro consequente copula carnali, sequatur postea verum matrimonium? Resp. negative, quia licet fuerit aliquod vinculum ob dictum consensum; tamen ante actum copulae erat dissolubile, quod non admittit rationem matrimonij. *Scot. 4. sent. dist. 28. quest. vn. l. B.*

66 Int. Vtrum praesumptio Ecclesiae, quae dicit post copulam esse matrimonium, sit sufficiens ad hoc, quod sit verum matrimonium inter illos, qui post sponsalia se carnaliter cognouerunt? Resp. quod veritas praevalet praesumptioni simpliciter, & in quocumque iudicio, dummodo appareat, quod aequaliter possit esse veritas nota, sicut illud unde oritur praesumptio, & ideo in veritate si promittens in actu, qui sequitur sponsalia, non mutat consensum sponsalium, qui est de futuro, in consensum matrimonialem, qui est de praesenti, & cum solemnitate indicta *Concilio Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione*, non efficitur matrimonium; nec per copulam, nec per praesumptionem Ecclesiae, quia talis actus nec ex lege Divina, nec natura sua est forma sacramentalis, nec matrimonium. *Scot. 4. sent. d. 28. q. vn. l. B.*

67 Int.

67 Int. Quare ergo praesumit Ecclesia, quod post copulam illi non sint fornicarij, ut habetur *Extr. de sponsalib. cap. 30. It. qui fidem?* Resp. quod Ecclesia, quae non potest penetrare animum excoerctis actum illum, praesumit, quod iste noluerit peccare mortaliter, & quod talis procedat a consensu sponsalium ad novum consensum matrimonialem, & illo facto, cognoscat mulierem; attamen, si non mutetur consensus prior in consensum matrimonialem, secundum veritatem non est matrimonium, licet Ecclesia sic praesumat. *Scotus ibidem lit. B.*

68 Int. Vtrum promissio sit vinculum indissolubile? Resp. quod promissio est vinculum indissolubile de iure, non de facto, & ideo de lege naturae est observanda, quae tamen non se extendit ad contractum donationis, qui requiritur ad matrimonium; unde de facto promissio potest dissolvi, quia, quamvis teneatur solvere promissum; res tamen manet sua, si prius non dedit. *Scot. ibid. l. C.*

69 Int. Vtrum promittens, si auferat, quod promittit, & det alteri, teneatur ad restitutionem illi, cui primo promittit? Resp. negative, quia nihil absulit, & alteri, cui dedit, iam datum est, a quo non potest auferre, & quia impossibile est, quod reddat promissum, quod iam dedit alteri, debet ille de impossibilitate reddendi promissum, & de defectione talis promissionis penitere. *Scot. 4. sent. d. 28. q. vn. l. C.*

Ccc

70 Int.

70 Int. Quodnam vinculum est istud vinculum matrimoniale? Resp. quod tale est vinculum indissolubile de iure, & de facto; sicut est datio facta in perpetuo viri mulieri, & mulieris viro; unde promissio per sponsalia, licet sit vinculum indissolubile de iure, tamen est dissolubile de facto, & tunc est, quando de facto corpus suum quod promissit uni, dat alteri per contractum matrimonij.

Scot. ibid. l. C.

71 Int. Vtrum si ad sponsalia adhibeatur iuramentum, tale iuramentum faciat firmitatem matrimonij? Resp. negativè, dantur enim gradus in firmitate sponsalium; sponsalia sine iuramento habent firmitatem iuris; iuramentum additum sponsalibus facit maiorem firmitatem; semper tamen habent firmitatem sponsalium, dummodo non adveniat novus contractus per signa de presenti, qui requiritur ad matrimonium. *Scotus ibidem l. C.*

72 Int. Vtrum contractus per metum sit sufficiens ad matrimonium? Resp. negativè, quia, ut habetur *Extr. de Dispens. impub. cap. 1. Tria nos*, filius non potest cogi a Patre ad contrahendum matrimonium; imo ut habetur *Extr. de his, qua vi, metuque caus. sum. cap. 2. Abbas Sancti Eudimundi, in Glor. Matrimonium contractum per metum non tenet, nec obligatus est, qui hoc facit, quamvis iuret. Scot. 4. sent. d. 29. q. vn. l. a. A.*

73 Int. Vtrum stante consensu exteriori coactus cum

cum consensu libero interiori, quis contrahat verum matrimonium? Resp. negativè, quia non potest quis cogi ad unum sine alio; nam est peccatum mortale, quod quis eliciat primum consensum sine secundo, quia proferens verba consensus per metum sine consensu interiori contrahendi, perniciosè mentiretur, & sic peccaret mortaliter, quo posito, non esset verum matrimonium, quia tam interior, quam exterior esset coactus, *Scot. 4. sentent. dist. 29. quest. vn. l. A.*

74 Int. Quoniam metus excusat a matrimonio contrahendo? Resp. quod talis est metus, qui potest cadere in constantem virum secundum iura, & inter omnia est metus peccati mortalis, quod est malum maius quocumque malo, quia illud est malum culpæ, aliud verò est malum pœnæ. *Scot. ibidem l. A.*

75 Int. Vtrum quis possit assumere illicitum ad fugiendum licitum? Resp. negativè, quia magis necessarium est vitare illicitum, nempe culpam, quam fugere pœnam, quæ quandoque est licita; Deus enim determinat hominem ad fugendam culpam, non autem ad cavendam pœnam, quæ duo respiciunt duplicem affectionem, scilicet iustitiæ, & commodi, quarum prima homo retrahitur ab illicito, secunda vero inclinatur ad pœnam vitandam. *Scot. ibid. l. A.*

76 Int. Vtrum liceat Religioso ob metum habere consentium exteriori ad matrimonium contrahendum?

trahendum? Resp. negativè, nam cui non licet præbere consensum interiorem, neque licet præstare consensum exteriorem per verba: Religioso non licet præbere consensum interiorem, quia tunc peccaret mortaliter contra votum castitatis, neque licet præbere consensum exteriorem sine interiori, quia peccaret mortaliter mendacio pernicioso. *Scot. vidim. l. A.*

77. Int. Vtrum contrahens per metum, si coartaretur ad sic iurandum; luto ad sancta Dei Evangelia, quòd sine metu consentio ad istud matrimonium deberet iurare? Resp. negativè, quia sic iuraret mendaciter, quod esset peccatum mortale, quod est omnino cauendum, quæcumque pena super sit. *Scot. ibid. l. A.*

78. Int. Vtrum coactus ad dicenda verba, scilicet, *Accipio te, &c.* si consentiat animo, matrimonium teneat? Resp. negativè, quia etiam consensus interior est coactus; nam sicut ob metum mortis quis profert verba, *Accipio te, &c.* sic ob metum mortis, vel peccati mortalis cogitur ad consentiendum, & sic non tenet. *Scot. 4. sent. d. 29. q. vii. l. A.*

79. Int. An in consentiente exterius ex metu Ecclesia præsumat consensum interius? Resp. quòd Ecclesia facit hoc, non quia præsumit non consentisse actu interiori, quia Ecclesia semper præsumit pro meliori parte, puta, illum non fuisse mendacem, & ob id non peccasse mortaliter, sicut habetur *Extr. de Reg. Jur. cap. 2. Estote misericordes. Et Extr. de scrut.*

scrut. in ordin. faciend. cap. vii. Ex parte tua, qui præsumitur idoneus, quando non probetur ineptus. Scitur ibid. l. A.

80. Int. Quare Ecclesia copulam carnalem sequentem sponsalia præsumit esse ex affectu matrimoniali? Resp. quia Ecclesia semper præsumit pro meliori parte; tunc præsumit sponsum, & sponsam non peccare mortaliter in illo actu, & ideo actualiter prius consensisse, hinc cogit eos simul manere. *Scot. ibid. l. A.*

81. Int. Quomodo potest esse consensus coactus? Resp. quòd licet habens voluntatem contrariam posset cogi ad hic manendum, idest, vel ligatus, vel in carceribus; tamen loquendo de actione elicità à voluntate, non potest cogi, nisi secundum quid scilicet respectu maioris mali, quàm sit ille actus. *Scot. ibid. l. B.*

82. Int. Quando ista coactio est possibilis? Resp. Quando homo virtuosus non leui extimatione, sed certitudinaliter, saltem certitudine sufficiente in actibus humanis, scit malum sibi inferendum, quòd maius est inconueniens sibi, quam actum illum displicentem elicere, & potest bene esse, quòd secundum rectam rationem sit sibi maius inconueniens, vt potest mors, vel sustinere carcerem, vel captiuitatem, mutilationem enormem, stuprum, & similia mala, tunc oritur coactio in consensu; nam iste cum sit dominus voluntatis suæ, potest velle aliud, quòd alias nollit, & imperare actum aliàs no-
li.

litum, antequam incurrat ista mala, & hoc secundum rectam rationem, & talis metus dicitur posse cadere in constantem virum. *Scot. 4. sent. dist. 29. quest. vn. l. B.*

83 Int. Vtrum metus possit aliquem inducere ad peccandum secundum rectam rationem? Resp. negatiue, quia non potest esse maius malum, quod imminet, quam sit illud peccatum mortale, quia nulla pena sola peior est, quam culpa mortalis. *Scotus ibid. l. C.*

84 Int. Vtrum consensus tali metu coactus sufficiens sit ad contractum matrimonij? Resp. negatiue, & habetur expresse *Extr. de sponsalib. cap. 14. Cum locum. & cap. 15. Veniens ad nos. & cap. 28. Consultationis tuae. Scot. ibid. l. D.*

85 Int. Quare non est sufficiens talis consensus? Resp. quod contractus matrimonialis est libera actio, quamuis non sit liberalis, quia dat, ut detur sibi æquale, & sic coactio destruit naturam donationis secundò, quia Deus sic instituit talem translationem esse liberam, quod non est ab Ecclesia determinatum, sed tantum expressum; in lege enim naturæ erat hoc requisitum, ut habetur *Genes. c. 2. Adheret uxori suæ. & ad alio non est coacta, & Gen. c. 24. habetur, quod Abrahâ dixit seruo suo, si autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento. Et cum peteret ille Rebeccam, dixerunt, Vocemus puellam & quæramus eius voluntatem, & statim quæsierunt, *Vsque ire cum homine isto quæ ait, vadam. Tertio**

tiò ratione prole procreandæ, ex quo nascitur indissolubilitas vinculi, ad quod requiritur datio libera; nam, ut dictum est habetur *can. 20. quest. 3. can. 4. Presens Cler. quod quis non diligit, facile conuenit. Scot. ibid. l. D.*

86 Int. Vtrum quis ad vitandum peccatum mortale coactus ad continentium, si consentiat verbis, & intentione, si verum matrimonium? Resp. quod illi, cui imminet metus peccati mortalis, mortis, vel carceris, secundum rectam rationem dicere debet verba matrimonialia, quæ exiguntur, ab eo, & ex consequenti debet consentire interius concorditer verbis fugiendum mendacium, tamen per ipsum consensum non transfert potestatem sui corporis in illam, quia nullus consensus est translatiuus, nisi liber. *Scot. 4. sent. d. 29. q. vn. l. E.*

87 Int. Vtrum possit dici liber ille actus, dum consentit, unde possit dici, quod quantum est ex se transferat alteri potestatem sui? Resp. quod ille actus non est liber, quia ex metu, & quamuis metus non sit causa efficiens actus, est tamen vehementer inductiuus, sicut nec prolatio verborum est libera, sed ex metu; vel potest responderi, quod Deus, qui est superior Dominus in ista translatione, non ratificat eam, nisi mere liberam, quomodo non est illa, sed coacta. *Scot. ibid. l. E.*

88 Int. Vtrum si quis sciens se non transferre propter metum ostendens signo exteriori se transferre, mentiatur? Resp. negatiue, quia ostendit se

se transferre quantum in se est, sed scit se non transferre, quia scit hæc non ratificari à superiore scilicet Deo, & ideo non mentitur. *Scot. 4. sent. dist. 29. q. vii. l. E.*

89. Int. Vtrum ad hoc, quod non mentiat, oportet dicere, accipio te in meam uxorem si Dominus permiserit? Resp. quod non est necesse exprimere illam conditionem, quia in absoluta locutione semper intelligitur, si Deus permiserit, nam sic debet intelligi vis verborum, Accipio te in meam, scilicet quantum in me est, præsupposita violentia ista, & si Deus ratificaret per talem consensum, qualem nunc habes, traditionem corporis mei fieri, traderem tibi meum, & in tantum trade, in quantum tradi potest per talem consensum. *Scot. ibid. l. E.*

90. Int. Vtrum contrahens ex obedientia propter metum peccati mortalis, verè contrahat? Resp. affirmatiuè, quia talis contrahit, vt seruet iustitiam, & ideo ex mera electione consentit, & Deus ratificat ratione peccati actum illum tantquam translationem sui alteri. *Scot. 4. sent. dist. 29. q. vii. l. F.*

91. Int. Si timeatur poena in proximo, exempli gratia, mulier dicit verò, quod si non accipiet eam, vult se interimere, vel alius eam interimere, ex tali metu sit consensus sufficiens ad matrimonium? Resp. negatiuè; talis enim metus non causat consensum coactum, & si consentit, est verè matrimonium. *Scot. ibid. l. F.*

92. Int. Vtrum mulier, si dicit proximo, quod ita- tum se prostituere, vel peccabit mortaliter, nisi eam accipiet, si acceperit, sit verum matrimonium? Resp. quod si timetur peccatum in proximo, & hoc valde certitudinaliter, tunc esset opus perfectum, si illam acciperet, ne peccaret, & si acciperet, teneret matrimonium, quia est consensus liber ex charitate. *Scotus ibid. l. F.*

93. Int. Vtrum in tali casu teneatur quis ex necessitate salutis consentire in matrimonium? Resp. ex aliorum sententia, quod non tenetur, quia ille protestando se, quod non est causa sui mali, est immunus à malo, si aliquid fecerit. Durum esset, quod propter verba illius mulieris quis de necessitate salutis cogere- tur nubere, vbi ille fortassis intenderet Religionem ingredi. *Scot. ibid. l. F.*

94. Int. Quare baptizatus timore poenarum, si consentit, recipit verè Baptismum, & consentiens metu poenarum, verè non contrahit matrimonium? Resp. primò, quia conditio baptizati efficitur melior, quam coniugati; secundò, quia voluntas superioris, nempe Dei ratificat talem consensum; Tertio, quia per Baptismum fit adoptio, ad quam sufficit aliquid minus de voluntario; nam non habens vltimam rationis potest adoptari, sed non despondit. *Scotus ibid. l. F.*

95. Int. Quare coactio facta per metum non inducit matrimonium, sicut coactio facta per blandas, vel delicias allicientes? Resp. hæc esse,

quia inductio per terrores habet multum de inuoluntario, & parum de voluntario; inductio autem per blanditias, & conuerso habet parum de inuoluntario, & multum de voluntario; nam in primo si voluntas dimittatur sibi, statim resciluit; in secundo autem, si iam allecta dimittatur, forsitan prosequeretur illud, ad quod allecta est, & ideo non est ita inuoluntaria coactio per blanditias, sicut illa, quæ est per minas, & terrores; & ratio est, quia frequenter voluntas concordat appetitui lenitui, qui ab aliquo conuenienti patiens magis, & magis inclinatur, & è conuerso patiens ab aliquo disconuenienti magis, ac magis fuit. *Scot. 4. sent. d. 29. q. vn. l. G.*

96 Int. Vtrum, si pater filiam non adultum, id est cuius non potest discerni voluntas, tradat alteri in matrimonium, filius teneatur adimplere, ut habetur *Extr. de despons. Impub. cap. 1. Tua nos requiritur?* Resp. negatiue; ibi enim solum intelligitur de congruo non de necessitate præcepti. Congruum est filium adimplere factum patris, sed non necessitatur, & licet habeatur *ff. de sponsal. lib. 12. Sed ea, qua Patris.* quod licentia dissentendi solum conceditur à Patre filia, si indigum moribus, & turpem sponsum ei Pater eligat, & non datur filio talis facultas; tamen hoc est secundum ius civile; sed ius canonicum est contrarium; vnde ad illud *D. Pauli Ephes. cap. 6. filij obedite parentibus,* responderetur, quod non intelligatur quo ad matrimo-

monium, in quo filius non tenetur obedire Patri. *Scot. ibid. l. G.*

97 Int. Quare Papa potest compellere filios ad Episcopatum, ut habetur *dist. 61. can. 17. Carinensis Ecclesie*, & pater non potest compellere filios suos ad matrimonium? Resp. hoc esse, quia non tantam auctoritatem habet Pater corporalis super filium ad matrimonium carnale, quantum habet Pater spiritualis super filium ad matrimonium spirituale, & ratio congrua est, quia Episcopus fit contrahens melioris conditionis, non sic qui ducit uxorem. *Scotus ibid. l. G.*

98 Int. Vtrum error, vel apprehensio erronea quantum ad omnem conditionem requisitam per se ad contractum, faciat contractum validum? Resp. negatiue, quia in contractu matrimoniali est libera traditio, quæ non potest haberi per ignorantiam conditionis, illius maxime, quæ requiritur ad actum voluntatis; imò talis ignorantia causat inuoluntarium, secundum *D. August. 8. de Trinitate cap. 4.* Nihil est amatum, vel volutum, nisi prius præcognitum, & sic apprehensio erronea facit contractum nullum. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 1. l. A.*

99 Int. Quæ sunt conditiones requisitæ ad validitatem contractus? Resp. tres sunt scilicet persona libera ex parte personæ, & consensus mutuus, quia quilibet contrahentium debet dare, sicut intendit accipere. *Scotus ibidem l. A.*

100 Int. Vtrum contractus sit validus, quando error

error est in persona, exempli gratia, puto Camillam, & est Bellisaria? Resp. negatiue; talis enim error impedit omnem venditionem, & traditionem rerum humanarum, vt si ematur aurum, & vendatur arylacum, sic in contractu matrimoniali intelligitur. Hic dat potestatem sui corporis; si talis det, alias nihil fit, accipiendo vnā pro alia. *Scot. ibid. l. A.*

101 Int. Vtrum si contrahens cum seruo, putat contrahere cum libero, sit verus contractus? Resp. negatiue, quia traditio potestatis corporum debet esse mutua; seruus non habet potestatem sui corporis, sed eius Dominus, & non potest illam tradere alteri, quæ non daret potestatem sui, si sciret non posse potestatem ab illo recipere. *Scotus ibidem l. B.*

102 Int. Vtrum contrahens cum domino, si putat contrahere cum seruo, sit verus contractus? Resp. affirmatiue, quia error melioris conditionis non impedit; nam dominus est dominus sui, & potestatem habet tradendi se cuicumque vult, non sic seruus. *Scot. ibid. l. B.*

103 Int. Vtrum contractus cum seruo, quem scit esse seruum, sit verus contractus? Resp. affirmatiue, quia ibi non est error, vel apprehensio erronea, cum bene noscat hominis conditionem. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 1. l. B.*

104 Int. Vtrum contrahens cum animo simplici cum aliquo, qui dolose vitur signis contractus si-

ne

ne animo contrahendi, faciat verum contractum? Resp. negatiue, quia deficit principaliter causa, scilicet actus mutui voluntatis, sine quo causa minus principalis, scilicet signum externum, non sufficit. *Scot. ibid. l. B.*

105 Int. Vtrum, si aliquis ad exercendam libidinem dicat verba contractus sine animo contrahendi, scemina vero contrahat animo simplici, obligatur? Resp. negatiue, quia contractus matrimonij non claudicat; nam requiritur consensus verum vtusque, & ideo, si vna dat, & altera non dat, nihil facit, quamuis ex parte sua non sit impedimentum facti, nisi ex consequenti. *Scot. ibid. l. B.*

106 Int. Est aliquis, qui dolose contrahit, postea exprimit suum dolum persona, que contraxit animo simplici, qua si non recedit a contractu exponit se periculo fornicationis, si stat, non potest reddere debitum certitudinaliter ex parte sua, & probabiliter ex parte alterius, quia presupponendum est melius, & tunc exponeret se periculo fornicationis actualis; vtrum in tali casu illa persona decepta simplex sit perplexa sua salutis? Resp. quod nullus est perplexus in lege Diuina, & posito quocumque proprio actu, dum tamen non maneat aliquod peccatum mortale, per quod sit perplexus; ideo illa persona, que simplici contraxit animo cum alia dolose contrahente, nec tunc, nec postea habet aliquem actum, per quem sit perplexa, quia ibi non manet peccatum mortale, sic igitur simpliciter patet via salutis. *Scot. ibid. l. B.*

107 Int.

107 Int. Quid igitur in casu posito esset agendum à persona animo simplici contrahente? Resp. quod tutior via est non facere sibi conscientiam, quod alter dolose consentiat, imò tenere, quod tunc veraciter consenserit, quando contraxit, & quod modo, dum dicit non consensisse, mentiatur, & sic in tali casu faciat illi, sicut vero coniugi, debitum reddendo. *Scotus 4. sentent. dist. 30. q. 1. l. C.*

108 Int. Si verò mulier non potest à se auferre conscientiam, quam habet in verbo illius, qui dixit se non habuisse consensum in contractu, vtrum peccet mortaliter reddendo debitum? Resp. affirmatiue; stante enim illa conscientia, si reddit debitum dolose contrahenti, fornicatur; si non reddit, & recedit, exponit se periculo peccati mortalis; quia forte iste mentiatur, & probabilius est, quod mentiatur nunc, quam quod mentitus fuerit in principali contractu, & sic mulier, vel negat illi, quod suum est iure contractus, vel si recedit mechatur, secundum Matth. cap. 19. In magnam ergo brigam ponitur contrahens cum dolore contrahente. *Scot. ibid. l. D. C.*

109 Int. Ad quid tenetur dolose contrahens? Resp. quod stante illo dolo in foro conscientiae, dicendum est illi, quod nullo modo reddat, nec petat debitum, quia fornicaretur; Insuper dicendum est illi, quod de necessitate salutis tenetur satisfacere personae laesae, vt sibi reddat de suo, quan-

quantum sibi abstulit; ipsius enim erat corpus dolosi, quia ipse commutauit in contractu matrimoniali corpus suum pro corpore illius, sicut, qui veraciter contrahit cum altera, quod seruandum est in matrimonio, & ideo tenetur dolosus commutare dolum in verum consensum, & contractum. *Scotus ibid. l. D.*

110 Int. Si ante commutationem doli in verum contractum dolosus contrahit cum alia, quid agendum? Resp. quod seruandum est matrimonium secundum contractum, cum satisfactione possibili, scilicet cum procuracione matrimonij couenientis ipsae personae acceptae, & quia non potest illi reddere, quod debetur, auferens debet poenitere. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 1. l. D.*

111 Int. Ad quid tenetur dormiens cum virgine? Resp. quod tenetur ad certam restitutionem secundum morem dotis, quam solent accipere virgines in Patria illa. *Scot. ibid. l. D.*

112 Int. Vtrum contractus Iacob cum Lia, putantis fuisse cum Rachele, fuerit validus? Resp. quod quicquid sit, an Iacob prima nocte cognouerit eam, siue non, hoc verum est, potest quamprehendit illam esse Liam, consensit nouo consensu, per illa verba Laban Genes. cap. 29. *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias;* & si ex tunc Lia fuit vxor eius; alias potuisset Iacob illam repudiare, sicut non suam, quia in contractu putauerat illam fuisse Rachelem. *Scot. ibid. l. E.*

113 Int. Quare malitia mortalis non impedit matrimonium, sicut impedit seruitus? Resp. quia malitia moralis non est aliquid per se requisitum, nec eius oppositum ad contractum matrimonialem, sicut est dicendum de seruitute secundum quam seruus non habet absolutam potestatem corporis, sicut requiritur ad verum contractum. *Scot. ibid. l. G.*

114 Int. Vtrum Sanctissima Virgo Maria, & Beatissimus Ioseph debeant contrahere matrimonium? Resp. affirmatiue, vel ob præceptum vniuersale in illa lege datum omnibus de contrahendo matrimonio, quia fecunditas erat pro benedictione, sicut sterilitas pro maledictione; vel ob aliquod præceptum speciale datum Virgini de contrahendo cum Ioseph. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 2. l. A.*

115 Int. Quare Beatissima Virgo matrimonium verè contraxit? Resp. quòd rationes congruæ ad hoc sunt multæ; vt Sancti Patres dicunt D. Ambrosius in *Luc. cap. 1.* dicit, vt Ioseph esset testis virginittatis Mariæ, vt esset obsequium Virgini, ne puero Iesu, dicit Origenes in *Matth. cap. 1.* Vt diabolus fulleretur, & alia multæ; ac præcipue quia Christus noluit incipere ab iniuria legis, ne daret occasionem Iudæis, & Herodi persequendi ipsum, cum partus inuptæ lege damnetur, & alia rationes, quamuis illa de deceptione diaboli sit parui valoris, quia diabolus, si non fuisset impeditus, poterat ex sui naturali potentia intellectus hoc videre, & ideo poterat, etiam si virum non habuisset;

set; congruum etiam fuit, vt sibi de virginitate crederetur, ne notaretur infamis, quia non putauit Christus ortus sui fidem matris iniurijs astruendam, sciebat enim teneram esse Virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris, ideo maluit Dominus aliquos de suo ortu, quam de Matris pudore dubitare. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 2. l. A. B.*

116 Int. Vtrum Beatissima Virgo vouerit suam virginitatem Deo? Resp. affirmatiue, & hoc absolute, non conditionate, quod multi Patres coniungunt ex illo verbo suæ interrogationis ad Gabrielem, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quod quæsitum fuit de modo supermirabili, quia firmissime disposuerat, vel nouerat numquam se cognoscendam à viro, & ad hunc intellectum exposuit Angelus, respondendo, *Spiritus Sanctus superueniet in te.* *Scot. ibid. l. C.*

117 Int. Stante tali voto absoluto, quomodo potuit Virgo contrahere verum matrimonium? Resp. quòd in contractu matrimoniali est mutua datio corporum ad copulam carnalem, cum conditione simplicitatis, si petatur, vnde contrahentes cum proposito statim vouendi castitatem, verè contrahunt matrimonium sic pariter Beata Virgo, emissio voto potuit cum Ioseph contrahere. *Scotus ibid. l. C.*

118 Int. Vtrum conditio illa de copula petenda præiudicat voto castitatis? Resp. negatiue, etiamposito contractu matrimoniali, nisi illa conditio

ponatur in esse, ut ibi est certitudo simpliciter, quod numquam ponatur in effectu, ibi contractus matrimonialis in nullo præiudicat voto castitatis.

Scot. 4. sent. d. 30. q. 2. l. C.

119 Int. Vtrum B. Virgo fuerit certificata de tali conditione numquam ponenda? Resp. affirmatiue; nam sicut Angelus instruxit Ioseph. dicendo, *Ioseph noli timere accipere Mariam conjugem tuam*, &c. *Luc. cap. 1.* multo magis, imò indubitanter concluditur, quod ipsa per Angelum, vel immediate à Deo, antequam desponsaretur Ioseph, fuit certitudinaliter edocta sic, *Maria Virgo noli timere accipere Ioseph virum iustum conjugem tuum*; ecce enim Spiritus Sanctus dabit eum tibi custodem, & testem Virginitatis, qui tecum pari voto contineat, & in multis ad virginitatis custodiam congruentibus obsequatur; & sic fuit certificata B. Virgo, quod Spiritus Sanctus tradens dominium corporis sui Ioseph, retinuit sibi usum, ita quod numquam Ioseph talem usum exigeret, quamuis debeatur. *Scot. ibid. l. D.*

120 Int. Vtrum in matrimonio B. Virginis cum Ioseph fuerint omnia matrimonij bona? Resp. affirmatiue; primò fuit fides, quam semper uterque seruauit, secundò fuit proles, nempe Iesus Christus; tertio fuit indissolubilitas, quæ vocatur Sacramentum, quia numquam separati sunt à virginali coniugio. *Scot. 4. sent. d. 31. q. vn. l. A.*

121 Int. Si quis contraxisset sponsalia, cum iura-

ment-

mento, & postea vouisset virginitatem, quid esset illi consulendum? Resp. videretur consulendum, ut consumaret sponsalia, scilicet contrahendo de facto ad seruandam fidem iuramenti, & etiam ad seruandum votum virginitatis, ut ante consummationem matrimonij deberet anhelare ad Religionem, & in tali casu licet illi dare potestatem sui corporis coniugi, verè contrahendo matrimonium ratum, & tamen cum intentione numquam dandi usum, quantum ex parte sua est; quamuis nò sciat illum numquam esse petiturum talem usum. *Scot. 4. sent. d. 30. quest. 2. l. E. & 4. sent. dist. 31. q. vn. l. C.*

122 Int. Quomodo intelligitur illud, quod habetur *caus. 17. q. 1. can. 1. Sunt quedam Pouentibus Deo virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est?* Resp. quod intelligitur de volentibus nubere secundum rationem communem, non autem de illis, quibus constat certitudinaliter, quod numquam vsus sequens talem actum petetur, sicut fuit in B. Virgine. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 2. l. E. & 4. sent. d. 31. q. vn. l. E.*

123 Int. Vtrum B. Virgo fuerit eiusdem Tribus, cuius erat Ioseph? Resp. quod B. Virgo fuit de Tribu Leui, & de Tribu Iuda; de Tribu Iuda ex parte patris, de Tribu Leui ex parte matris, quia Ioachim descendit ex Natham filio Dauid; Anna verò Mater Virginis præsumitur de Tribu Leui, ex quia Elisabeth erat cognata Mariæ Virginis, Ioseph similiter erat.

erat de Tribu Iuda, sicut habetur in Euangelio, & sic eiusdem Tribus erant ambo, vnde matrimonium contraxerunt. *Scot. ibidem l. E.*

124. Int. Vtrum sint tria bona matrimonij? Resp. affirmatiue, & sunt fides in iustè reddendum debitum, Proles procreanda, religioseque educanda, & Sacramentum, scilicet indissolubilitas, & sunt bona matrimonij accepti pro illo vinculo derelicto ex primo contractu. *Scot. 4. sent. dist. 31. quest. vn. lit. A.*

125. Int. Ad quid ista tria bona reperiuntur in Matrimonio? Resp. reperiuntur non ad recompensationem rationis, quæ quantum ad vsum perditur in copula carnali; nam in statu innocentia ista tria bona etiam fuissent sine de perditione rationis, sed dantur, quia ista tria bona sunt perfectiones matrimonij ipsum insequentes. *Scot. ibid. lit. A.*

126. Int. Quomodo accipitur hic Sacramentum vt bonum? Resp. quod non accipitur Sacramentum hic pro Sacramento nouæ legis, sed solum pro illa indissolubilitate, quæ dicitur bonum Sacramenti intrinsecum, quæ etiam est perfectio formalis, & significat indissolubilitatem coniunctionis Christi cum Ecclesia. *Scot. 4. sent. dist. 31. q. vn. l. A.*

127. Int. Quanam est differentia inter istam indissolubilitatem, & Sacramentum nouæ legis? Resp. primò differunt, quia Sacramentum nouæ le-

gis est sensibile, illa verò est quid spirituale in mentibus contrahentium; secundò differunt, quia illud statim transit, quia consistit in fieri; ista verò manet, & est in esse quieto, & non in fieri; tertio differunt, quia Sacramentum est dispositio ad gratiam indignè suscipientibus, non sic est ista indissolubilitas, quæ dicitur bonum intrinsecum Sacramenti nouæ legis; ita quod Sacramentum non potest esse sine tali indissolubilitate, quæ est forma eius. *Scotus ibid. l. B.*

128. Int. Sunt ne intrinseca alia duo bona, scilicet fidelitas, & proles? Resp. negatiue, sunt solum extrinseca, non sunt necessaria, nisi in obligatione, & hæc duo vocantur fines; fidelitas est finis proximus, sed minus principalis; Proles verò est finis remotus, sed principalior. *Scot. ibid. l. A. B.*

129. Int. Vtrum stante tali bono, scilicet fidelitate, sit semper obligatio coniugum ad reddendum debitum? Resp. quod loquendo quantum ad negatiuam, scilicet de non dando alteri, quod est alienum, ista obligatio est pro semper, & ad semper, & ideo non seruans fidem coniugi mortaliter peccat, quia dat alteri, quod non est suum, sed coniugis. *Scot. ibid. l. B.*

130. Int. Quomodo Proles est in obligatione? Resp. est in obligatione sub conditione, si eueniat, vt suscipiatur gratanter, & religiose educetur, & est sub obligatione pro semper, & ad semper non impedire illud bonum. *Scotus ibidem l. B.*

131 Int. Vtrum matrimonium ratum, & non consummatum sit indissolubile? Resp. quod matrimonium etiam consummatum est dissolubile per defectum alterius extremi, scilicet per motum alterius coniugis; ratum verò matrimonium est dissolubile per Religionis ingressum, sicut patet *Extr. de Regularib. cap. 16. Ad Apostolicam Sedem. Extr. de Censuris coniugiar. cap. 13. Ad Apostolicam sedem, &c. 2. Verum post consensum, & cap. 7. Ex publico instrumento. Scot. 4. sent. d. 31. q. vn. l. A. B. C.*

132 Int. Vnde prouenit in Matrimonio talis indissolubilitas? Resp. quod indissolubilitas in matrimonio consummato non prouenit est actu carnali superaddito, qui talis actus non habet rationem noui contractus, & ideo prouenit ex contractu matrimoniali, quo datur mutua potestas ad huiusmodi actum. *Scot. ibid. l. B.*

133 Int. Ex quo oritur dissolubilitas in matrimonio? Resp. prouenit per reuocationem, seu relaxationem illius superioris, qui statuit vinculum indissolubile, sicut Christus induxit talem indissolubilitatem, reprobandi pro lege sua repudium Moisaicum, Matth. cap. 19. sic ipse relaxauit indissolubilitatem, quando alter coniugum conuertitur ad Religionem; vnde Ecclesia numquam attentasset post matrimonia non consummata licentiarum alterum coniugum ad Religionem, altero manente in saeculo, nisi Christus hoc instituisset. *Scot. ibid. l. C.*

134 Int. Vtrum vxor post ingressum viri in Re-

ligionem, possit deinde alium virum accipere? Resp. affirmatiue, nec ob id erit vxor duorum virorum, sed solum secundi, quia vinculum ipsius ad primum dissolutum est per relaxationem Christi. *Scot. ibid. l. C.*

135 Int. Vnde habetur talis relaxatio? Resp. habetur ex facto Christi vocantis Ioannem Apostolum, & Euangelistam ad Apostolatam à nuptijs. Ioan. cap. 2. cuius exemplum imitati sunt Sancti Patres Alexius, Theonas, & alij. *Scot. ibidem l. C.*

136 Int. Vtrum talis relaxatio sit rationabilis? Resp. affirmatiue, quia rationabile est obligationem ad minus bonum commutari in obligationem ad maius bonum ab eo, qui habet auctoritatem commutandi; Professio enim in Religione est obligatio ad maius bonum, quia est ad bonum spirituale. Hinc Christus intelligit statum virginitatis non tantum per carentiam actus, sed etiam cum proposito continendi perpetuo, & istum prae tulit statui conjugali. Matth. cap. 19. *Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Calorum, qui potest capere, capiat; vnde haec castitas diuisa contra conjugalem dicitur habere fructum centenarium; illa vero trigenarium iuxta D. Hieron. contr. Iouinian. Scot. 4. sent. d. 31. q. vn. l. C.*

137 Int. Ex quo pendet indissolubilitas in matrimonio Euangelico, an propter rationem Sacramenti? Resp. quod potest esse matrimonium indissolu-

solubile sine proprie Sacramento; poterat enim Christus vitam indissolubilitatem præcipere in matrimonio suæ legis, & contractui Sacramentum non adiungere, poterat etiam contractui matrimoniali Sacramentum adiungere absque eo, quod oriretur vinculum indissolubile, si voluisset repudium Moisaicum approbare; unde sequitur, quod indissolubilitas sit à Domino superiori determinante contractum debere fieri pro semper, & obligationem debere sequi pro semper, nisi ipsemet in aliquo casu dispenseret. *Scot. ibid. l. D.*

138 Int. Vtrum si alter contrahentium dicat; Accipio te in meam, donec occurrat magis placens, tunc sit verum matrimonium? Resp. negatiuè, quia talis contractus non tenet, nisi sub ista conditione, quæ conditio non potest esse matrimonialis, imò contractui matrimoniali repugnat, qui indissolubilitatem importat, & est contra bonum matrimonij. *Scotus ibidem l. E.*

139 Int. Vtrum si alter contrahentium dicat; Accipio te in meam, ita vt non teneat seruare tibi fidem, sit verum matrimonium? Resp. negatiuè, nec pariter si intenderet non reddere debitum, nisi quando voluerit, vel alteri reddere, si voluerit; nam ille non potest se dare contra præceptum superioris; prohibitio autem superioris est, quod non fiat translatio mutua sub istis conditionibus, quæ sunt contra bonum matrimonij, scilicet fidelitatem. *Scot. 4. sent. d. 31. q. vii. l. E.*

140 Int.

140 Int. Vtrum si alter contrahentium dicat, Accipio te in meam, si procuraueris venena sterilitatis vel consentias mecum in præuentione huiusmodi venenorum, sit verum matrimonium? Resp. negatiuè, quia est contra bonum prolis, quod est finis principalior matrimonij. *Scot. ibid. l. E.*

141 Int. Vtrum si duo contraherent cum talibus conditionibus, esset verum matrimonium? Resp. negatiuè, imò peccarent mortaliter, nihil facerent, & obligarentur ad recedendum ab omni vsu mutuo, virtute talis contractus. *Scot. ibid. l. E.*

142 Int. Vtrum inter adulterum, & adulteram coniuges reperiat bonum fidei? Resp. affirmatiuè, quantum ad obligationem, quia sic fides semper est, quamuis non in executione, & sic semper adulteri sunt obligati ad fidem seruandam. *Scot. ibid. lit. F.*

143 Int. Vtrum adultera habeat potestatem corporis coniugis sui non adulteri? Resp. affirmatiuè, quia per matrimonium indefectibiliter fuit datum talis potestas, non tamen habet, vel potest habere usum corporis illius propter peccatum suum, & sic peccatum potest prohibere perpetuo usum stante potestate data in matrimonio. *Scot. 4. sent. d. 30. q. 2. l. E.*

144 Int. Vtrum steriles possint contrahere matrimonium, cum non possint habere bonum prolis? Resp. quod obligatio ad bonum prolis non accipitur absolute, sed cum conditione, si cueniat,

F ff

ad

ad gratanter acceptandum, & religiosè educandum, & ad non procurandum studiosè oppositum, scilicet, vt non eueniat; tamen secundùm veritatem, vbi est certa impossibilitas ad bonum prolis, non videtur actus ille coniugalis multùm excusari; nisi fortè dicas, quòd miraculosè Deus daret fecunditatem sterili; sed quando hoc miraculum non est possibile, alia duo bona, nempe fidelitas, & indissolubilitas non excusant; & ideo tunc matrimonium inter illos esset tantùm ad remedium, non ad officium. *Scot. 4. sent. dist. 31. quest. vn. lit. F.*

145 Int. Vtrum in matrimonio coniuges debeant reddere debitum petenti? Resp. affirmatiuè, per auctoritatem D. Pauli 1. *Corinth. cap. 7. Vxori vir debitum reddat, similiter autem, & vxor viro;* & postea sequitur, *nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vbi habetur, quòd vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor, & è conuerso.* *Scot. 4. sent. d. 32. q. vn. l. A.*

146 Int. Vtrum propter euitandam fornicationem sit debitum reddendum? Resp. affirmatiuè, & hoc laudabile est, quia est actus iustitiæ, non ex se, quia non deberet reddi, nisi Deus dispensasset propter pronitatem hominis post lapsum. *Scot. ibid. lit. A.*

147 Int. Vtrum aliquando posset quis debitum non reddere? Resp. affirmatiuè, quia est actus præcepti affirmatiui applicantis iustitiam commu-

ratiuam; præceptum affirmatiuum obligat semper, non ad semper, sed pro quando actus potest esse circumstantionatus, & sic aliquando aliquis potest iuste debitum non reddere coniugi. *Scotus ibidem lit. B.*

148 Int. In quibus casibus non tenetur reddere debitum? Resp. duplici casu; primò quando coniux non habet ius petendi, vel non habet ius petendi pro tunc, vt quando alter coniugum fuerit fornicatus, tunc innocens (si publicè confiterit) potest lapsum repellere, quia lapsus amisit ius petendi, pro eo, quod non seruauit fidem, & ideo non est necessario fides sibi seruanda, saltem affirmatiuè, idest reddere illi debitum; secundo casu, quando obligatur ad non reddendum vinculo fortiori, puta, si vergat in detrimentum propriæ incolumitatis, tunc tenetur magis diligere propriam incolumitatem, quàm illud debitum reddere alteri coniugi. *Scot. 4. sent. d. 32. q. vn. lit. B.*

149 Int. Quid faciendum, si vterque coniux lapsus fuerit? Resp. quòd tunc paria crimina pari vindicta sunt delenda. *Scotus ibid. l. B.*

150 Int. Vtrum coniux in matrimonio rato, non consummato habeat ius petendi? Resp. habet ius petendi, quia non amisit per peccatum fornicationis, tamen non habet statim ius potest matrimonium, quia potest intrare Religionem, imò stare in sæculo, & deliberare de ingressu Religionis, quod non posset facere, si statim teneretur debitum reddere. *Scot. ibid. lit. B.*

151 Int. Vtrum si mulier remanebit in saeculo post habitum Religionis susceptum à viro, & non se contineret, vel timeretur in p. s. s. vel nolle contineri, debeat vir iam profanus extrahi à Religione, & reddi vxori? Resp. quidquid dicatur *caus. 33. quæst. 5. can. 10. Qui uxorem. Qui uxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur;* tamen contrarium videtur expressè haberi *Extr. de conuers. coniug. cap. 1. Præterea vtrum laicus. vbi habetur, quòd laicus vxoratus, qui de licentia vxoris Religionem ingressus professionem fecerit, vxore in seculari habitu, vel in saeculo permanente, nec transeunte ad Religionem, aut perpetuam continentiam non vouente, dicimus quòd nisi vxor ad Religionem transferit, aut castitatem perpetuo seruare promiserit, vir potest, & debet de monasterio reuocari. Scot. ibid. l. C.*

152 Int. Vtrum ex licentia, quam dat mulier viro de ingrediendo Religionem, habeatur ipsum renunciare iuri suo? Resp. renunciare, sed non sufficienter, & perfecte quantum ad forum Ecclesiæ, quæ determinauit modum debitum huiusmodi renunciationis per votum continentie, vel per licentiam datam auctoritate Diocesani Episcopi. *Scotus ibid. l. D.*

153 Int. Quid agendam in tali casu, vtrum vir esset extrahendus? Resp. quòd stante ingressu Religionis, & professione emissa, tunc sit ignorante Episcopo, quamuis presentibus Præbyteris, & Mo-

nachis,

nachis, fecerit, dubium est; quia ista videtur renunciassè iuri suo perpetuo, quantum ad debitum petendum, licentiam cum publicè ad prohibendum in Religione, non enim talis renunciatio requirit necessariò, quòd sit de scitu Episcopi; nam si renunciauit sufficienter, nihil iuris habet illa ad repetendum suum virum; imò videtur illa esse compellenda ad continentiam, quæ coactio esset ad aliquod licitum, & licet sit pænale, est tamen debitam ex licentia data viro; è conuersò coactio viri ad standum cum vxore, videtur ad illicitam inducere, quia ad peccatum mortale, cum ille vouerit castitatem, & potuerit vouere, quia iam licentiatu s fuit. Quidquid sit, hoc saltem cautum est in *Regula Fratrum Minorum in cap. 2. de His, qui volunt vitam istam accipere. vbi habetur. Vxores non habeant, vel si habent, & iam Monasterium intraverint vxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diocesani Episcopi voto continentia iam emissa, & illius etatis sint vxores, quòd non possit de eis oriri suspitio, dicant illis verborum Sancti Evangelij, &c. Scot. 4. sent. d. 32. q. vii. l. C. D.*

154 Int. Vtrum prætermisiss his duobus, scilicet voto continentie iam emisso, vel auctoritate Diocesani Episcopi, sit Religiosus extrahendus? Resp. quòd tunc videtur faciendum secundum illud *Extr. de conuers. coniug. cap. 1. Præterea vtrum laicus. scilicet; quod vir extraheretur, & redderetur vxori. Scot. ibid. l. D.*

155 Int.

155 Int. Vitum reuocatus ad mulierem peccet mortaliter in reddendo debito? Resp. quod reuocatus tenetur non petere debitum, quia, quantum in se fuit, renunciauit iuri suo petendi, potest tamen reddere, quia non potuit renunciare iuri alieno, & quia renunciando putauit esse absolutum a iure illius, pro tunc non peccauit non reddendo; tamen, quando constat sibi per Ecclesiam, quod non fuit absolutus a iure vxoris, tenetur illi reddere, cui non potuit renunciare, nec peccat. *Scot. 4. sent. dist. 32. q. vn. l. E.*

156 Int. Vtrum mulier pragnans teneatur reddere debitum viro suo? Resp. quod quando est probabile periculum de extinctione foetus, vel quod nascatur abortus, non tenetur reddere debitum. *Scotus ibidem l. P.*

157 Int. Vtrum tempore menstrui teneatur mulier reddere debitum viro suo? Resp. negatiue, quia tunc proles posset nasci leprosa, quae alio tempore posset nasci sana; vnde nec mulier viro, nec vir vxori tenetur tunc reddere debitum; quia, vt in pluribus, puer nascitur leprosus, quia propter non sine causa in lege Mosaiica accedens ad mulierem menstruam debebat mori, nec mors instigebatur ibi nisi pro peccato mortali, & graui. *Scot. ibid. l. F.*

158 Int. Vtrum accedens nunc ad mulierem menstruam peccet mortaliter? Resp. probabiliter affirmatiue, quia in lege Euangelica, quae est lex ca-

stita-

stitatis, non videretur minus esse prohibitum ad menstruam mulierem accedere. *Scotus ibidem lit. F.*

159 Int. Vtrum vir sanus teneatur reddere debitum mulieri leprosa? Resp. quod quamuis ex tali concubitu nascatur proles leprosa, tamen *Extr. de coniug. leproso. cap. 1. Peruenit ad nos. habetur, Mandamus, vt vxores viros, & viri vxores, quae lepra morbum incurrunn, sequantur, & eis coniugals affectione ministrant, & ad hoc eos sollicitis exhortationibus inducra non postponas; si vero ad hoc iudici non poterunt, inuanges eis vt uterque continentiam seruent, quod si mandatum tuum seruare contempnant, vinculo excommunicationis constringas. Et. cap. sequenti Quoniam nemini habetur, si virum, siue vxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus e sana carnale debitum exigat, generali precepto Apostoli, quod exigitur, est soluendum. Scot. ibid. lit. F. G.*

160 Int. Quare lepra periculum hic non impedit, sicut in muliere menstruata? Resp. quia debitum inter leproso non est contra bonum prolis, sicut est in menstruata; nam inter leproso esset contra bonum prolis non reddere debitum, quia tunc nunquam procrearetur de ista matre, si propter lepram vitaretur; de menstruata autem potest gigni proles sana, transacto tempore menstrui, & ideo illam procreare tempore menstrui, est contra bona prolis. *Scot. 4. sent. dist. 32. quaestione vn. lit. G.*

161. Int. Vtrum periculum incurrendi lepram in sano excuset à debito reddendo? Resp. quod non; primò potest dici, quòd in illam coniunctione non est probabile lepram incurri, hinc non præcipitur diuturna cohabitatio, quis ex ea potest sanus ab infirmitate infici; secundò, estò quòd timeretur ex tali coniunctione infectio lepræ in sano reddente, saltem ex frequenti, quoties leprosa peteret, debet reddere debitum, quia ad talem pœnam se obligauit in contractu matrimonij. *Scot. ibid. l. G.*

162. Int. Quare licet coniugibus reddere, vel petere debitum? Resp. hoc prouenit, non quod post contractum matrimonij coniuges se ipsos licentare possint ad petendum, vel ad reddendum, sed quia post talem contractum Deus licentiat eos ad actum sequentem, ad quem non licentaret, nisi prævio contractu, & sic usus mutus non est licitus ex sola iustitia, qua voluntate propria, dant se mutuo, sed adueniente approbatione superioris, nempe Dei, qui approbat mutuam traditionem ex contractu. *Scot. ibid. l. H.*

163. Int. Vtrum tempore sacro, quo quis debet suscipere Eucharistiam, teneatur non reddere debitum? Resp. quòd ex reuerentia non debet reddere & si reddit, ex reuerentia non debet sumere; & ideo excluditur, qui reddit debitum, ab Ecclesiis; non ex necessitate præcepti, qui non videtur quomodo propter debitum solum quis peccaret mortaliter, si perciperet Corpus Domini. *Scot. ibid. l. H.*

164. Int.

164. Int. Vtrum liceat reddere debitum in loco sacro? Resp. quòd in loco sacro regulariter abstinendum est, quia non statim imminet periculum fornicationis, quin committi possit in loco non sacro; tamen si diu in loco sacro oporteret permanere, potest dici quòd reddens debitum non peccat, dum petitur. *Scot. 4. sent. d. 32. q. vn. l. H.*

165. Int. Vtrum ex tali debito petito, dato, & recepto, sequatur loci interdictum? Resp. quòd propter actum occultum locus non est interdictus, saltem publicè, vt oporteat cultum Diuinum ibi publicè prætermitti. *Scotus ibid. l. H.*

166. Int. Quid requiritur ad strictam iustitiam commutatiuam in contractu matrimoniali ex parte contrahentium? Resp. quòd ex parte commutantium, & commutatorum in omni commutatione, stricta iustitia commutatiua requirit æqualitatem rerum commutatarum, quantum est possibile, & hoc ad illum finem, propter quem commutatur. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 1. l. A.*

167. Int. Quot sunt causæ, propter quas fit commutatio in contractu matrimoniali? Resp. duæ sunt causæ, siue fines; vna propter procreationem prolis, alia est in remedium euitandæ fornicationis. *Scot. ibid. l. A.*

168. Int. Vtrum quantum ad causam procreandæ prolis sit æqualis commutatio inter virum, & mulierem? Resp. negatiuè, quia corpus viri est maioris valoris, quam corpus mulieris, quia pro eodem

G g g

dem

dem tempore vir potest plures mulieres fecundare, quam mulier possit à pluribus viris concipere. *Scotus ibidem l. A.*

169 Int. Virum ex hoc maiori valore corporis viri possit esse licita bigamia? Resp. affirmatiue, secundum strictam iustitiam; nam secundum valorem sui corporis, videtur, quod possit vir corpus suum commutare cum tot corporibus mulierum, quot potest fecundare, & eo modo, quo est possibile fecundari. *Scot. ibid. l. A.*

170 Int. Vtrum in statu innocentie fuerit licita bigamia? Resp. negatiue, quia tunc matrimonium fuisset tantum in officium, nec fuisset necessitas, quod vir commutaret corpus suum pro pluribus ad plures proles procreandas, quia per simplicem commutationem vnus cum vna fuisset sufficiens procreatio, nec tunc mulier, aut vir fuisset sterilis, ita quod deberet proles procreari frequentius. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 1. l. A.*

171 Int. Vtrum quantum ad finem evitandæ fornicationis, qui tantum est statu nature lapsæ sit æqualis commutatio viri, & mulieris? Resp. affirmatiue, quia corpus mulieris est æqualis valoris cum corpore viri, & ideo est stricta iustitia, & pro tali statu, considerando contractum matrimonij ad vtrumque finem simul, requiritur commutatio vnus pro vno. *Scot. ibid. l. B.*

172 Int. A quo provenit completio iustitiæ in ista commutatione? Resp. dependet ex auctoritate

tate superioris instituentis, vel approbantis talem commutationem vnus pro vno, & quamvis res sit aliorum dominorum inferiorum, tamen commutatio talium rerum iusta, & licita, talis, vel talis determinatur à legislatore, sicut est commutatio corporum, que est à Deo, qui instituit, & pro statu innocentie, & pro statu nature lapsæ regulariter istam commutationem debere fieri vnus cum vno, & in hoc est completa iustitia. *Scot. ibid. l. B.*

173 Int. Vtrum potuerit Deus reuocare, vel declarare legem suam circa talem commutationem corporum? Resp. affirmatiue, & rationabiliter in aliquo casu, scilicet, quando maius bonum provenit ex reuocatione, quam ex obligatione, seu obseruatione; nam quando erat necessitas multiplicandi genus humanum ad cultum Diuinum, puta, quia pauci erant cultores Dei, necessitas fuit, vt multiplicarentur cultores Dei, quantum possent, quia in sola successione eorum mansit fides, & cultus Diuinus, & ideo pro tunc rationale fuit dispensare, vnus commutaret corpus suum pro pluribus corporibus mulierum, ad maiorem scilicet multiplicationem cultorum Dei, que sine hoc non fieret, sicut fuit dispensatum (vt præsumitur) de Abraham, & de quibusdam alijs Patribus. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 1. l. C.*

174 Int. Quomodo saluatur iustitia ex parte contrahentium, si vnus corpus cum pluribus commutatur? Resp. quod saluatur sic. Quando aliquid ordinatur ad duos fines, principalem scilicet, & minus pri-

principalē; rationabile est ut illo eo modo, quo magis valet ad finem principalem, licet per hoc detrahatur aliquid fini minus principalis sic contractus iste matrimonij est ad bonum prolis, ut ad finem principalem, & ad euitandam fornicationem, ut ad finem minus principalem, tunc secundum rectam rationem debent contrahentes commutare, ut commutatio plus valeat ad procreationem prolis, licet minus valeat ad illam redditionem pro fornicatione euitanda, & hoc modo fit in commutatione vnus corporis pro pluribus mulierum. *Scot. ibid. l. D.*

175 Int. Quando facienda est talis reuocatio, vel dispensatio? Resp. quod est facienda in casu necessitatis, quia quando est valde necessarius finis principalis, negligendus est finis minus principalis. *Scot. ibid. l. D.*

176 Int. Vtrum debeat velle vtraque per talem commutationem vnus pro pluribus? Resp. affirmatiue, secundum rectam rationem, tam vir, quam mulier debent velle aliquid de iure suo dimittere in commutando, & recipiendo permutationem in comparatione ad finem minus principalem, ut recipiat æquiualens in comparatione ad finem magis principalem, quem plus debet elicere. *Scot. ibid. lit. E.*

177 Int. Quare tenetur mulier remittere, quod sibi debetur? Resp. quod debet, & licet complere, quando à superiore est hoc ordinatum; quod patet in Genes. cap. 16. vbi habetur, quod Sara coegit

Abra-

Abraham; ut intraret ad Agar Ancillam suam, ut vel sic haberet filium de Ancilla, quem de ipsa habere non poterat. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 1. l. E.*

178 Int. Vtrum pro tempore moderno sit licita Bigamia? Resp. quod modo est illicita, quia non est dispensatum à legatore pro nunc, imò reductum est ad illud legis naturæ, *Erunt duo in carne vna*, per Christum Dominum, ut habetur *Matth. cap. 19.* tamen loquendo de iustitia ex parte contrahentium, & contractus, modo non est illicita. *Scot. ibid. lit. E.*

179 Int. Quare modo bigamia est illicita? Resp. quod pro tanto est illicita, quia nunc non est necessarius ille finis magis principalis, scilicet prolis procreandæ, eo quod multi vacant generationi fidelium, quia fides multiplicata est; & sic cessante necessitate detrahendi aliquid finis secundo propter necessitatem finis primi, seruandus est contractus, inque seruetur ibi iustitia respectu vtriusque finis, scilicet, quod vnus habeat tantum vnâ, & è conuerso. *Scotus ibid. l. E.*

180 Int. Vtrum si contingeret casus per Bullam, vel eadem, vel pestem, quod multitudo virorum caderet, & multitudo mulierum remaneret, posset tunc bigamia esse licita? Resp. affirmatiue, considerando præcisè iustitiam ex parte commutantium, & deberent ex parte sua sic commutare mulieres cum viris, plus pro minori quantum ad secundum finem, licet pro æquali quantum ad primum finem,

sci-

scilicet procreandæ prolis, nec tunc ibi deficeret, nisi completio iustitiæ, quæ est ex approbatione Diuina, quæ fortè tunc fieret, & Eccl'esia specialiter reuelaretur. *Scotus ibid. l. F.*

181. Int. Vtrum sit de iure naturæ coniunctio vnus cum vna, & si sit, quomodo potest dispensari? Resp. quod aliquid est de iure naturæ dupliciter, primario, & secundario; primario, vt sunt principia per se nota lumine naturæ, & conclusionis demonstratæ ex per se notis, in his non est dispensatio; secundario de lege naturæ est, quod est consonum iuris primario, & in hoc secundario est dispensatio possibilis, & tali modo coniunctio vnus cum vna est de lege naturæ secundario, quare, & est dispensabilis. *Scotus 4. sentent. dist. 33. quest. 1. lit. G.*

182. Int. Quare dicitur Lamech peccasse, qui prius bigamiam inuenit? Resp. quod Lamech mortaliter peccauit, quia fecit contra legem naturæ secundario modo acceptam; & hoc in casu, in quo recta ratio non dictabat illam legem esse reuocandam, nec superior dispensauit, prout requirebatur, imò fuit oppositum. *Scotus ibidem l. G.*

183. Int. Quare Biuiria numquam est licita? Resp. hoc esse, quia non est iustitia inter commutantes; vt ob finem minus principalem, scilicet euitandæ fornicationis, minuatür finis magis principalis, scilicet procreandæ prolis, qui finis debet principalis intendi. Biuiria, scilicet vxor duorum virorum magis

magis intenderet ad finem minus principalem, quam ad finem magis principalem, cum non possit vna mulier à pluribus viris simul, & eodem tempore fecundari. *Scot. ibid. l. G.*

184. Int. Vtrum aliqui Sancti Patres, qui plures simul duxerunt vxores, peccauerint? Resp. quod licet præsumatur de aliquibus Sanctis Patribus, quod contrahendo bigamiam non peccauerint, quia ibi fuit necessitas contrahendi, & auctoritas Diuina approbans, & præcipiens, tamen, si aliquis sine istis causis, vel sine altera earum, contraxerunt, non est inconueniens dicere, quod mortaliter peccauerint; non enim reputatur eos fuisse confirmatos. *Scot. ibid. l. H.*

185. Int. Vtrum bigamus sit irregularis? Resp. affirmatiue; nam omnes concordant bigamum, siue ante, siue post Baptismum esse irregularem, & habetur, *dist. 26. can. 2. Acutus intelligunt, vbi legitur, Acutus intelligunt, qui nec cum, qui cathocumenus, vel paganus ante Baptismum habuerit vnam, & post Baptismum alteram, eum ordinandum censuerunt, & ibid. can. 4. Vna tantum, & est D. Ambrosius, de Offic. Antequam baptismum iterata coniugia electioni muneris, & prerogatiua ordinationis impedimenta generant. Scot. 4. sent. 4. 33. q. 2. l. A.*

186. Int. Quare bigamus arceatur ab ordinibus sacris? Resp. hoc esse propter statutum Eccl'esie ordinantis, irregularitatem in bigamo, & hoc congruit, quia dicitur in bigamo signum representatiuum

tium Christi, scilicet sponsi cum Ecclesia nam; Sacerdos repræsentat Christum, & debet esse vnus vnus, sicut Christus sponsus fuit vnus Ecclesie quod repræsentatiuum non reperitur in bigamo, qui est vnus duorum. *Scotus ibidem l. C.*

187 Int. Quare post baptismum non remittitur irregularitas bigamæ? Resp. hoc esse propter statutum Ecclesie nolentis remitti, quia etiam post Baptismum semper remanet ille defectus significationis. *Scot. ibid. l. C.*

188 Int. Quare irregularitas ex homicidio tollitur per Baptismum? Resp. hoc esse ex statuto Ecclesie, & rationabiliter; nam homicida non est inhabilis ad Ordines, nisi propter horrorem sanguinis effusi, propter quem horrore David fuit prohibitus edificare Templum Domino; qui horror tollitur per Baptismum, quia præsupponitur, quod de lupo factus sit agnus, sicut & Paulus ante Baptismum persequutor, post Baptismum factus est ovis, & Pastor. *Scot. ibid. l. C.*

189 Int. Vtrum possit dispensari bigamus ad Ordines? Resp. quod posito, quod irregularitas bigami sit ex statuto Ecclesie, potest Pontifex dispensare, sicut dispensauit Papa Martinus, ut habetur *distinctione 34 canon. 18. Lector si viduam*. vbi concedit lectorem, qui duxit viduam posse in Subdiaconum promoueri, sed non ultra, quamuis aliter sentiat Papa Innocentius III. ut habetur *Extr. de Bigamis cap. 4. Nuper a nobis* Linus etiam Papa III. *dist.*

dispensauit cum Episcopo Panormitano, quod bene potuit, quamuis non decuerit, nisi magna ex causa. *Scotus ibidem l. B.*

190 Int. Quomodo intelligitur auctoritas Diui Hieronymi ad Oceanum, dicentis, quod crimina ante Baptismum non obliunt? Resp. quod crimina non obliunt quantum ad gratiam recipiendam, obliunt tamen quantum ad gradum dignitatis in Ecclesia habendum, que distinctio habetur ex illo D. Ambrosii. *dist. 26. can. 4. Vna tantum. Scot. 4 sent. d. 33. q. 2. l. C.*

191 Int. Vtrum repudiatio vxoris fuerit licita pro tempore legis Moisaicæ? Resp. affirmatiue; quia Moyles promulgauit legem Dei, & ideo, quis ipse coniunxit, vel legislator, & pronunciauit, & Deus coniunxit, & quos ipse separauit Deus separauit; Deus enim separare potest matrimonialiter coniunctos; nam iustitia completa in commutatione matrimoniali non est, nisi in ratificatione Diuina; ergo, sicut commutatio vnus cum vna, potest ex necessitate dispensari a Deo propter maius bonum; ita in proposito potest dispensari separatio vnus ab alio ad vitandum maius malum, donec mulier displiceat viro. *Scot. 4 sent. d. 33. q. 2. l. A.*

162 Int. Quare ergo est licita repudiatio? Resp. hoc esse propter maius malum euitandum, scilicet vxoricidium, quod est magnum malum respectu vxoris interfectæ, & graue malum respectu viri interficientis; ac etiam malum totius Reipublicæ,

H h h

cui

cui esset occasio continuæ discordiæ, & pugnæ propter iram parentum vxoris ad interfectorem, & sic continua dissipatio familiæ, quia viro interfecto ab aduersarijs, vel à lege, destrueretur familia eius, & educatio prolis. *Sentus ibid. l. A.*

193 Int. Vtrum Christus in lege noua reproba-
uerit repudiationem legis Mosæ? Resp. quod
Christus promulgauit pro tempore legis suæ, quod
sicut ipse reduxit matrimonium eo modo, quo in-
stitutum fuit in lege naturæ, vt scilicet esset vnus
cum vnâ, quamuis in lege Mosæ esset licita Bi-
gama, ita etiam reduxit matrimonium simplici-
ter perfectum, scilicet indissolubile pro lege sua,
sicut institutum fuerit in lege naturæ; & ita irritat
pro lege sua contractum, qui licuit in lege Mosæ,
qui erat accommodatio corporum ad tempus
ad procreationem prolis, quousque mulier esset gra-
tiola in oculis viri, sicut etiam multas alias actiones
sub lege Moyli euacuauit Christus reducendo ea,
quæ erant permansura ad perfectionem in sua lege,
& sic reprobaui pro lege sua repudium. *Sent. 4. sent.
d. 33. q. 3. l. B. C.*

194 Int. An, posita tali repudiatione, sit idem
contractus matrimonij in tempore Moyli, sicut
modo? Resp. negatiue, quia modo est matrimo-
nium simpliciter, scilicet cum obligatione perpe-
tua, sed in lege Mosæ non fuit tale matrimo-
nium cum obligatione perpetua; quod non oportebat
in quantum contrahebant coniugium in il-

la lege. Vel potest dici, quod esset idem contractus
cum obligatione perpetua, quæ fuit reuocata, vel
dispensata pro quando vxor nimis displicebat vi-
ro, vt timeretur vxoricidium, sicut dictum est di-
spensasse in matrimonio rato, non consumato pro-
pter ingressum Religionis, quod est maius bonum,
ita hic est maius malum vitandum. *Sent. ibid. l. C.*

195 Int. Vtrum repudiatio sit tantum permilla,
an etiam concessa per legem Mosæ? Resp. quod,
quamuis Christus dixerit Pharisæis, *Ad duritiam
cordis vestri permisit dimittere uxores vestras*, Matth.
cap. 19. Nihilominus per *permisit*, Christus intelligit
quod Moyles hoc non præcepit, nec consuluit, nec
approbavit, sed tanquam ex quadam necessitate li-
cium non prohibuit, & illa auctoritate non conclu-
ditur repudiatio esse licita, quia frequenter duritia
subditorum est causa, vt aliquid relaxaretur, quod
alias esset eis vitale non relaxari, si essent tractabiles.
Sent. ibid. l. C.

196 Int. Vtrum Deus præcepit dari libellum
repudij? Resp. quod non fuit Dei præceptum di-
mittere vxorem, sed si dimiteret, præcepti dari li-
bellum repudij talis: Repudium fuit consilium homi-
nis, non sicut hominis, sed sicut præconis Diuinæ
legis. *Sent. 4. sent. d. 33. q. 3. l. C.*

197 Int. Ad quid dabatur libellus repudij? Resp.
dabatur, ne peccarent maiori peccato, ad euitandum
scilicet vxoricidium, quod poterat committi ex
displicentia vxoris. *Sent. ibid. l. B.*

198 Int. Quare non licuit mulieri repudiare virum, sicut viro mulierem? Resp. quod non est similis ratio dispensandi in utroque; non enim tantum timeretur de vita viri, si mulier virum odiret, sicut e conuerso; quia sexus muliebris magis se cohibet à vindicta exteriori, quam vir. *Scotus ibidem l. C.*

199 Int. Vtrum impotentia ad actum carnalem impediatur matrimonium? Resp. quod impotentia simpliciter, & perpetua, cui scilicet subueniri non potest per naturam, vel per artem, si præcedat ad matrimonium, simpliciter impedit contrahendum, & dirimit contractum. *Scot. 4. sentent. dist. 34. q. vi. l. A.*

200 Int. Quare sic dirimit? Resp. primo, quia non impeditus non recipit potestatem ad talem actum carnalem, quia impeditus nihil potest illi dare, & sic non est mutua datio, quæ requiritur ad matrimonium; Secundò, quia obligatio impediti fuit ad impossibile, quam obligationem nullo modo approbat lex Diuina; Tertio, quia fuit error; nam contrahens, cum impedito, credidit illum posse commutare, quæ error facit contractum nullum, & inualidum. *Scot. ibid. l. A.*

201 Int. Vtrum si talis impotentia simpliciter sequitur post matrimonium consummatum dirimat? Resp. negatiue, quia iam potestas est vere tradita, & ille cui tradita fuit, missus est in possessionem; & ideo non potest reuocari per aliquid impedimentum superueniens. *Scot. ibid. l. A.*

202 Int.

nil 82:

202 Int. Vtrum, si tale impedimentum simpliciter veniat inter matrimonium ratum, & inter non consummatum, dirimat? Resp. esse dubium; nam *caus. 33. quest. 1. in principio. Quod autem* habetur pars negatiua, scilicet, *coniugium confirmatur officio*, & postea sequitur. *verum antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum coniugij*. Tamen videtur contrarium, quia iam data est potestas, & si impedimentum vltus accidat, non propter hoc rescindi potest datio prior. *Scotus 4. sentent. dist. 34. quest. vi. l. A.*

203 Int. Quomodo impedimentum poterit iudicari, quod præcessisset consummatum matrimonium, & non ratum? Resp. difficile esse hoc iudicare, nisi fortè esset ablatio alicuius partis necessariz ad illum actum tempore illo interueniens. *Scot. ibid. l. A.*

204 Int. Quotuplex est impedimentum, siue impotentia ad actum? Resp. duplex est vna naturalis, casualis altera; naturalis in viro, est frigiditas, vel mutilatio partis necessariz; in muliere est arctatio partis; casualis in utroque est per maleficium. *Scot. ibid. l. B.*

205 Int. Quomodo fiunt maleficii? Resp. fiunt per spiritus malignos, qui habentes pactiones cum hominibus, seruant promissa. *Scot. ibid. l. B.*

206 Int. Quomodo maligni spiritus seruant promissa, si sunt fallaces? Resp. quod, quamuis sint fallages, tamen seruant promissa, vt alij eis adherant,

reant,

reant, quia si nulla seruarent pacta, nulli eis seruirent. *Scot. ibid. l. B.*

207 Int. Quare hoc faciunt Dæmones se obligando hominibus? Resp. sciunt hoc, vt homines eos colant, nam Dæmones ex sua superbia, præcipuè appetunt honores Diuinos. *Scot. ibid. lit. B.*

208 Int. Quare Deus maleficia permittit? Resp. quòd Deus permittit Dæmones exercere potestatem suam ad impediendum aliquos ab aliquibus actibus, in quos possent, si non essent impediti, & hoc vel propter eorum peccata, vel propter aliquam aliam causam occultam. *Scot. ibid. l. B.*

209 Int. Quomodo potest maga maleficium operari? Resp. maga habens pactum cum Dæmone, procurat ab eo, vt istum impediatur a tali actu cum tali muliere, quandiu tale maleficium durat, ex gr. acus curuata, & similia. *Scot. 4. sent. d. 34 q. vn. l. B.*

210 Int. Vtrum vtens verbis magorum, vel magarum, sub bona fide intendens facere quiddam illi intendunt, aliquid faciat? Resp. affirmatiuè, etiam si intendat in generale facere illa circa materiam, qua illi vtuntur, & ad illum finem, ad quem ipsi profertur. *Scot. 4. sent. d. 6. q. 5. l. G.*

211 Int. Datur ne aliquod remedium contra impedimentum per Dæmonem? Resp. affirmatiuè, scilicet Orationes Sanctorum, & destructio maleficij; nam, si per Orationes Sanctorum impeditur Dæmo-

Dæmonis virtus, bene fit; si autem illas Deus non exaudiat, & sciretur maleficium, si dextrueretur, tunc Dæmon non fatigaret eum amplius, quia ex pacto maleficium non durat, neque diabolus afficit, nisi dum durat aliquod signum. *Scot. 4. sent. d. 34 q. vn. l. B.*

212 Int. Vtrum liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum? Resp. affirmatiuè, & ideo trifaticum, idest ridiculum est hoc querere; non enim solum licet, sed etiam meritorium est destruere operam Diaboli. *Scot. ibid. l. B.*

213 Int. Vtrum in huiusmodi destructione committeretur aliqua infidelitas? Resp. negatiuè, quia destruens maleficium non acquiescit operibus malignis, sed credit posse dæmonem; & velle fatigare maleficiatum, dum tale signum durat, & sic destructio talis signi nihil aliud facit, nisi imponere finem tali vexationi. *Scot. ibid. l. C.*

214 Int. Quomodo se habent ista duo impedimenta, scilicet naturale, & casuale? Resp. quòd in aliquo sunt similia, & in aliquo dissimilia, sunt similia, quia impediunt contrahendum matrimonium, & dirimunt contractum respectu illius personæ, respectu cuius sunt impedimenta ista, & ratio est, quia non tantum casuale, sed etiam impedimentum naturale potest esse respectu vnius personæ, & non respectu alterius, maxime de impedimento naturali in muliere. *Scot. 4. sent. diff. 34 quaestione vn. l. D.*

215 Int. Quomodo sunt dissimilia ista impedimenta? Resp. quod post diuortium duplex est differentia inter illas prima, quia illi, qui habet impedimentum casuale licet contrahere cum alia, & si post contractum carnaliter copuletur cum secunda, non debet mulieri priori restitui, quia maleficiatus respectu vnus, non est propter hoc maleficiatus respectu omnium; nam maleficiatus, sic est maleficiatus, sicut ministri diaboli procurant eum per maleficium diaboli impediri. *Scot. ibid. lit. E.*

216 Int. Quomodo potest sic impediri? Resp. quod aliqua maga potest velle istum perpetuo impediri respectu mulieri, v. g. Bellitanae, non tamen respectu alterius, nempe Criseidis puta, si ipsa maga nollet, quod Calidus duceret illam uxorem, sed se, vel aliam. *Scot. ibid. l. E.*

217 Int. Vtrum habens impedimentum naturale perpetuum possit iterum post diuortium contrahere? Resp. negatiue; debet. n. remanere sine spe coniugij, & tutum esset si intraret Religionem. *Scotus ibid. l. E.*

218 Int. Si talis post diuortium cum alia contrahat, quid agendum? Resp. quod si contrahat de facto, & carnaliter copuletur, cogitur tunc redire ad mulierem priorem; quia ex hoc apparet sententiam diuortij processisse ex errore, & ideo nullam fuisse coram Deo, & matrimonium fuisse verum quia impedimentum, quod putabatur, perpetuum non erat. *Scot. ibid. l. E.*

219 Int.

219 Int. Quomodo innotescit perpetuitas istius impedimenti? Resp. habetur *Extr. de frigid. & malefic. cap. 5. Laudabilem*. Debent enim per triennium simul commorari, & dare operam illi actui; si autem postea reclamant, debent iurare cum septima manu, id est vir, & vxor de scientia, & septem vicini de fidelitate: Si vir reclamet accusationi vxoris, creditur viro, qui est caput mulieris, vt habetur *cod. tit. cap. 1. Accepisti mulierem*. Si autem vir accusat, incumbit sibi probatio modo predicto. *Scot. 4 4. sent. d. 34. q. vn. l. E.*

220 Int. Qualiter cognoscetur differentia istius, vel illius impedimenti? Resp. difficile est videre, nisi per inspectionem corporis, si deficiat aliqua dispositio requirita necessaria in parte illa ad istum actum, vel per iudicium medicorum, quantum ad frigiditatem, si aliqua manifeste ostendant ipsum esse talis complexionis; si vero nec primo, nec secundo ostendit potest, & tamen impeditur, tunc presumendum est esse maleficium. *Scot. ibid. l. P.*

221 Int. Quenam impedimenta sic impediunt? Resp. sunt impedimenta perpetua, vt habetur *cod. tit. cap. 6. Fraternalitatis tuae*, & ideo sic perpetuo impeditus non potest se obligare ad actum pro quocumque tempore. *Scotus ibid. l. P.*

222 Int. Quomodo presumitur impedimentum per maleficium esse perpetuum? Resp. tunc presumitur perpetuum, quando per triennium perseverat, & tunc impedit; nam maleficium temporale

l i i

solum

solum temporaliter impedit. *Scot. ibid. l. A.*

223 Int. Vtrum senex propter senectutem sit impotens ad contrahendum? *Resp.* quod, si senex esset omnino impotens, potest dici, quod non contraheret matrimonium, licet aliqua posset consentire in eum ad cohabitandum sicut frater, & foror; & ita forte multe magis desponsant diuitias, quam personis. *Scot. ibid. l. G.*

224 Int. Quot sunt crimina, quae faciunt difficultatem circa matrimonium contrahendum? *Resp.* crimina plure esse, scilicet Contractus cum personae conjugata, Adulterium Machinatio in mortem legitimum conjugis, & fidei datio ipsi adulterae, vel contractus de facto cum ea vel promissio cum iuramento; quae tria vitia ad propositum pro eodem reputantur, sicut habetur *Extr. de eo, qui duxit id matrem, quam poll. per adulter, cap. ult. Si quis uxore viuente. Et Extr. de his, quaque met. caus. sunt. cap. 3. Ad nostras aures. Scot. 4. sent. dist. 35. quest. vn. lit. A.*

225 Int. Vtrum promissio cum iuramento capiendi in uxorem mulierem iam conjugatam impediatur matrimonium post mortem viri? *Resp.* negatiue, & habetur *Extr. de eo, qui duxit in matrem, quam polluit per adult. cap. ult. Si quis, uxore viuente fide promissit aliam se duciturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nihil aliud fuerit; Non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Scot. ibid. l. B.*

226 Int.

226 Int. Vtrum promissio cum iuramento, ac simul cum adulterio, impediatur, ac dirimat matrimonium? *Resp.* affirmatiue, & habetur *cod. tit. cap. ult. Si quis uxore viuente. §. Caterum tolerari non debet, si prius, vel postea, dum vixerit uxor ipsius, illam adulterio polluisset, prius, vel post, intelligitur prius, vel post promissionem factam; quod intelligitur, quando ambo adulteri sunt conscij criminis adulterij, scilicet, quod actus ille sit adulterium. Scotus ibid. l. B.*

227 Int. Vtrum si mulier fuerit inscia, puta, quia nescit virum illum habere aliam uxorem, sicut scit illum habere maritum, sit faciendum diuortium? *Resp.* quod si vir postea contrahat cum illa, ad viri petitionem non est diuortium celebrandum, sicut habetur *cod. tit. cap. 1. Propositum est nobis. Scotus ibidem l. B.*

228 Int. Vtrum si persona prius nesciat, & postea sciat impedimentum, & petat diuortium, sit celebrandum? *Resp.* affirmatiue *ex cod. cap.* & hoc per argumentum a contrario; nam habetur ibi in textu; quod si mulier non petit diuortium, non sunt separandi; ex quo innuitur, quod si ipsa petat, sunt separandi. *Scotus ibid. l. B.*

229 Int. Vtrum talis contractus cum muliere inscia sit matrimonium? *Resp.* quod non est matrimonium, quia mulier consentit in eum, tamquam in potentem contrahere cuiusmodi non est vir, qui ex parte sua non est talis, qualem eum credit. *Scot. 4. sent. d. 35. q. vn. l. C.* 230 Int.

230 Int. Vtrum possit cum illa stare, si non est verum matrimonium? Resp. quod non potest simul stare, quia ille non potest eam matrimonialiter tractare, & ex parte eius est fornicatio, sed illa potest sibi matrimonialiter copulari, quia ignorantia inuincibilis eam excusat. *Scot. ibid. l. C.*

231 Int. Mulier intelligens impedimentum, & non potens diuortium, an debeat simul stare cum viro, vnde sequatur continua fornicatio? Resp. quod si mulier sciens impedimentum, consentiat in matrimonium, vir cogendus est, vt consentiat in penam peccati sui, quia scienter deceptus in sciam, & erit nouum matrimonium ex nouo consensu, & hoc videtur valde iustum, vt scilicet decipiens in sciam, in hoc, quod est dare potestatem corporis sui, qui tamen non intendit dare, vel non potest, cogatur postea veraciter implere, quod prius fecit dolose. *Scot. ibid. l. C.*

232 Int. Vtrum si vir consentiat de nouo in mulierem in sciam de impedimento, illi impedimentum non explicando ad tollendum odium, stante, quod mulier in sciam consentiat illi viro conjugaliter, possint simul matrimonialiter stare? Resp. negative, quia prius consensus non fuit matrimonialis, & ideo nullus actus potuit esse licitus in virtute illius contractus, quocirca ad hoc, vt sint coniuges, requiritur nouus contractus mutuus. *Scot. ibid. l. i. D.*

233 Int. Vtrum requiratur expressio impedimenti ad

ti ad hoc, vt fiat nouus consensus? Resp. affirmative, quia si personæ in sciam non exprimitur impedimentum, in copula carnali sequenti non consentit ipsa consensu nouo, sed solum reddidit in virtute primi consensus, qui fuit nullus, & ideo licet persona sciens de nouo consentiat, non tamen sufficit, sed requiritur, quod etiam alia consentiat: hoc expresse dicit *Glos. extr. de eo, qui dux in matrim. quam poll. per adult. cap. 1. Propositum est nobis. In primo consensu qui nullus fuit dicitur perducere*, sicut probatur seruo, qui creditur liber, cum quo contrahitur, si post manumittatur vxore ignorante, non contrahitur matrimonium, quia post manumissionem factam manendo cum eo, semper intelligitur approbare consensum primum, qui fuit erroneus, & non matrimonialis. *Scot. 4 sent. dist. 35. quasi. vn. l. D.*

234 Int. Vtrum si sit adulterium, & fidei datio, siue sponsalia cum muliere in sciam coniugata post mortem viri vnus, & vxoris alterius, ac adulteram ducat, sit matrimonium? Resp. quod, quamuis videatur esse matrimonium, etiam si nunquam exprimitur personæ in sciam defectus ille; nec ipse, post expressionem defectus consentiat de nouo; tamen non est verum matrimonium, & ratio est, quia si mulier deinde sciret impedimentum adulterij, & reclamaret fieret diuortium, ergo ex isto *e. allegato*, non fuit matrimonium quamuis inter adulterum scientem, & adulteram in sciam, ac ambos solutos. *Scot. ibid. l. D.*

235 Int.

235 Int. Vtrum adulterium cum machinatione mortis viri, & promissione, siue contractu, durante vita alterius vxoris, dirimat matrimonium? Resp. quod dirimit, & impedit, sicut patet *Extr. de conuers. Insid. cap. 1. Laudabilem* ex quo habetur, quod sola machinatio videtur impedire, & loquitur de Siracenis, qui dum essent captiuitate, quarundam Christianarum viros suis insidijs, & machinationibus occiderunt; & sententiat Ecclesia, quod si post per ipsas ad fidem accesserunt, & cum eis in matrimonio adhaeserunt, non sunt tollerandi, cum tale damnum tali lucro compensare non velit; ubi non sit mentio de adulterio, vel promissione, sed solum de machinatione in mortem legitimi viri, quæ sola sufficit ad impediendum, & dirimendum matrimonium. *Scot. ibid. l. E.*

236 Int. Vtrum machinatio in affectu sufficiat ad impediendum? Resp. *ex Glos. in dicto cap.* habetur, quod non sufficiat, sed requiratur, quod sit in affectu, & in effectu, sic dicit super illud verbum, *procurauerunt.* *Scot. 4. sent. d. 35. q. vi. l. E.*

237 Int. Vtrum si aliquis vir occidat maritum alterius mulieris, ipsa infamia, possit illam postea ducere in vxorem? Resp. vt habetur *ex eod. cap. 1.* quod si fiat sine intentione ducendi eam, vt si in bello iusto occidat eum, non vt ducat illam, non habetur expressè, quin occisor possit eam in vxorem ducere, dummodo tamen mulier non sit conficia; quia in casu iusti belli, dicit illud *cap. quod cum*

tales mulieres non procurauerint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter huiusmodi personas, licet interfectorem, & vxorem interfecti, licite potest contrahi. Et *Extr. de sponsalib. cap. 23. Cum apud Sedem.* Quod cum prohibitiorum sit editum de matrimonio extrahendo, vt quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur. *Scotus ibidem l. E.*

238 Int. Vtrum si vir consentiat non in mortem legitimi viri, sed vxor eum occidat, possit illa ab alio in vxorem duci? Resp. affirmatiue, si sit huius criminis incicius, ita habetur *canf. 33. q. 2. can. 5. Interfectores suorum.* *Scot. ibid. l. E.*

239 Int. Vtrum si mulier infamia machinationis sui viri, postea audita morte viri ratum habeat, hoc matrimonium impediatur? Resp. quamuis videatur, quod sic, quia, vt habetur *de Regul. Iur. in 6. reg. 10. Ratihabitacionem retrahit.* Ratihabitio retrahitur, & mandato comparatur. Tamen *Glos.* tenet oppositum *in predicto cap. Laudabilem. sit. de Conuers. infidel. in fines* propter illud nunc adductum *cap. 33. Extr. de sponsal. Cum apud.* ex quo capite potest concludi, quod simplex promissio non æquiualeat neque fidei dationi, neque contractui, neque promissioni cum iuramento, sicuti neque sponsalia æquiualent alicui illorum; vnde concluditur, quod sola fidei datio ipsi adulteræ non impedit, ita vt diruat; solum adulterium non impedit, ex *D. August. de Nupt. & Con.* qui dicit, *Potesse feri coniugium, cum qua precessit adulterium.* Machi-

chinatio non semper impedit, sed bene impedit, & semper, quando est cum fidei datione. An machinatio cum adulterio semper impediatur, habetur *Extr. de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. cap. 6. Significasti nobis*, fidei datio cum adulterio, semper impedit, ratio est, ordinatio Ecclesie illegitimus tales personas. *Scot. 4. sent. dist. 35. quest. un. lit. F. G.*

240 Int. Quare Ecclesia sic ordinavit? Resp. hoc Ecclesiam fecisse ad repressionem adulterij, & homicidij, quae frequenter acciderent, si tales personae possent legitime contrahere. *Scot. ibidem l. G.*

241 Int. Quid dicendum est de Dauid, qui adulterium cum Bersabea commisit, & Uriam illius virum interfecit? Resp. quod tunc non erat illa lex positiva Ecclesiae illegitimitatis huiusmodi adulteros, & quia poena adulterij erat lapidatio iustus fecisset Dauid, si illum lapidari fecisset; sed si remisit poenam, hoc fuit, quia illud peccatum fuit priuatum, quod non debebat puniri poena publicae, nec fuit impedimentum, quando eam in uxorem accepit; peccat enim Dauid, quamuis grauius, secreta erant. *Scot. ibid. l. G.*

242 Int. Vtrum seruitus impedita matrimonium? Resp. negatiue, & habetur *Extr. de Coniug. seruorum cap. 1. Dignum est. Scot. 4. sentent. dist. 36. quest. 1. lit. A.*

243 Int. Vnde inducta est seruitus? Resp. quod lege naturae liberi omnes nascuntur, tamen seruitus

tus vel magis proprie subiectio filialis, est de lege naturae, puta obedientia filialis pertinens ad disciplinam, quia secundum Philosophum 8. *Ethicor.* filius habet a Patre esse, & disciplinam. *Scotus ibidem l. A.*

244 Int. Vnde orta est seruitus illa, secundum quam Dominus potest vendere seruum, sicut pecudem? Resp. quod haec seruitus non est inducta, nisi aliqua lege positiva, & de ista loquitur *Arist. 1. Politic. cap. 3.* quando dicit, quod seruus non potest exercere actus virtutis, pro eo quod oportet eum ad praecipuum Domini exercere actus irrationales. *Scot. 4. sent. d. 36. q. 1. l. A.*

245 Int. Vtrum ista lex sit iusta? Resp. quod ista illis seruitus non potest esse iusta, nisi dupliciter; uno modo, quia aliquis voluntarie se subiecit tali seruituti, licet talis subiectio esset facta, imò forte contra legem naturae, quod homo libertatem suam se abdicet; postquam tamen facta est, necesse est seruare, quia hoc est iustum. Alio modo, si aliquis iuste dominus communitatis, videns aliquos vitiosos, quorum libertas eis nocet, & Republicae potest iuste punire eos poena seruituti, sicut & iuste posset eos occidere in certis casibus propter bonum Republicae. *Scot. ibid. l. B.*

246 Int. Vtrum quis posset vendere se ipsum in seruum? Resp. affirmatiue, quamuis de hoc non inueniatur specialis approbatio Diuina in scriptura, & in hac venditione transfertur potestas

fui corporis in alium. *Scot. 4. sentent. dist. 26. quest. 1. vn. lit. H.*

247. Int. Vtrum captus in bello, si seruetur possit esse iuste seruus? Resp. quod captus in bello, si seruetur a morte, & fiat seruus, non apparet manifeste iniustitia, quod sit seruus, & si forte captor potuerit occidere captiuum (si bellum fuit iustum) defendendo se, non inuadendo, & hoc stante pertinacia ipsius capti contra bellantem; tamen ex quo definit esse pertinax, quia est in voluntate sua ille, qui iam captus est, videtur inhumanum infligere illi poenam contra legem naturæ; nec valet dicere, quod fieret rebellis liberatori, & abuteretur libertate donata; quia forte fieret obediens, & libertate sibi donata bene uteretur. *Scot. 4. sent. dist. 36. questione 1. vn. lit. B.*

248. Int. Vtrum illa seruitus, qua inferior disponitur a Superiori sit huiusmodi gradus? Resp. negatiue, quia ista vocatur seruitus politica, neque enim se extendit ad hominem, sicut ad inanimatum, sed sicut minus vigens mente ordinatur per illum, qui magis mente pollet, qui debet presidere, sicut ille seruire. *Scot. 4. sent. d. 36. q. 1. l. B.*

249. Int. Si seruus ista prædicta est contra legem naturæ, quomodo potest fieri iuste? Resp. quod est difficile saluare iustitiam in detinendo tales seruos, nisi sint facti, vel voluntarie, vel à domino puniente eos poena seruitutis; neque possessio seruorum facit iustitiam, quia aliud est possidere aurum, &

aliud

aliud possidere seruum, in quem non cadit præscriptio, sicut in possessionem bonorum. *Scotus ibid. lit. C.*

250. Int. Quomodo Apostolus præcipit seruos obedire dominis suis? Resp. multas obligationes esse iniustas ex parte illorum, quibus fiunt, & tamen, postquam factæ fuerint, seruandæ sunt vnde à Apostolis ostendens seruitutem secundum se non esse laudabilem, nec multo magis detentionem alicuius in seruitutem, ait 1. Corinth. capit. 7. *seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed si potes fieri liber, magis utere.* *Scot. ibid. l. C.*

251. Int. Vtrum homo possit, vel liceat tollere alteri conseruationem speciei, quæ est naturalis? Resp. quod in casu necessitatis, in quo conseruatio speciei dependeret ab actu eius, non licet, neque potest auferri speciei conseruatio, sed quia multi non serui intendunt generationi, etiam in lege Christiana, ideo non est necessarius ad conseruationem speciei actus istius, scilicet serui, & ideo per aliquam obligationem potest sibi præcludi. *Scot. ibid. l. D.*

252. Int. Vtrum seruus de voluntate sui Domini possit contrahere matrimonium? Resp. affirmatiue; nam, quamuis onus Matrimonij sit in aliquo repugnans seruitijs consuetis; tamen dominus concedens sibi contrahere, relaxat sibi illa seruita conseruata. *Scot. ibid. l. E.*

253. Int. Quid agendum, si postea dominus re-

uo-

uocaret istam concessionem iam factam? Resp. quod si impediret eam totaliter à copula carnali, vel mitteret in partes longinquas, vel detineret eum in laboribus, itavt non posset visitare uxorem, tunc dominus peccaret mortaliter, & in manifestis esset per Ecclesiam corrigendus. *Scot. 4. sent. d. 36. q. 1. l. E.*

254 Int. Vtrum seruus possit contrahere matrimonium invito domino? Resp. affirmatiue, quia pro quanto habet aliquid iuris in corpore suo, potest contrahere; non enim priuauit se quacumque libertate ad quoscumque actus, & sic pro quanto corpus eius est suum, potest commutari cum alio; nam si alius, siue seruus, siue liber, velit esse contentus illa modica potestate, siue ad modicum usum, quem scit cum possidere, bene potest sibi ipsi praedicare, & valet commutatio. *Scot. ibid. l. E.*

255 Int. Vtrum seruus possit contrahere cum libera? Resp. affirmatiue, dum tamen ipsa sciat conditionem, & consentiat in eum, non obstante tali conditione seruitutis, quia tunc commutat potestatem sui corporis pro illo modico, quod habet seruus potestatis in suo corpore. *Scot. ibid. l. F.*

256 Int. Vtrum seruus possit contrahere cum ancilla? Resp. affirmatiue, & tunc videtur vtrique concedere id, quod potest, & sicut contrahunt, ita tenetur postea secundum iustitiam reddere debitum, pro quanto scilicet illi actus non impediunt à seruitijs consuetis. *Scot. ibid. l. F.*

257 Int.

257 Int. Vtrum si seruus, & ancilla contrahant contra voluntatem domini sui, liceat domino seruuum, v. g. in Africam, & Ancillam in Galiam mittere? Resp. quod cum causa matrimonij sit fauorabilis, tunc inducendus esset dominus, vel domini, ne hoc facerent; sed si facerent, non apparet qualiter supposita seruitute, facerent contra iustitiam, quia iste prius fuit in potestate domini, ut mittere posset eum illuc, imo ut venderet eum: similiter illa in potestate domini sui quantum ad mittendum in illum locum, & per actum proprium non poterunt se facere liberes, nec se à iure dominorum suorum magis eximere, quam prius. *Scot. 4. sent. d. 36. q. 1. l. G.*

258 Int. Vtrum ancilla credens contrahere cum libero, qui tamen est seruus, verè contrahat? Resp. affirmatiue; nam error conditionis peioris impedit contractum, quia impedit commutantem recipere tantum, pro quanto intendit commutare, sed ignorantia melioris conditionis, vel aequalis non impedit, quia commutatio est rei aequalis. *Scotus ibidem l. G.*

259 Int. Vtrum seruus sit domini quantum ad omnia? Resp. negatiue; quia secundum aliquam est sui iuris, ut ad comedendum, bibendum, dormiendum, & breuiter ad quoscumque actus exercendum, propter quos non subtrahuntur domino debita seruitia, & sic cum possit vti actu carnali, potest etiam ad illum actum se obligare, quantum sui iuris est. *Scot. ibid. l. G.*

260 Int.

260. Int. Vtrum hoc asserendum sit de seruo, de quo dicit Philosophus, quod domini potest vendere seruum, vt brutum? Resp. affirmatiue, & quamuis seruus possit vendi, non tamen est dicendum, quod talis in actibus suis ducatur tantum, & non ducat, quia quantumcumque sit seruus, est tamen homo, & ita liberi arbitrij; vnde magna crudelitas fuit in prima inductione seruitutis, quia hominem arbitrio liberum, & dominum suorum actuum ad virtuosè agendum, facit quasi brutum, & libero arbitrio non vtemem, nec potentem agere virtuosè. *Scot. ibid. l. H.*

261. Int. Vtrum seruus possit profiteri Religionem sine consensu domini sui? Resp. negatiue, qui proficens in Religione totaliter se submitit obedientie Prælati illius Religionis, & in hoc ex toto se subtrahit à consuetis seruitijs Domini sui, quod de iustitia non potest, quia erat sub potestate Domini sui. *Scot. ibidem l. H.*

262. Int. Vtrum puer possint contrahere matrimonium? Resp. negatiue, & habetur *Extr. de frigid. & malefic. cap. 2. quod Sedem.* vbi dicitur, quod puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio. *Scotus 4. sentent. dist. 36. q. 2. l. A.*

263. Int. Vtrum puer possit contrahere sponsalia? Resp. affirmatiue; possunt enim sponsalia contrahere, & non matrimonium, quia possunt promittere potentiam ad actum pro futuro, pro quo habebunt. *Scotus ibid. l. A.*

264. Int.

264. Int. Vtrum requiratur eadem discretio ad contractum matrimonij, sicut ad actuale matrimonium? Resp. negatiue, quia potest quis habere discretionem sufficientem ad intentionem debitam contrahendi, antequam habeat potentiam, quæ debet commutari in contractu matrimoniali. *Scotus ibid. l. A.*

265. Int. Quodnam est tempus pueritiæ? Resp. in masculo regulariter ponitur tempus quatuordecim annorum; in femina autem duodecim, sed tamen aliquando malitia supplet ætatem, & complexio præuenit tempus regulare; & tunc, ex quo habet potestatem, & discretionem sufficientem ad debitum consensum, potest contrahere, quia habet, quod det, & consensum sufficientem, & signa. *Scot. ibid. l. B.*

266. Int. Vtrum puer possit suscipere potestatem antequam habeat in usum? Resp. affirmatiue, cum potestas sit ab usu distincta, tamen puer non potest dare potestatem sui alteri, antequam illam habeat, quod requiritur in contractu matrimoniali. *Scot. ibid. l. B.*

267. Int. Vtrum Sacramentum Ordinis impediatur matrimonium? Resp. affirmatiue; habetur enim *d. 32. can. 13. Placuit Episcopos, Placuit Episcopos, Diaconos, Subdiaconos secundam priora instituta abstinere ab uxibus.* id est non contrahere, vt dicit ibi Glos. similiter *d. 27. can. 8. Presbyteris, & Diaconibus, & d. 28. can. 1. Nullum facere,* vbi legitur, *Nullum*

fa.

facere Subdiaconum presamant Episcopi, nisi qui se castè
victurum promiserit. *Scotus 4. sent. dist. 37. quest. vn.
lit. A.*

268 Int. Quare Sacramentum Ordinis impedit
matrimonium? Resp. impedit non ex voto conti-
nentiæ proprie dicto annexo Ordini, nec annexo
ex præcepto Ecclesiæ præcipientis tali Ordinato non
contrahere, sed ex hoc, quòd Ecclesiæ facit talem
personam ordinatam simpliciter illegitimam ad
matrimonium. *Scot. ibid. l. B.*

269 Int. Verū huiusmodi statutum Ecclesiæ fue-
rit rationabilè? Resp. affirmatiuè, siue sit habitum
à Christo, siue non, quia talis deputatur ministerio
sacro, quòd requirit munditiã mentis, & carnis
perspicitatem intellectus, & feruorem affectus,
ad quæ omnia disponit continentia, sicut è con-
uerso, frequentia actus carnalis generat mentis, &
carnis immunditiã, intellectus habitudinem, &
affectus tepiditatem. *Scot. ibid. l. B.*

270 Int. Vtrum in hoc Ecclesiã præiudicet ini-
illius ordinati ob talem illegitimationem? Resp.
negatiuè, quia Ecclesiã communiter non cogit a-
liquem ad susceptionem Ordinis sacris, & satis
ipia publicauit, quòd post talem Ordinem susce-
ptum suscipiens est inhabilis ad contrahendum; igitur
voluntariè quis incurrit inhabilitatem ad contra-
hendum, sicut voluntariè sacrum Ordinem suscepit.
Scotus ibidem l. B.

271 Int. Quomodo intelligitur Apostolus 1. Thi-
mot.

mot. cap. 3. Vnius uxoris Virum? Resp. intelligitur
vnius, idest, non plurium, non tantum de præienti,
sed etiam de præterito, idest, quòd non habuerit
plures, quia tunc esset bigamus & irregularis. *Scot.
ibid. l. C.*

272 Int. Vtrum aliquando licuit in sacris Ordini-
bus ordinato, vnam habere vxorem? Resp. affir-
matiue, secundum consuetudinem Ecclesiæ primi-
tiuæ, vtendo matrimonio contracto ante susce-
ptionem Ordinis, sed non licuit postea, contrahe-
re, si nullam prius habuerat, & sic intelligitur locus
d. 31. can. vlt. *Aliter se Orientalium*, & cum dicit
textus *matrimonio copulentur*, exponit Glos. idest,
copulato vtiuntur. *Scot. 4. sent. d. 37. q. vn. l. B.*

273 Int. Vtrum coniugatus possit suscipere Or-
dines sacros? Resp. affirmatiue, quia susceptio Or-
dinis sacri non requirit, nisi sexum debitum, mini-
strum debitum, & intentionem debitam in susci-
piente, & ministrante, & ideo confertur coniuga-
to, quia hæc tria possunt in eo reperiri, peccat ta-
men suscipiendo; Ordinatus verò non potest co-
pulari, quia per Ordinem sacrum iam susceptum
factus est inhabilis ad matrimonium contrahen-
dum; vnde non est tale impedimentum matrimoni-
j ad Ordinem, quale est Ordinis ad matrimonium.
Scot. ibid. l. C.

274 Int. Vtrum votum continentie impediatur ma-
trimonium? Resp. licet alij aliter dicant, vt refert
Glos. *Extr. Qui Cleric. vel uouent cap. 6. Rursus qui-
dam.*

dam. Votum simplex non dirimit contractum, sed impedit contrahendum, sicut ibidem habetur, unde impedit non simpliciter s. votum vero solemne impedit simpliciter, idest dirimit contractum, & impedit contrahendum, sicut habetur *cod. tituli. cap. 7. Infirmante. Scot. 4. sentent. dist. 38. quest. vn. tit. C.*

275 Int. Quare votum solemne simpliciter impedit? Resp. quia Ecclesia illegitimavit solemniter vouentem, & hoc fuit rationabile, quia ipse se posuit in potestate Ecclesie quantum ad oppositum eius, ad quod est contractus matrimonij. *Scot. ibid. l. D.*

276 Int. Vtrum Clerici vouentes possint contrahere matrimonium? Resp. negatiue, loquendo de Clericis, qui vouent voto per susceptionem Ordinis sacri, quia Ecclesia eos per talem susceptionem illegitimavit. *Scot. ibid. l. A.*

277 Int. Vtrum, & quomodo infideles possunt habere coniugium? Resp. affirmatiue, licet alij aliter dicant, per hoc, quod deficiat fides proles bonum, & Sacramentum; quoniam infideles, si non seruare fidem ad Deum, possunt seruare fidem ad proximum, & proles, esto non educatur ad cultum Dei, educatur tamen quantum potest per rationem naturalem noscere ipsam prolem esse educandam; & non est necesse, quod cuiusque matrimonio sit annexum Sacramentum proprie dictum; nam in statu innocentie, si permansisset, non fuisset annexum

annexum matrimoniali contractui Sacramentum, nec tamen tunc defecisset aliquid de perfectione pertinente ad contractum matrimonij. *Scot. 4. sent. d. 39. quest. vn. l. A.*

278 Int. Quomodo infidelis potest dare corpus suum alteri, cum non faciat hoc innitens approbationi legis Diuine, quia illam ignorat? Resp. Potest dici, quod Deus post lapsum licentiauerit generaliter omnes ad talem commutationem, & si non propter officium, saltem propter remedium; sic videntes tali licentia, quamvis nesciant esse licentiatos, non peccant; & sic probabile est, quod a principio ex virtute illius licentie Diuine innolet usus contrahendi matrimonium, etiam apud infideles, quia a Patribus suis secundum quandam consuetudinem deriuatum hoc acceperunt. *Scotus. ibid. l. B.*

279 Int. Vtrum translatio per matrimonium fuerit licita inter fideles? Resp. quod forte erat licita ex parte Domini superioris, & ad minus aliqua ex parte contrahentium erat firma, & iusta, sed non completa; tamen non iniusta, si seruabant conditiones, quas seruandas distabat ratio naturalis. *Scot. ibid. l. B.*

280 Int. Vtrum matrimonium fidelium sit dissolubile? Resp. affirmatiue, nam quamuis matrimonium sit indissolubile; tamen, quando alter coniux infidelis fidem suscipit, tunc fortius vinculum cum stringit, cum quo non potest stare illa indissol-

diffolubilitas matrimonij, quia est noua obligatio ad Deum per fidem susceptam, ad quam magis tenetur, quam ad vinculum coniugale. *Scotus ibid. lit. C.*

281. Int. Vtrum possit contrahi matrimonium inter fidelem, & infidelem? Resp. affirmatiue, quantum est ex iure Diuino, quia non prohibetur; sed de iure positio Ecclesie simpliciter non potest, quia Ecclesia illegitimauit fidelem, non simpliciter, sed respectu infidelis, sicut habetur *caus. 28. q. 1. can. 9. Sic enim non recedere.* vbi dicitur, non nisi vnus Religionis, & fides coniugia sibi maneant copulata, & ead. *caus. q. 1. can. 15. Causa Christian.* habetur, quod, Non nisi baptizata sumatur in coniugium, quia Baptismus est primum Sacramentum. *Scot. 4. sent. d. 39. q. vn. l. E.*

282. Int. Vtrum licite, & honeste possit contrahi matrimonium inter fidelem, & infidelem? Resp. negatiue, quia deficiet completum bonum prolis, quod est educatio ad cultum Dei, & quia illi contractui non est annexum Sacramentum fidei Christiane. *Scot. ibid. l. F.*

283. Int. Quare Apostolus suadet matrimonium inter infideles contractum esse seruandum post conuersionem alicuius coniugis, si non est honestum contrahi? Resp. hoc Apostolum fecisse ad salutem coniugis infidelis vnde dicit, *sanctificatus est enim, vir infidelis per mulierem fidelem. 1. Cor. cap. 7.* Seruare igitur matrimonium contractum est occasio conuertendi

tendi coniugem infidelem, sed cessante tali causa, non non debent in simul commanere; nec Apostolus docet contrahere, sed seruare. *Scot. ibid. l. E. G.*

284. Int. Quando fidelis debet se separare ab infideli, etiam stante matrimonio? Resp. primo, quando infidelis non consentit habitare cum conuerso fidei; secundo, quando esset cum iniuria Creatoris, blasphemando scilicet, vel sollicitando conuersum fidelem ad infidelitatem; vitanda enim est tam singularis familiaritas cum quocumque contrarie sectae, nisi propter maius bonum. *Scotus ibid. lit. F.*

285. Int. Quare non debet contrahere de nouo fidelis cum infideli? Resp. quia tale matrimonium non esset occasio probabilis ad expectandum tantum bonum, conuersionem scilicet eius, quia multum amans coniugium multa, & magna faceret, vt illud attingeret, quae non esset facturus illo coniugio adeptus, & ideo, si iste non vult conuerti in primo, vt possit habere coniugium cum Christiana, non est probabile, quod ipsa postea lucretur cum; sed magis e conuersio, quia ille videtur adducere istam, & cessat ratio tantae familiaritatis ad infidelem, & manet ratio fugiendi illam familiaritatem; hinc Apostolus, qui consuluit manere conuersum cum non conuersa, dissuauit contrahere fidelem cum infideli. *Scotus 4. sent. d. 39. quest. vn. lit. F.*

186. Int. Quare Ioseph duxit in vxorem Afenich filiam

filiam Puthipharis, quæ erat infidelis, sicut etiam Moyses accepit filiam Iethro, qui pariter erat infidelis? Resp. quod tunc non erat lex positiva illegitimans fidem respectu infidelis, & fortè erat probabile, quod fidelis lucraretur infidelem; vel erat necessitas fugiendi maius inconueniens, cum certa confidentia de adiutorio Diuino, quod fidelis non subuerteretur per infidelem, & ita liceret hodie, nisi esset illegitimitas Ecclesiæ superaddita. *Scot. ibid. l. F.*

287 Int. Vnde mouetur Ecclesia ad determinandam talem illegitimationem? Resp. quod non est necessè, quod Ecclesia fundet suam determinationem super rationem necessariam, sed sufficit, quod sit super probabilem, & huiusmodi est periculum de iniuria Creatoris, & aliæ assignatæ. *Scot. ibid. l. G.*

288 Int. Vtrum licite Ester nupsit Assuero Regi? Resp. affirmatiuè; nam tempore legis Moisaicæ non erat prohibitum coniugium cum alienigenis, nisi cum Canaanis; illos enim voluit Deus ex toto extirpare, de quo semine non erat Assuerus, & ideo non illicitè Ester illi nupsit. *Scot. ibid. l. G.*

289 Int. Quid dicendum est de Salomone, qui filias Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Idumias, Sidonias, & Cethias duxit? Resp. quod Salomon, sicut pessimus, & ingratus homo Deo suo, non solum in hoc peccauit, quia alienigenas duxit

contra

contra legem, at, quod peius est, copulatus est eis amore ardentissimo, in tantum, vt faceret eius Idolum, & templum ad colendum Deos, suos, & hæc omnia aggrauat ingratitude sapientiæ eminentis sibi subito a Deo concessæ; ita quod ista auctoritas non requirit responsionem, sed detestationem. *Scot. 4. sent. d. 39. q. vn. l. G.*

290 Int. Quid est consanguinitas? Resp. est vinculum personarum ab eadem persona carnali propagatione descendentium. *Scot. 4. sent. d. 40. quest. vn. l. A.*

291 Int. Quid est stipes? Resp. stipes est personæ; à qua plures carnali propagatione descendunt. *Scot. ibid. l. A.*

292 Int. Quid est linea consanguinitatis? Resp. linea consanguinitatis est ordo personarum consanguinitate iunctarum. *Scot. ibid. l. A.*

293 Int. Quotuplex est linea consanguinitatis? Resp. esse triplicem, scilicet ascendentem, descendentem, & transversalem. *Scot. ibid. l. A.*

294 Int. Quid est linea ascendens? Resp. est linea, quæ a persona propagata ad propagantes procedit, à quibus descendit. *Scot. ibid. l. A.*

295 Int. Quid est linea descendens? Resp. est linea a persona propagante ad personas propagatas procedens. *Scot. ibid. l. A.*

296 Int. Quid est linea transversalis? Resp. est linea, quæ ambæ personæ descendunt ab eadem, sed neutra ab altera. *Scot. ibid. l. A.*

297 Int.

297 Int. Quid est gradus consanguinitatis? Resp. est determinata propinquitās personæ ad personam secundum consanguinitatem. *Scot. ibid. l. A.*

298 Int. In quibus lineis reperitur gradus? Resp. quod gradus propriè inuenitur in linea ascendente, & descendente: sed impropriè etiam inuenitur in linea transuersali. *Scot. ibid. l. A.*

299 Int. Quot sunt gradus in linea recta? Resp. quod sunt tot gradus, quot sunt personæ vna minus, nam tot sunt gradus quot propagationes; gradus enim est propinquitās inter personam, & personam, qui gradus fit per propagationem, tunc tot sunt personæ, quot propagationes vna minus, quia præsupponitur toti collectioni personarum aliqua persona ibi non propagata. *Scot. 4. sent. dist. 40. q. vn. l. B.*

300 Int. Quot sunt gradus in linea transuersali? Resp. quod in tali linea gradus computantur secundum magis remotum à stipite, vt habetur *Extr. de Consanguinit. cap. 9. Vir, qui. vbi dicitur, Vir, qui à stipite quarto gradu, & mulier, qua ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua dicitur, noto gradu remotior distat à stipite, & quolibet, per aliam lineam ascendente;* & ratio est, quia personæ, quæ sunt in linea transuersali, non habent inter se propinquitatem nisi ratione stipitis, & ideo non possunt inter se propinquius coniungi, quàm remotior eorum coniungatur stipiti. *Scot. ibid. l. B.*

301 Int. Quinam est efficitior gradus? Resp. effi-

fica-

ficior gradus est in linea descendente, quàm in linea transuersali; & ratio naturalis est, quia plus coniungitur proles parenti, quàm proles proli, & ideo magis est contra legem naturæ coniungi in primo gradu in linea recta, quàm in linea transuersali; semper enim fuit contra matrimonium illa coniunctio, & magis filij ad matrem, quàm patris ad filiam, quia est maior irreuerentiæ; vnde in 8. lib. de Animalib. narrat Aristot. de Equo, qui velatus cognouit matrem suam, quàm postea discooperitus oculis videns, se præcipitavit; & alibi legitur de Elephante, qui ingeniatus, vt matrem suam cognosceret, post hoc ingeniorè occidit. Alij hoc dicunt de Camelo. Illustris, D. D. Ioannes Laurentius Alburquerque Maldonatus Nobilis Bituntinus, dum in nostro Cõuentu Velitarum dies agebat æstiuos, ann. 1647; narrauit mirabile, quòd Equus velatus cognoscens matrem, dum in opere naturæ se agitabat, discooperitus matrem videns, obtupuit, & opus naturæ imperfectum reliquit; ex quo patet, quod hoc est contra legem naturæ, etiam vt competit Brutis per propagationem, & ideo primus gradus, & potissimè matris ad filium, impedit matrimonium. *Scot. 4. sent. d. 40. q. vn. l. C.*

302 Int. Vtrum in lege naturæ fuerit impedimentum propinquitatis? Resp. affirmatiuè, sed sola propinquitās in primo gradu in linea descendente, ex illo verbo Adæ, *Relinquet homo Patrem suum, & matrem suam,* quod intelligitur quantum ad copu-

M m m

lam

lum conjugalem. *Genes. cap. 2. Scot. ibid. l. D.*

303 Int. De quo patre intelligitur hæc auctoritas? Resp. intelligitur non solum de patre proximo, sed de quocumque in linea recta, ita quod si Adam hodie viveret, non posset ducere uxorem; non intelligitur in linea transversali, quia Cain in uxorem duxit suam sororem. *Scot. ibid. l. D. & 2. sent. d. 20. q. 2. l. a. A.*

304 Int. Vtrum si stetit flatus innocentiae, fuisset alia prohibitio? Resp. affirmatiue, quia post multiplicationem humani generis fuisset prohibitio in quibuscumque gradibus ultra primum; tamen in principio non potuit fieri, quia non erant aliae feminae, quam sorores. *Scot. 4. sent. d. 40. q. vn. lit. D.*

305 Int. An in lege Mosaica fuerit talis prohibitio? Resp. affirmatiue, etiam quod ad gradus vitiores, vt habetur in *Leuit. cap. 18. Scotus ibid. lit. D.*

306 Int. Quænam est prohibitio in lege Evangelica? Resp. quod in lege Evangelica fuit aliquando prohibitio vsque ad septimum gradum; sed sub Innocent. III. restricta est vsque ad quartum gradum inclusiue, vt habetur *Extr. de Consanguin. cap. 8. Non debet reprehensibile. Prohibitio copulae conjugalis quartum Consanguinitatis gradum de cætero non excedat, & assignat rationem, quoniam in vitioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari, & post approbat, &*

ratificat pro futuro, *Cum ergo, inquit, iam vsque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copula sit restricta, scilicet per nos hic in Concilio, & infra, am ita volumus esse perpetuam, non obstantibus Constitutis iohannis super hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, & in eod. cap. reuocat omnes prohibitiones de coniugio contrahendo in secundo, & tertio genere affinitatis, & de sobole suscepta ex secundis nuptijs, cognationi viri prioris de non copulando, quæ prohibitiones multas difficultates inducebant, & vt dicit, aliquando periculum animarum. Scot. 4. sent. d. 40. quest. vn. lit. D.*

307 Int. Vnde est, quod talis, vel talis propinquitatis simpliciter impedit? Resp. in lege Evangelica non inuenitur à Christo alia prohibitio ultra prohibitionem legis naturæ; nec etiam explicitè confirmauit prohibitionem super hoc factam in lege Mosaica; sed Ecclesia illegitimauit personas aliquando in gradu remotiori, & postea in quarto gradu. *Scot. ibid. l. E.*

308 Int. Quare tales personas illegitimauit Ecclesia? Resp. hoc fuit propter pacem, & amicitiam seruandam in Ecclesia, vsque ad quartum gradum manet amicitia ratione consanguinitatis, ex tunc incipiunt esse quasi extranei, & amore contempescere; & ideo congruum tunc est per vinculum conjugale tepescentem amicitiam reuocare. *Scotus ibid. lit. E.*

309 Int. Vtrum sit eadem amicitia consanguinorum,

rum, & coniugum? Resp. negatiuè, nam amicitia consanguineorum, maximè in recta linea est reuerentiæ quantum ad descendentes respectu Superiorum, & cuiusdam regiminis, seu præsentia. At amicitia coniugum est sine tali reuerentia, imo est cum irreuerentia, in tantum, vt sincerius diligens consanguineam magis odiat in ea illam irreuerentiam, non solum à se, sed à quocumque alio exhiberi, & est quod amicitia disponat ad coniugum, tamen est alterius rationis ab illa, quæ reperitur inter consanguineos. *Scot. 4. sent. dist. 40. quest. vn. lit. P.*

310 Int. Quid est affinitas? Resp. affinitas est vinculum quoddam personæ ad personam aliquam ex carnali copula cum persona alteri consanguinea contractum. *Scot. 4. sentent. dist. 41. questione vn. l. A.*

311 Int. Quomodo explicatur hæc affinitas? Resp. Persona carnaliter copulata semper est consanguinea alteri, & sic illa, cui copulatur sit affinis illius consanguineæ, & è conuerso; nam affinitas dicitur necessitudo ad affines, quia coniunctus carnaliter alicui de consanguineis, aliqua persona per hoc accedit ad affines illius consanguinitatis, ex quo habet vinculum talis accessus ad omnes de illa consanguinitate. *Scot. ibidem l. A.*

312 Int. Possunt ne assignari gradus in ista affinitate? Resp. affirmatiuè; assignari enim possunt gradus, & lineæ, sicut assignantur in consanguinitate. *Scot. ibid. l. A.*

313 Int.

313 Int. Quot sunt gradus affinitatis? Resp. quod quot gradu consanguinitatis aliquis distat ab alio, toto gradu affinitatis distat ab eodem illa, quæ est ab isto carnaliter cognita. *Scotus ibidem l. B.*

314 Int. Quomodo contrahitur affinitas? Resp. contrahitur per carnalem coniunctionem, siue commixtionem, vt habetur *causi. 35. q. vii. can. 1. fraternitatis vestra. Scot. ibid. l. B.*

315 Int. Vtrum cum concubina cotrahatur affinitas? Resp. affirmatiuè, non solum cum concubina, sed etiam cum vxore, & cum meretrice contrahitur affinitas consanguineorum ipsius viri; imò in incestu; nam si vna caro fuerint, non potest esse, quod aliquis sit propinquus vni eorum, quin pertineat alteri. *Scot. ibid. l. B.*

316 Int. Vtrum sine coniunctione carnali contrahatur affinitas? Resp. affirmatiuè, loquendo de affinitate largè sumpta; nam contrahitur etiam cum vxore carnaliter non cognita, & quod plus est, etiam contrahitur cum illa, cum qua præcisè contrahuntur sponsalia. *Scot. 4. sent. d. 41. q. vn. l. C.*

317 Int. Quomodo vocatur istud vinculum? Resp. quod huiusmodi vinculum contractum ad aliquam personam propter coniunctionem eius cum aliquo consanguineo, siue per coniunctionem Matrimoniale, siue concubinariam, siue per sponsalia, cõmuniter vocatur publicæ honestatis iustitia, de qua multa habentur *Extr. de sponsal. & Matrim. in 6. cap. vn. Ex sponsalibus puris. Scot. ibid. l. C.*

318 Int.

318 Int. Vtrum affinitas simpliciter impedit matrimonium? Resp. affirmatiue; & ratio est solummodo statutum Ecclesie illegitimantis affines. *Scot. ibid. l. C.*

319 Int. In quo gradu affinitas impedit Matrimonium? Resp. In eo gradu, in quo impedit consanguinitas, loquendo de affinitate proprie dicta, & per copulam licitam; nam de illicita legatur Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 4. & patet extr. de consanguinitate. cap. 8. *Scotus 4. sentent. dist. 41. q. vn. l. C.*

320 Int. Vtrum affinitas communiter dicta per sponsalia impedit Matrimonium? Resp. affirmatiue, & vocatur publicæ honestatis iustitia; limitatur cum Conc. Trident. sess. 24. cap. 3. & habetur Extra de consanguinitate, & affinitate cap. 1. Ex literis tuis recepi. æque enim (vt Canones dicunt) abstinendum est a consanguineis vxoris, vt proprijs. *Scot. ibid. l. C.*

321 Int. Vtrum affinitas suborta per sponsalia impedit Matrimonium? Resp. affirmatiue, dummodo tamen sponsalia non sint nulla ex defectu consensus; semper ex illis oritur impedimentum matrimonij; impediens contrahendum, & dirimens contractum. *Scot. ibid. l. C.* Nunc ius nouum Concilij Trident. legatur sess. 24. cap. 3. de reform. Matrimonij.

322 Int. Vtrum affinitas sit effectus matrimonij? Resp. affirmatiue, loquendo de matrimonio præ-

precedente, quæ affinitas non impedit; at loquendo de affinitate contracta per matrimonium, tunc impedit sequens matrimonium inter eos, inter quos per matrimonium est contracta. *Scot. 4. sent. d. 41. q. vn. l. D.*

323 Int. Vtrum affinitas contracta per cognitionem sororis vxoris suæ impedit matrimonium? Resp. quod si est antecedens impedit matrimonium pro futuro; sed si est affinitas post matrimonium contractum superueniens, non dirimit, & ratio est, quia multa impediunt nondum factum, quæ non destruunt iam factum. *Scot. ibid. l. E.*

324 Int. Quanam est pœna illius, qui sororem suæ vxoris cognoscit? Resp. quod talis priuatur iure petendi debitum propter illud crimen; & post mortem vxoris debet sine coniugio permanere. *Scot. ibid. l. E.*

325 Int. Quid est cognatio spiritualis, vel legalis? Resp. est quoddam vinculum contractum ex dispensatione Sacramentorum, specialiter Baptismi, & Confirmationis, de qua habetur, Extra de cognat. spiritual. in 6. cap. 1. Ne dum inter. *Scot. 4. sent. d. 42. q. vn. l. A.*

326 Int. Vtrum per dationem aliorum Sacramentorum oriatur cognatio spiritualis? Resp. negatiue, excepto enim Baptismo, & Confirmatione, non oritur talis cognatio, quæ matrimonium impedit, vel dissoluit. *Scot. ibid. l. A.*

327 Int. Vtrum cognatio spiritualis impedit ma-

matrimonium? Resp. quod si cognatio precedat matrimonium, simpliciter impedit contrahendum, & dirimit contractum, sicut patet. *Extr. de cognat. spiritual. cap. 6. Veniens ad Apostolicam Sedem. vbi dicitur, mandamus, quatenus, si confiterit mulierem praeliti viri filium de sacro fonte lenasse, antequam eam desponsasset uxorem, vos, inter eos, appellatione postposita, diuortium celebretis.* *Scot. ibid. l. B.*

328 Int. Quare huiusmodi cognatio dirimit matrimonium? Resp. non datur alia ratio, nisi statutum Ecclesie illegitimat personas in tali casu. *Scot. 4. sent. d. 42. q. vn. l. B.*

329 Int. Vtrum si cognatio spiritualis sequatur matrimonium illud dirimat? Resp. negatiue, & habetur *ead. tit. cap. 2. Si vir, vbi legitur, si vir, vel mulier ignoranter de sacro fonte susceperint, & sequitur, nobis videtur, quod sine ex ignorantia, sine ex malitia fecerint non sunt ab iniuicem separandi, nec alter alteri debet debitum subditum subtrahere.* *Secutus ibid. l. B.*

330 Int. Vtrum cognatio legalis impedit matrimonium? Resp. affirmatiue, & habetur *Extr. de cognat. leg. cap. vnic. Si quas vbi dicitur, si qua per adoptionem mihi soror esse coeperit quamdiu durat adoptio inter me, & ipsam, nuptia consistere non possunt, & Glosa super illo eod. cap. dicit, quod illud verum est, siue cognatio legalis sit per arrogationem, siue per adoptionem.* *Scot. ibid. l. C.*

331 Int. Vtrum inter fratres adoptiuos, & natura-

turales impediatur matrimonium? Resp. affirmatiue, quando durat adoptio, sicut omnes auctoritates exponunt, & probant. *Scot. ibid. l. C.*

332 Int. Quid dicit cognatio per arrogationem? Resp. illum dicimus arrogare, qui est sui iuris, & per arrogationem transit in potestatem alterius, que arrogatio fit potestate principis, sicut adoptio fit per quemlibet Magistratum, & adoptatus non transit in potestatem adoptantis, sed remanet in potestate sui patris naturalis, tamen tam adoptati, quam arrogati dicuntur filij adoptiui. *Scot. ibid. l. C.*

333 Int. Quotplex est impedimentum matrimonij? Resp. duplex, simpliciter scilicet, & non simpliciter; simpliciter impedimentum est illud, post quod, si fuerit attentatum dirimit etiam contractum; Impedimentum non simpliciter est prohibitio quacumque, propter quam illegitime fit quod fit; si tamen fit, non est irritum. *Scot. ibid. l. D.*

334 Int. Quot sunt impedimenta simpliciter? Resp. impedimenta simpliciter sunt in duplici discrimine; quedam accipiuntur ex natura talis contractus; quedam sunt ex statuto Ecclesie superaddito. Primo modo, vel sunt ex conditionibus necessarijs ad contractum, vel ex conditionibus necessarijs ex parte contrahentium. Secundo modo sunt impedimenta ex parte personarum, quas Ecclesia illegitimauit, faciendo eas non capaces huius contractus. *Scot. 4. sent. d. 42. q. vn. l. D. I.*

335 Int. Quotplex est impedimentum ex par-

te contractus? Resp. triplex est Primum est contractus ex metu, qui potest cadere in constantem virum, tunc enim est contrarius contractus, sicut debet esse. Secundum est ex defectu notitiæ præcedentis requisitæ ad voluntarium. Tertium impedimentum per appositionem conditionis repugnantis ipsi contractui. *Scotus ibid. l. E. H.*

336 Int. Quænam sunt illa, quæ metum inducunt? Resp. est certitudo mali imminenti; cuiusmodi sunt mala mortis, mutilationis enormis, carceris, perpetuæ seruitutis, stupri, & huiusmodi. *Scot. ibid. l. E.*

337 Int. Quotuplex est impedimentum ex defectu notitiæ requisitæ præcedentis ad voluntarium? Resp. duplex est, vel est carentia totalis notitiæ intellectualis, vel est cum aliqua notitia licet defectiva, quia erronea; prima est furia; secunda est deceptio. *Scot. ibid. l. E.*

338 Int. Vtrum furiosus possit contrahere matrimonium? Resp. quod furia impedit matrimonium dum durat; tamen, si furiosus habet lucida intervalla, pro tempore intervalli potest contrahere, & eodem modo, post contractum, tunc petere, & est sibi debitum tunc reddendum; non autem pro tempore furia, quia tunc nescit ex iure suo petere, sed sicut brutum, & tunc reddere esset alteri periculum in persona. *Scot. ibid. l. E.*

339 Int. Quotuplex est error, vel deceptio? Resp. triplex est; primus est error personæ; secundus est error

error conditionis peioris, puta seruitutis; tertius est error donationis mutue, puta, quia credit illum posse redonare, quod tamen non potest, vel dolose profert verba, sed animo non vult permutare, & huiusmodi deceptiones impediunt simpliciter. *Scot. 4. sent. d. 42. q. vi. l. F.*

340 Int. Ad quid tenetur ille, quid doloso animo contraxit? Resp. debet illud veraciter adimplere, quod fallaciter simulavit; nam tenetur ille reddere illud, pro quo reddendo ipsa commutavit; & ideo in foro conscientiæ ad hoc cogendus est. *Scotus ibid. l. F.*

341 Int. Quid agendam, si durante eius dolo, contraxit veraciter cum altera? Resp. debet peenitere de peccato illo, quod fecit fallendo primam, & dolcat de impossibili, ac procuret illi restitutionem ad æquivalentem; quantum potest ut scilicet reddatur illi mulieri corpus alterius viri potentis ad æquivalens corpori suo, vel saltem satisficiat in alijs, secundum arbitrium boni viri. *Scot. ibid. lit. F.*

342 Int. Vtrum sit idem iudicium circa hoc quantum ad utrumque forum? Resp. negativè; nam si contraxit tempore intermedio, Ecclesia in foro exteriori præcipiet, ut adhæreat primæ uxori, sed in foro conscientiæ oppositum est dicendum, quia secunda mulier est vera uxor eius, prima autem non; & iste debet servare sententiam Ecclesiæ, servando veritate legis Divinæ, & imputet sibi, quod tanta pœna maneat semper ipsum, propter ta-

lem fraudem, quam fecit. *Scot. ibid. l. G.*

343 Int. Quotuplex est conditio repugnans contractui? Resp. triplex est provt triplex, est bonum matrimonij, scilicet contra bonum fidei, contra bonum prolis, & contra bonum Sacramenti, scilicet indissolubilitatis. *Scotus ibid. l. G.*

344 Int. Quot sunt impedimenta ex parte contrahentium? Resp. duo sunt, scilicet impotentia simpliciter ad copulam carnalem, & impotentia secundum iustitiam, quia alligatus est alteri matrimonialiter; non enim potest binas ducere vxores. *Scot. 4. sent. d. 42. q. vn. l. H.*

345 Int. Quotuplex ex impotentia simpliciter? Resp. duplex est, naturalis, & casualis, & utraque impedit simpliciter, si fuerit perpetua, sin autem non impedit; naturalis in viro, vel est per frigiditatem, vel per carentiam partis necessariae; in muliere vero per arctationem simpliciter; casualis autem est per maleficium, siue respectu cuiuslibet, siue respectu determinatae personae, ad quam impotentiam naturalem reducit impedimentum aetatis puerilis, quia esto in puero non sit impotentia perpetua, tamen pro tali aetate nulla est potentia, & ideo nihil potest dare. *Scot. ibid. l. H.*

346 Int. Quot sunt impedimenta ex statuto Ecclesiae? Resp. tria esse primum propter nimis personarum propinquitatem inter se; secundum propter earum specialem applicationem ad cultum Diuinum; tertium propter alicuius horrendi criminis enormitatem. *Scot. ibid. l. I.*

347 Int.

347 Int. Quotuplex est propinquitatis, ex qua oritur impedimentum? Resp. quintuplex est; prima consanguinitas; quae est merè carnalis propinquitatis; secunda affinitas, quae proprie est ex copula merè carnalis; tertia publicae honestatis iustitia, quae oritur ex propinquitatem carnali ex contractu matrimoniali, & per sponsalia; quarta est spiritualis cognatio, quae oritur ex propinquitatem carnali, & successione, vel datione Sacramenti Baptismi, vel Confirmationis; quinta est legalis, quae oritur ex propinquitatem carnali, & ex alio vinculo secundum legem, vel adoptionem. *Scot. ibid. l. K.*

348 Int. Vtrum per Catechismum, qui praecedit Baptismum contrahatur cognatio spiritualis? Resp. affirmatiue, & per istam impeditur matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. *Scotus ibidem l. K.*

349 Int. Inter quas personas oritur cognatio spiritualis? Resp. primo oritur inter baptizatum, & illum, qui suscipit de baptismo; secundo inter baptizatum, & filios suscipientis, ac etiam vxorem, si ante susceptionem baptizati eam carnaliter cognouerit; tertio inter suscipientem, & patrem, & matrem baptizati, & haec cognatio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum; quae pariter censenda sunt de Baptizante, & tale iudicium fieri debet de Confirmatione. *Sc. 4. sent. d. 42. q. vn. l. I.* De iure nouo non contrahunt impedimentum filij, neque vxor. legatur Concilium Tridentinum filij. 24. c. 3.

350 Int.

350 Int. Quotuplex est impedimentum per applicationem ad Diuinum cultum? Resp. duplex est, scilicet solemnè votum continentia, & susceptio Ordinis sacri. *Scot. ibid. l. k.*

351 Int. Quotuplex est impedimentum per criminis enormitatem? Resp. duplex, primum est per crimen infidelitatis, quæ illegitimat fidelem respectu infidelis, non simpliciter; secundum per crimen adulterij cum machinatione in mortem legitimi coniugis, vel etiam cum fidei datione de contrahendo per mortem legitimi coniugis, quæ omnia impedimenta his versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.

Cultus, disparitas, ius, Ordo, ligamen, honestas,

Si sis affinis, si forte coire nequibus.

Sed alio ordine debito, & magis in particulari pos- sunt assignata impedimenta his versibus declarati.

Vis, frans persona, serus, donationis, & amens,

Addita conditio tria coniugij bona tollit,

Frigidus, arilla, puer truncatus prestigiatus,

Alterius coniugij, obstant mutua datione:

Ordo sacer votum, duo cultus, sponso mæchi.

Carnalis, legis, cognatio spiritualis,

Hæc vi præcepti, sic hinc affinis honestas.

Primus versus continet quinque impedimenta in specie, scilicet vim, errorem personæ, errorem conditionis personæ, errorem donationis mutua, & Furiam. Secundus versus continet tria impedimenta, scilicet conditionem contra fidelitatem conditionem

con-

contra bonum prolis, & conditionem contra bonum Sacramenti, scilicet indissolubilitatem. Tertius continet quinque impedimenta, scilicet Frigiditatem, Aetationem, Aetatem puerilem, Mutilationem partu, & maleficium. Quartus continet vnicum tantum impedimentum, scilicet coniugium cum alia vxore; quæ sunt quatuordecim impedimenta, quæ oriuntur ex natura contractus. *Scot. 4. sent. d. 42. q. un. l. L. M.*

Alij tres versus continent impedimenta ex statuto Ecclesiæ. Primus versus continet quatuor impedimenta, scilicet Ordinem sacrum, Votum, Duos cultus, & Adulterium. Secundus continet tria impedimenta, scilicet Cognationem carnalem, Cognationem legalem, & Cognationem spirituales. Tertius vero continet duo impedimenta, scilicet Affinitatem, & Iustitiam publicæ honestatis, quæ omnia sunt nouem, & hæc habent vim impediendi ex præcepto Ecclesiæ, quæ omnia simul sunt viginti tria impedimenta. *Scot. ibid. l. M.*

352 Int. Vtrum conditio posita in primo versu illorum trium prius assignatorum debeat intelligi, & referri ad errorem conditionis personæ? Resp. negatiue; talis enim sic explicans non est peritus in iure canonico; quia, vt dictum est conditio se extendit contra tria bona matrimonij, & intelligitur contractus conditionatus. *Scot. ibid. l. N.*

353 Int. Quare Ecclesia poni tantam sollicitudinem in ordinando matrimonium? Resp. non esse admi-

admirandum, quia communitas Christianorum utitur matrimonio, per cuius usum multiplicatur populus Christianus; & ideo sic ordinari debet, ut in eius contractu, & usu vitentur, quæ aduersantur charitati, siue in Deum, siue in proximum, & seruanda sint ea, quæ congruunt honestati; Vt sic honestum matrimonium Christianum congruè significet illam benedictam conjunctionem Christi, & Ecclesie, de qua dicit Apostolus ad *Ephes. cap. 5. Sacramentum hoc magnum est; Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*, quæ coniunctio nunc in via est per fidem, & aliqualem dilectionem, sed in Patria erit per visionem, & perfectam fruitionem sponsæ non habentis maculam, neque rugam ad sponsum speciosum præ filiis hominum, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Scot. 4. sent. dist.*

42. q. Vn. lit. N.



DE

DE
MENDACIO.

TIT. XVIII.

Int. Vtrum mendacium sit peccatum? Resp. communiter affirmatiue, quia, ut dicit D. August. *lib. contra mendac. Stultum est credere illi, cui licet mentiri*, quia tunc periret conuictus humanus. *Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. a. A.*

2. Int. Quotuplex est mendacium? Resp. triplex est mendacium, scilicet perniciosum, officiosum, & iocosum. *Scotus ibid. l. B.*

3. Int. Quid est mendacium perniciosum? Resp. mendacium perniciosum est illud, quod ex se est nocuum, vel nocet cui mentitur, vel de quo mentitur, & tale mendacium est peccatum mortale; & secundum quod nocuum est varium, vel scilicet quantum ad Religionem Christianam, puta, circa fidem, vel mores; vel quantum ad vitam corporalem, vel quantum ad fidem conjugalem, grauius, vel

Ooo

mi

admirandum, quia communitas Christianorum utitur matrimonio, per cuius usum multiplicatur populus Christianus; & ideo sic ordinari debet, ut in eius contractu, & usu vitentur, quæ aduersantur charitati, siue in Deum, siue in proximum, & seruanda sint ea, quæ congruunt honestati; Vt sic honestum matrimonium Christianum congruè significet illam benedictam conjunctionem Christi, & Ecclesie, de qua dicit Apostolus ad *Ephes. cap. 5. Sacramentum hoc magnum est; Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, quæ coniunctio nunc in via est per fidem, & aliqualem dilectionem, sed in Patria erit per visionem, & perfectam fruitionem sponsæ non habentis maculam, neque rugam ad sponsum speciosum præ filijs hominum, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Scot. 4. sent. dist.*

42. q. Vn. lit. N.



DE

DE
MENDACIO.

TIT. XVIII.

Int. Vtrum mendacium sit peccatum? Resp. communiter affirmatiue, quia, ut dicit D. August. *lib. contra mendac. Stultum est credere illi, cui licet mentiri, quia tunc periret conuictus humanus. Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. a. A.*

2. Int. Quotuplex est mendacium? Resp. triplex est mendacium, scilicet perniciosum, officiosum, & iocosum. *Scotus ibid. l. B.*

3. Int. Quid est mendacium perniciosum? Resp. mendacium perniciosum est illud, quod ex se est nocuum, vel nocet cui mentitur, vel de quo mentitur, & tale mendacium est peccatum mortale; & secundum quod nocuum est varium, vel scilicet quantum ad Religionem Christianam, puta, circa fidem, vel mores; vel quantum ad vitam corporalem, vel quantum ad fidem conjugalem, grauius, vel

Ooo

mi

minus mentientes peccants tamen omne tale mendacium dictum ex de liberatione, est peccatum mortale. *Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. B.*

4 Int. Vtrum negans peccatum verum, sed priuatum, in publico ei impositum, faciat mendacium perniciosum contra accusantem? Resp. negatiue; imo accusans est sibi perniciosus, quia proponit eo modo peccatum alterius, quo non deberet, imo deberet non proponere, & ideo accusans imputet sibi, si aliqua infamia sequitur, & non neganti; ipse enim est causa talis infamie, non autem negans, quia ille defendit innocentiam suam in publico, vbi non est nocens, nec habenda est pro nocente, donec fuerit conuictus. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 4. l. F. H.*

5 Int. Vtrum in iudicio negans verum crimen peccet mortaliter mentiendo? Resp. negatiue; durum enim videretur, quod quilibet accusatus in publico ab vno, statim teneatur de necessitate salutis in publico confiteri illud, & sic statim se exponere periculo in iudicio sanguinis; imo non solum ratione poenae mortis, sed neque ratione honesti, & inhonesti; quia non apparet, quod iste negans honeste, & secundum rectam rationem debeat confiteri coram tali iudice, quia ipse plusquam quicumque alius accusans particularis auferret sibi famam, quia confitenti contra se in iudicio creditur. *Scotus ibid. l. G.*

6 Int. Quid ergo faciendum in tali casu? Resp. Respondendum est, & negandum secundum cau-

tam

tam responsionem Iuristarum, scilicet nego proposita, vt proponuntur, quae sine mendacio possunt dici in proposito, quia proponuntur in publico, & vt publica, & publice probanda, & talia potest quis negare, si sciat ea non posse probari in publico. *Scot. ibid. l. G.*

7 Int. Si Iudex vrgeat reum, vt confiteatur propositum crimen, vel vt publice neget, quid agendum? Resp. talem posse respondere, quod ipse respondit ad accusationem sufficienter, nec vult ab illa responsione dechnare, faciat Iudex erga accusantem, quod iuris est. *Scotus 4. sent. dist. 15. quest. 4. l. G.*

8 Int. Si reus negans intendat negare illud crimen, vt propositum est, scilicet, vt publicum, tenetur ne de tali negatione, poenitere? Resp. bonarum mentium est culpam agnoscere, vbi culpa non est, vt habetur *distinctione 5. can. 4. Ad eius vero*, ideo multo magis, vbi dubitatur, an sit culpa, & qualis culpa, bonae menti est culpam agnoscere, & sic in tali casu tutum est, post talem negationem poenitere indistincte de hoc, tamquam de tali, quale est, vt pote, sub tali indistinctione, si est mortale, tamquam de mortali; si veniale, tamquam de veniali. *Scot. ibid. l. H.*

9 Int. Quid est mendacium officiosum? Resp. Mendacium officiosum est illud, quod nulli nocet, & alteri est vtile, & hoc non est peccatum mortale. *Scot. ibid. l. C. 3. sent. d. 38. q. vn.*

10 Int.

10 Int. Quid est mendacium iocosum? Resp. est illud, quo, aliquis iocando, intendit decipere, ita quod deceptus vere decipitur, non tamen in aliquo, in quo sibi nocuumentum magnum inferatur, neque hoc est peccatum mortale. *Scot. ibid. l. C.*

11 Int. Vtrum narrare fabulam, sit mendacium iocosum? Resp. negativè, quia de fabula omnes audientes sciunt, quod non est verum, nec tamquam verum narratur, ubi nec audiens decipitur, nec loquens intendit decipere, nec sermo est de se deceptivus qui non est talis, qui sit natus credi ab audientibus, sed magis, ut sciatur esse dictum sine opinione facienda alicui de veritate. *Scot. ibid. lit. C.*

12 Int. Quod mendacium fuit illud Ioseph, quando fratribus dixit, *Exploratores estis? Genes. cap. 42.* Resp. fuit mendacium iocosum; noluit enim veraciter decipere fratres suos in illis verbis; tamen ipse qui seivit veritatem, scilicet non esse exploratores, potuit iocari de ipsorum deceptione, & timore, quem incurrerunt decepti. *Scot. 3. sent. dist. 38. q. 9. vn. lit. C.*

13 Int. Quid dicendum de illis, qui verba Ioseph audivissent? Resp. quod illi tandem percipissent, etiam si fuissent decepti, quod non seriose ipse fuerit locutus. *Scot. ibid. l. C.*

14 Int. Vtrum mendacium, vel iocosum, vel officiosum in Prælatis sit peccatum mortale? Resp. quod in Prælatis, dum exercent actus competentes sibi

sibi in ratione sui status, ut docere, iudicare, & prædicare, tunc utrumque mendacium est peccatum mortale, quia aufert, auctoritatem doctrinæ, quam prædicat, iuxta illud D. Augusti. Epist. ad Hieronymum. *Si ad scripturas sacras admixta fuerint quantumcumque iocosa mendacia, nihil remanet in eis soliditatis; puta, si Prælatus prædicans misceat mendacium iocosum, nihil remanet in doctrina; potest enim quilibet dubitare de quocumque ab eo dicto, sicut de mendacio; vel qua ratione non assentiret illi mendacio iocoso, pari ratione non assentiret alij mendacio iocoso, pari ratione non assentiret alij dicto ab eo; & ita periret auctoritas Doctorum in docendo, utilitasque populi audientis, ac consimiliter periret auctoritas in iudicio solemnium.* *Sentus. ibid. l. D.*

15 Int. Vtrum dicendo aliquid mendacium iocosum in actu docendi, vel iudicandi, sed foris à iudicio, & prædicatione, sit peccatum mortale? Resp. negativè, quia dum aliquis sedet ad iudicandum, potest, ex modo loquendi, aliquid miscere iocosum, quod tamen non est peccatum mortale, quamvis bis, vel ter talia iocosa misceat, seclusa tamen ratione scâdali. *Scot. ibid. l. D.*

16 Int. Quotuplex est status perfectionis? Resp. duplex est status, scilicet perfectionis acquirendæ, ut status Religiosorum, & status perfectionis acquisitæ, & exercendæ, ut status Prælatorum. *Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. D.*

17 Int. Vtrum Religiosi, qui sunt in statu perfe-

tionis acquirendæ, non exercendæ, peccent mortaliter, dicendo mendacium iocosum, vel officiosum? Resp. negatiuè; quia non assumpsit statum curæ pastoralis, hinc talis Religiosus non magis tenetur, quam alius Christianus, nisi ad vota seruanda sive Religiosis, & ideo talis Religiosus, dummodo non exerceat actus perfectionis, cuiusmodi sunt docere, prædicare, & huiusmodi, non videtur plus peccare mortaliter, quam alij in mendacio iocoso, vel officioso, nisi forte propter scandalum.

Scot. *ibid.* l. E.

18 Int. Vtrum persecutionis tempore possit pastor fugere, & oues suas relinquere? Resp. Pastorem teneri necessario ex charitate non fugere propter scandalum, quod assert, quia tunc non esset pastor, sed mercenarius; *Mercenarius enim est qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit, ait Christus Dominus, Ioann. c. 10.* & si fugit peccat mortaliter; Religiosus verò, & qui non est Pastor, non tenetur ex necessitate non fugere, si potest aliter fieri; sed tenetur non scandalizare proximum fugiendo; quia quandoque fuga esset scandalizatiua; iudicare enim proximi ex fuga eius, quod ex quo talis Religiosus, qui tam arctam vitam ducit, non exponit vitam suam pro fide defendenda, non esset vita exponenda pro tali causa, in tali persecutione, vel quod ille fugiens non bene sentit de fide. Scot. *ibid.* l. F.

19 Int. Vtrum quando Abraham fuit ad sacrificandum filium, & dixit seruis, *Genes. cap. 22.* Reuer-

turnur ad vos, dixerit mendacium? Resp. negatiuè; quia Abraham non dixit contra illud, quod habuit in mente, quia ipse per viam intravit filium, qualiter fuerit miraculose conceptus, & qualiter, si esset imolatus, Deus eum miraculose suscitaret, & hoc credidit firmiter propter Dei promissum, *In Isaac vocabitur tibi semen, Genes. cap. 21.* & ideo credidit illum esse resuscitandum, & secum reuersurum ad pueros, hinc dixit, *Reuertemus ad vos*, quod dixit, quia hoc habuit in corde, nec est imponendum faciliter mendacium aliquod Abraham, cuius vita fuit valde exemplaris. Scot. 3. d. 38. q. vn. l. G.

20 Int. Vtrum Iacob dixerit mendacium Patri suo Isaac, quando abstulit ab Esau benedictionem? Resp. quod, quamuis multi hoc negent, tamen quia conceditur Patres aliquos antiquæ legis habuisse legem imperfectam, & modicam gratiam respectu nostri, qui & legem habemus perfectam, & gratiam superabundantem, & de nostris non negatur aliquando mentiri, vel mentitos fuisse, vel potuisse mentiri; non videtur multum rationale illos negare quandoque fuisse mentitos, vel mentiri potuisse; & hoc posito, si laudamus bona facta eorum, vt illa sumamus in exemplum; mala autem, nec recipimus in exemplum; nec pertinaciter excusamus. Dicitur tamen, quod tales sermones possent figuratiuè intelligi, vel sub alio intellectu, quam verba primò expriment. Scot. *ibid.* l. G.

21 Int. Quando Ioseph, terrens fratres suos di-

xit se augurari in Cypho inuento in sacco Benjamin, vtrum dixerit mendacium, cum ipse non fuerit auguratus? Resp. fuisse mendacium, sed iocolum, vt patet ex euentu; in fine enim aperuit fratribus veritatem, & dum tenuit eos, puniuit eos secundum quod meruerant puniri, quia per illam productionem, quam fratres contra Ioseph commiserunt, quando eum vendiderunt in Aegyptum, meruerunt ipsi, non solum timore, sed etiam maiori poena puniri. *Scot. ibid. l. G.*

22 Int. Quid dicendum de Rahab quae abscondit milites Iosue, & dixit eos fuisse egresos; & de Rachel, quae, vt absconderet ablata idola Patris sui, noluit assurgere, sed dixit patri, pati muliebria? Resp. eas non esse excusatas a peccato veniali; non enim in scriptura comendatur factum earum, quantum ad mendacium, licet comendetur prudentia Raab, quae sibi, & suis procurauit salutem. *Scot. 3. dist. 38. q. vn. l. G.*

23 Int. Quid dicendum de Obstetricibus, quae mentiebatur Pharaoni, dicentes Hebraeas habere artem obstetricandi? Resp. quod, quauis Deus edificauerit eis Domum, commiserunt tamen mendacium officiosum, quia vtile ad salutem paruulorum Hebraeorum, & nulli noxiuum; & sic dicendum est Deum eas renunciaisse pro bono motu pietatis, quam habebant, nec tamen abnegasse eis vitam aeternam pro illo peccato, quod erat veniale. *Scot. ibid. l. G.*

24 Int.

24 Int. Vtrum cum magno motu pietatis eligendum sit peccatum veniale, nempe mendacium, vel potius fugiendum vtrumque? Resp. problematice potest affirmari: Quidam Scotista tamen dicit; quod quis potest facere opus pietatis, ad quod sequatur peccatum veniale, non tamen potest quis primo peccatum veniale committere pro bono motu pietatis; & tunc secundario sequitur intentio decipiendi alium, dicendo mendacium officiosum. *Scot. ibid. l. G.*

25 Int. Vtrum quis loquendo cum vno possit ad alterum suam intentionem dirigere sine mendacio? Resp. negatiue, quia tunc nihil esset certum in humana loquela, nec aliquis videretur habere certitudinem de loquela proximi loquentis, si ad mendacium cauendum sufficeret directio locutionis ad alium. *Scot. ibid. l. H.*

26 Int. Vtrum dicendo, dubium sit mendacium? Resp. quod assertiue dicendo, dubium est mendacium, vel non longe a mendacio. *Scot. Prolog. sent. q. 2. l. B.*

27 Int. Quid dicendum est de Iudit, quae dixit mendacium Holoferni? Resp. non esse inconueniens concedere, eam fuisse mentitam officiose genti suae, sed perniciosae Holoferni, cuius mortem intendebat, quae officiositas praesertur perniciositati, quia bonum Reipublicae maxime colentis Deum, praesertur bono temporali personae privatae, maxime fidelis. *Scot. 4. sent. d. 38. q. vn. l. H.*


Ppp

28 Int.

28 Int. Vtrum in bello iusto liceat vri mendacio? Resp. negatiuè, imò in bello contra infideles mendacium alicuius Christiani damnatur; & licet possit vri aliquibus belli cautelis, tamen istæ cautelæ non debent per se repugnare veritati, nec includere mendacium. *Scot. ibid. l. 1.*

29 Int. Vtrum ludit mortaliter peccauerit? Resp. quòd stante eius intentione, quæ erat, vt Holofernes captaretur in aspectu suo, & hoc volendo ipsum velle peccare secum mortaliter, ipsa mortaliter peccauit; quia velle alium velle peccare, quamvis non actu peccare, est peccatum mortale, & sic non videtur ista mulier omnino excusata a peccato mortali. Et quamuis factum eius narretur in scriptura, & recitetur in Ecclesia tamquam laudabile quantum ad aliqua, quæ ibi erant Religiositas, aliqua tamen sibi annexa, nec laudantur, nec licent.

Scotus ibid. lit. 1.



DE
SIMVLATIONE.

TIT. XIX.

Int. Vtrum simulatio, qua quis se ostendit per aliqua signa habere bona, quæ non habet, sit peccatum? Resp. affirmatiuè; nam, si quis per genuflexiones, & orationes ostenderet deuotionem sibi inesse, quam non habet, tunc peccaret realiter, quia tunc talis simulatio esset hypocrysis. *Scotus 4. sentent. dist. 38. questione vn. lit. K.*

2 Int. Vtrum aliquis luxuriosus auidens loqui de mulieribus, si spuat in terram, vel aliud gestum faciat, vt ostendat se castum, cum tamen non sit, peccet mortaliter? Resp. affirmatiuè, quia tunc simulat, ostendens signa opposita malis, quæ habet in corde, cuiusmodi est hypocrita. *Scotus ibid. l. K.*

3 Int. Vtrum si aliquis propter mala, quæ habet, celauerit signa manifestatiua illorum vitiorum, peccet mortaliter? Resp. negatiuè, imò (sicut potest esse

esse laus in malo) est laudabile, quia vituperabile est prædicare peccatum proprium, & quamvis sit malum esse malum interius in corde, addere tamen malum signum exterius, est addere malum malo. *Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. K.*

4. Int. Vtrum simulatio in actibus indifferentibus sit peccatum mortale? Resp. negatiuè; nam si simularet se sudare ex labore (sudor enim signum est laboris ex natura sua, & ioculatores fingunt sudare absque labore) tunc quamuis in aliquibus fortè esset mala, non peccaret mortaliter. Si quis autem faceret aliqua signa, quæ ex natura rei non sunt signa, sed scit à circumstantibus concipi tamquam signa, sicut spumare, ita ut saliva decurrat per barbam, ex natura sua non est signum insanix, quamuis aliquis sciat iudicari à circumstantibus tamquam signum furix, talis simulatio non est peccatum, & huiusmodi fuit simulatio David coram Achim, ne eum traderet Sauli. *Scot. ibid. l. L.*

5. Int. Vtrum simulatio Iehu fuerit peccatum? Resp. quòd Iehu non potest excusari, quia propter illam simulationem, quæ fortè excusari posset, adduxit mendacia, dicens, 4. Reg. cap. 10. *Sacrificium enim grande est mihi Baal;* quod mendacium, quamuis secundum suam intentionem esset quodam modo officiosum, quia destructiuum cultus Baal, tamen, ex ratione sua, erat perniciosum, non solum quia procuratiuum mortis illorum, sed etiam preuocatiuum, quantum erat in se ad cultu Baal, & licet comedetur in qua-

quantum detestabatur, & persequeretur cultum Baal, vituperatur tamen, quia non recessit à cultu Hieroboam, nec fuit verus cultor Dei Israël. *Scot. ibid. l. L.*

DE VOTO.

TIT. XX.



Nt. Quotuplex est votum, loquendo præcipuè de voto continentix? Resp. duplex est, publicum scilicet, & priuatum; vel votum simplex, & solemne; nam tam votum publicum, quam priuatum potest esse simplex, vel

solemne. *Scot. 4. sent. d. 38. q. vn. l. A.*

2. Int. Quomodo sit votum solemne? Resp. votum solemne fit tribus modis, ut habetur *Extr. de Vot. & vot. redempt. in 6. c. vn. Quod votum.* etiam *Extr. qui Cleric. vel uouent. cap. 6. Quisam quidam* ubi Glos. habet. *Votum solemne est, quòd sit iuramento aliqua illarum solemnitatum, videlicet per suspensionem sacrè Ordinis. dist. 28. can. 8. Diaconi quicumque. licet per suspensionem sacrè vestis, qua tantum presentibus dicitur*

debet. *Extr. de Regular. cap. 23. Statuimus nouitius. Terio modo, cum per professionem denonet se alicui Religioni in manu Abbatis, vel Abbatisse. Extra, de Regular. cap. eod. Scot. ibid. l. A.*

3 Int. Quomodo debet fieri professio? Resp. professio debet fieri presentibus testibus, per quos probari possiet, si hoc negaret. *Scot. ibid. l. A.*

4 Int. Quid agendum est, ne hæc possiet negari? Resp. ad hæc euitandum sit publica scriptura, vt habetur *caus. 27. can. 1. can. 37. Omnes famina*, in qua scriptura profiteatur velle religiosè viuere, aliàs autem votum continentis factam, quamuis coram multis, dicitur simplex, quasi non vestitum, sine institutum aliqua solemnitate, sic habet *Glos. Scot. 4. sent. dist. 38. q. vn. l. A.*

5 Int. Quinam sunt modi iuris circa voti solemnitatem? Resp. quod inter omnes modos assignatos, & alios positos in illo *cap. vn. in 6.* solum duo sunt iuris, scilicet per susceptionem sacri Ordinis, & per votum Religionis votum, vel præsumptum. *Scot. ibid. l. A.*

6 Int. Quodnam est votum præsumptum Religionis? Resp. tunc votum dicitur præsumptum, quando quis recipit habitum professionis, vbi est distinctio inter habitum professorum, & nouitiorum. *Scot. ibid. l. A.*

7 Int. An aliquis commorans ultra annum in Monasterio absque protestatione de non proficendo, intelligatur fecisse votum? Resp. intelligitur fecisse

se votum, quod dicitur præsumptum, & est solemnè, non quia sit publicum, sed quia in se habet aliquid annexum, vt in publicum debeat venire, & per quod viuens ponitur sub alterius hominis potestate. *Scotus ibid. l. B.*

8 Int. Quodnam votum dicitur illud, quod fit per susceptionem Ordinis sacri? Resp. esse votum præsumptum, per quod suscipiens constituitur Minister Ecclesiæ, quo etiam est sub Episcopi potestate, aliter quam prius, quia Episcopus potest eum cogere ad statum Clericalem seruandum, & ad vitandum ea, quæ repugnant statui Clericali. *Scotus ibid. l. B.*

9 Int. Vtrum si aliquis susceperet prædictum Ordinem secretò, esset votum solemnè? Resp. affirmatiuè, quia haberet aliquid annexum, per quod debeat in publicum venire; sic similiter qui professionem faceret secretò in manu eius, qui potest recipere, habet in se aliquid annexum, vnde debeat in publicum venire, quia talens oportet vitam secularem dimittere, & cum alijs sui Ordinis in Claustro commorari, & ideo est solemnè, etiam si fieret in occulto. *Scot. ibid. l. B.*

10 Int. Vtrum votum priuatum simpliciter impediatur matrimonium? Resp. negatiuè, quia Ecclesia non illegitimauit priuare vouentem, quia talis non sic posuit se in eius potestate; sed quia se posuit in manu Dei ad oppositum seruandum, & cõsultuit animæ suæ apud Deum, ne transgrediatur, Ecclesia

reliquit eum iudicio Diuino. *Scot. 4. sent. dist. 38. q. 2. ut. l. D.*

11. Int. Vtrum contrahens post votum simplex peccet mortaliter? *Resp.* affirmatiue, si contrahat cum intentione consentiendi, & consumandi actum carnalem; bene tamen potest contrahere cum intentione non consentiendi, & per consequens intrandi Religionem, & quando consumat, videtur mortaliter peccare, quia facit contra votum suum: licet secundum aliquos post primum actum non peccet mortaliter in reddendo, quia ad illud est iam obligatus vinculo fortiori, peccat tamen mortaliter petendo, quia nihil habet iuris in hoc, cum renunciauerit tali iuri in voto facto. *Scot. ibid. l. C.*

12. Int. Quare Ecclesia non illegitimauit eum, cum peccet mortaliter contrahendo, nisi cum proposito non consumandi? *Resp.* non omnia mala punit Ecclesia, nec sic ea mala prohibet, vt propterea penas Ecclesiasticas iniungat; & forte malum maius sequeretur ex illegitimatione vouentium voto simplici, quam ex non illegitimatione, quia ibi sequeretur frequenter culpa in actu carnali, si nollet continere, sicut valde probabile est de multis, nec haberent suas, quibus contenti essent; & si non petendo, tamen reddendo, licite vterentur. *Scot. ibidem l. D.*

13. Int. Vtrum equaliter obliget apud Deum votum simplex, sicut solemne? *Resp.* quod vtique obligat apud Deum votum simplex, sed non seruans

uans vota grauius peccat, qui votum solemne, quam qui votum simplex emisit; tamen votum solemne, non votum simplex, facit hanc illegitimum ad contrahendum. *Scot. ibid.*

ut. C. D.

DE IURAMENTO.

TIT. XXI.



Int. Quid est iuramentum? *Resp.* Iuramentum est assertio dicti humani, quod ipsum sit verum, & hoc ultimate, iuxta dictum Apost. *Hebr. cap. 12. Omnis controversia finis est iuramentum.* *Scot. 3. sent. d. 39. q. 2. ut. l. A.*

2. Int. Ad quid inuentus est modus iurandi? *Resp.* quod hoc factum est, quia homo scit hominem esse mendacem, & ignorantem, & per consequens posse fallere, & falli; hinc non potest fides haberi certa dictis suis, & ideo inuentus est modus asserendi dicta, adducendo alium in testem, qui est verax, & sciens, qui nec fallere, nec falli potest; hinc in iurando adducitur in testem assertio iurantis ipse Deus, qui scit veritatem, & mentiri non potest. *Scot. ibid. l. A.*

3 Int. An in iuramento indeliberatio excuset à peccato mortali? Resp. affirmatiuè; quia periculum ex pleno consensu est contra præceptum primæ tabulæ, & per consequens immediatè auertens ab ultimo fine, & hoc est peccatum mortale; at periculum indeliberatè factum, quantumcumque frequenter fiat, non est peccatum mortale, quia sicut ad actum meritorium requiritur, quòd actus sit plene humanus, id est ex plena deliberatione, sic ad actum demeritorium idem requiritur; non enim Deus prior est ad condemnandum, quam ad parcendum. *Scot. 4. sent. d. 39. q. vn. l. B. C.*

4 Int. Quid requiritur ad talem deliberationem? Resp. non requiritur longum tempus ad hoc, vt fiat talis deliberatio, quia licet ad actus virtutis potest quis habere breuem deliberationem, quæ non videtur deliberatio, quia aliquis habet prudentiam magnam, qua promptus est ad deliberandum quasi in tempore imperceptibili, ita possit aliquis ex habitu opposito acquirere facilitatem deliberandi promptè de opposito, & quasi tempore imperceptibili, & talis breuis deliberatio esset sufficiens ad rationem peccati mortalis, sicut illa sufficiens ad rationem meriti. *Scot. ibid. l. C.*

5 Int. Quotuplex est iuramentum? Resp. duplex est iuramentum, assertorium scilicet, & promissorium, & hoc, quia duplex est dictum humanum, videlicet de præteritis, & de præsentibus, quorum est determinata veritas, vel de futuris, quorum veritas est

est incerta: de præteritis, & præsentibus dicitur humanum dictum assertorium, quatenus extendit assertionem ad affirmationem, vel negationem: De futuris, cum fiat in potestate iurantis, dicitur dictum humanum promissorium, & hinc duo iuramenta obligatoria iam dicta. *Scot. ibid. l. I.*

6 Int. Quid est iuramentum assertorium? Resp. iuramentum assertorium est illud, quo iurans obligatur ad dicendum verum, ex quo talem testè inducit ad assertionem sui dicti, & hoc iuramentum solum obligat pro tempore, quo iurat. *Scot. ibid. l. I.*

7 Int. Quid est iuramentum promissorium? Resp. est, quo iurans obligatur, vt illud verum esse faciat, & hoc respicit futurum, & ideo appropriatè dicitur obligatorium, quia obligat ad implendum iuramentum factum. *Scot. 4. sent. d. 39. q. vn. l. I.*

8 Int. Quid requiritur ad iuramentum promissorium? Resp. requiritur primario qualitas testis, secundario requiritur qualitas rei iurate, & ideo in illo iuramento dicitur quis semper manere obligatus, donec impleat illud. *Scot. ibid. l. I.*

9 Int. Quotuplex est iuramentum promissorium, vel obligatorium? Resp. Quadruplex est, incautum scilicet, dolosum, coactum, & carens his tribus circumstantijs indebitis. *Scot. ibid. l. K.*

10 Int. Quid est iuramentum dolosum? Resp. est illud, quo iurans aliquid esse facturum in ipso actu iurandi intendit oppositum, & non intendit se obligare ad illud, quod iuratur, & talis in ipso actu iurandi

ranti peccat mortaliter, quia adducit Deum tamquam testem sui propositi de aliquo implendo, cum tamen intendat oppositum. *Scot. ibid. l. K.*

11 Int. Vtrum post iuramentum dolosum quis remaneat obligatus ad obseruandum, quod iurauit? Resp. negatiue, quia in obligationibus priuatis nullus obligatur non intendens se obligare. *Scot. ibid. l. K.*

12 Int. An ex hoc doloso iuramento iurans reportet commodum? Resp. quod quamuis non remanet obligatus, sicut remaneret, si dolose non iurasset, quia teneretur ad implendum; tamen nullum commodum est reportare peccatum mortale; obligatio enim ad obseruandum non est ita damnosa, licet peccatum mortale. *Scot. ibid. l. K.*

13 Int. Quid est iuramentum incautum? Resp. iuramentum incautum est illud, quo iurans intendit actu circa materiam in se illicitam, vel circa materiam licitam, sed illicitam ratione iuramenti, vel circa illud, quod non potest implere. *Scot. ibid. lit. L.*

14 Int. Ad quid tenetur iurans iuramento incauto, quando transit in materiam ex se illicitam? Resp. quod huiusmodi iurans non tenetur ad implentionem rei iuratae, ut si quis iuraret se adulteraturum post factum iuramentum non tenetur ad adulterandum; tamen quando iurauit, si non habuit intentionem implendi illud, peccauit mortaliter, quia adduxit Deum in testimonium falsi;

simi-

similiter si habuit intentionem implendi, peccauit mortaliter, quia velle peccare mortaliter, est peccare mortaliter. *Scot. 4 sent. d. 39. q. vii. l. L.*

15 Int. Vtrum tali iuramento iurans tenetur adimplere iuramentum? Resp. quod, quamuis sic iurans, omni modo mortaliter peccet, tamen post iuramentum non debet illud implere, quia non debet addere peccatum peccato; non enim, quia iurauit illicitum, fit licitum per iuramentum, quod ex se prius erat illicitum. *Scot. ibid. l. L.*

16 Int. Ad quid tenetur iurans incaute, quando iuramentum cadit super materiam, quae de se est licita, sed non est materia licita iuramenti, ut si quis iurat nolle obseruare opera perfectionis? Resp. quod sic iurans in actu iurandi peccat mortaliter, & non tenetur nec remanet obligatus ad implendum, quod iurauit, post iuramentum; in hoc enim iurans ponit obicem motioni Spiritus Sancti, & sic seruaere huiusmodi iuramentum vergit in peiorem exitum; nam, quamuis absolute liceat non facere opera perfectionis, non tamen licet habere fixum velle numquam faciendi opera perfectionis, quia hoc esset habere velle fixum contra motionem Spiritus Sancti. *Scotus ibidem l. M.*

17 Int. Ad quid tenetur, quando quis iurat illud, quod non potest implere, licet in actu iurandi putet se posse implere? Resp. quod, si non potest implere post iuramentum, non tenetur ad obseruandum; si autem poterit in futurum, tenetur ad ob-

ser-

seruandum; vt si quis iurauerit dare centum aureos pro elemosyna, post iuramentum non tenetur, si non habet. si postea fuerit diues, tenetur. *Scot. 3. sent. d. 39. q. vn. l. N.*

18. Int. Quid est iuramentum coactum? Resp. iuramentum coactum est, quo quis iurat aliquid facere ex metu, ob velle præcipientis; At quia duplex est metus, scilicet leuis, & cadens in constantem vitium ideo diuersimodè de hoc iuramento loquendum est. *Scot. ibid. l. N.*

19. Int. Vtrum iurans ex metu leui, & non obseruans, quod iurauit, sit periurus? Resp. affirmatiuè, imò non excusatur à peccato mortali, quia talis metus leuis non est sufficiens ad excusandum. *Scotist. in hoc.*

20. Int. Vtrum iurans ex metu cadente in constantem vitium teneatur ad obseruandum? Resp. negatiuè, & si non obseruat, non est periurus, neque mortaliter peccat. *Scotist. in hoc.*

21. Int. Vtrum iuramentum promissorium carens his tribus conditionibus indubitis, scilicet dolo, incautela, & coactione obliget iurantem? Resp. quòd tale iuramentum obligat iurantem ad nunquam habendam oppositam voluntatem ei, quod iurauit, & licèt differat implere illud propter circumstantias, ob quas videtur rationabiliter differendum, non peccat; sit tamen periurus, quando habet voluntatem non implendi illud, quod iurauit, quia tunc vult Deum primo fuisse testem falsi. *Scot. ibid. l. O.*

22. Int.

22. Int. Vtrum iurans dubium, id est quod non est simpliciter certum, peccat mortaliter? Resp. affirmatiuè, quia iurans ad confirmandum illud, quod asserit esse simpliciter certum, & verum, inducit Deum testem, cum tamen illud non sit sibi simpliciter verum, & certum. *Scotus ibid. l. D. G.*

23. Int. Vtrum iurando non seruare iuramentum aliud prius præstitum, quis teneatur ad huiusmodi iuramentum exequendum? Resp. negatiuè, quia sic iurare est periurare, & tenetur in hoc, non solum ad non seruandum secundum iuramentum, sed etiam ad obligationem iuramenti primi, v. g. voti de obedientia exhibenda superiori, cui repugnat secundum iuramentum. *Scot. quolib. q. 20. l. S.*

24. Int. Quot modis iuramentum dici potest repugnans? Resp. aliquando est repugnans secundum formam, & aliquando secundum materiam, puta quando illud, quod iuratur repugnat iustitiæ, vel alteri iuramento. *Scot. ibid. l. S.*

25. Int. Quomodo debet fieri iuramentum, quando per testes quis incurrit poenam capitis? Resp. debet esse iuramentum de certo simpliciter, quia sententia mortis non debet ferri, nisi pro crimine certo; vnde iurans aliquem esse criminofum, cum non sit certus simpliciter de crimine, quantumcumque coniecturet eum esse probabiliter talem, (si sequitur secundum consuetudinem poena mortis) peccat mortaliter, quod etiam valet in quocumque foro, vbi ille, contra quem iuratur, habetur reus; quia non solum

lum tunc sit irreuerentia Nomini Domini contra præceptum primæ tabulæ, sed etiam est perniciosum, & nocium contra proximum. *Scot. 4. sent. d. 39. q. vn. l. D.*

26 Int. Vtrum pro bono Reipublicæ liceat sic iurare de non simpliciter certo, ne mali multiplicentur? Resp. negatiuè, quia dicit Deus *Deuter. cap. 16. Iusti, quod iustum est, exequeris*: quando sunt mala, quæ non sunt punienda per homines, sunt relinquenda vltioni Diuinæ, & talia sunt omnia, quæ homo, vt homo, non potest sufficienter scire, & de quibus non potest sufficienter docere veritatem eo modo, quo deberet docere ad hoc, quod iuste ferretur debita sententia punitiua. *Scot. ibid. l. E.*

27 Int. Vtrum Iudex sit culpabilis ferendo talem sententiam? Resp. affirmatiuè, nam si ipse sciat, quod ex consuetudine testes non testificantur sub iuramento, nisi de credulitate; tunc iudex non debet ferre sententiam, qualis esset ferenda, si culpa esset simpliciter probata coram eo: scit enim Iudex ex consuetudine culpam non esse sufficienter probatam coram eo, vt tali poena puniatur. *Scotus 3. sent. d. 39. q. vn. l. E.*

28 Int. Vtrum aliquando quis possit iurare sine culpa? Resp. affirmatiuè, & hoc quando ex lege positua, vel ex consuetudine habetur, quod iurans non tenetur deponere de certitudine, sed de credulitate, quia iuramentum habetur pro credito, non simpliciter pro certo; tunc iurans non peccat, dum
ex

ex signis probabilibus, coniecturat magis partem istam, quam aliquam aliam, sicut habetur *Extr. de testam. & scrutin. in ordin. faciend. cap. vn. Dominus Papa*. Respondet enim, quod quantum humana fragilitas sinit noscere, scit, & testificatur illum ad huiusmodi onus esse dignum, & dicit Papa, quod in tali testificatione aliquem peccare non credimus. *Scot. ibid. l. F.*

29 Int. Vtrum in promotionibus sufficiat ista testificatio? Resp. affirmatiuè, nam in promotione, siue ad Ordines, siue ad quascumque dignitates per electiones fiendas, in quibuscumque Collegijs, puta in Vniuersitatibus ad Magisterium, in Religionibus ad Praelationem, vel ad aliquos alios actus, si sit consuetudo approbat, quod tales responsiones sub iuramento præstito, vel sub fide data, vel sub obedientia promissa, non debet intelligi nisi de credulitate, quantum sinit humana fragilitas nocere, cum illum, quem non nouit indignum, debeat existimari dignum, stante consuetudine communi, respondentes non peccant in aliquo, quamuis sic promotus sit indignus; & præcipuè addendo in responsione illam additionem indicta *Decretali, Quantum sinit humana fragilitas*: & in talibus etiam iudex promouens talem non peccat. *Scot. ibidem l. F.*

30 Int. Quænam est differentia inter iuramentum requisitum ad sententiam pro condemnabilibus, & iuramentum requisitum pro favorabilibus? Resp.
R r r
quod

quod, quia favor ampliatur, & odium restringitur, iuxta *Regulam Iuris in 6. reg. 15.* oportet enim ad illam, quod iurans stricte dicat veritatem, & certam, quia aliter propter eam non esset ferenda sententia damnationis. Ad sententiam verò, quæ fertur in favorabilibus, sufficit iuramentum de credulitate, potissime ubi est talis consuetudo, vel lex positiva in Collegio iurare de credulitate, quia propter veritatem sic testificatam, Præsidens potest promovere ad talem gradum. *Scot. 3. sent. d. 39. q. vn. l. P.*

31 Int. Vtrum sit gravius iurare per Deum, quam per Evangelium? Resp. quod cæteris; paribus, idest, posita solemnitate, & deliberatione, gravius est iurare per Deum; Et quamvis per nihil aliud licite iuretur, nisi in quantum in eo speciali modo habitat Deus, vel est; puta per Evangelium, quia in eo specialiter relucet Deus, per Cœlum, quia ibi speciali modo habitat Deus; per Ecclesia, quia ibi speciali modo colitur Deus; consuetudo tamen rationalis hoc exigit, ut quedam iuramenta fiant cum maiori solemnitate, quam alia, & de istis factis cum solemnitate præsumitur, quod nunquam fiant sine deliberatione, & talia iuramenta sunt per Evangelium, quia sic statuit Ecclesia ad terrorem, ut per huiusmodi non iuretur, nisi solemniter tantum, & per consequens deliberatè, & ubi veritas simpliciter est communiter asserenda. Per Deum autem iuratur communiter, & leuiter, & frequenter sine deliberatione. Posita igitur in deli-

deliberatione, quando iuratur per Deum, & posita deliberatione, quando iuratur per Evangelium, gravius est iuramentum per Evangelium; tunc enim peritus peccat mortaliter, non solum propter irreverentiam illius, per quod iuratur, sed etiam propter deliberationem, quæ ponitur hic, & non ibi, idest in iuramento per Evangelium, & non in iuramento per Deum. *Scot. ibid. l. P.*

32 Int. Quare iurans per Evangelium est infamis, & iurans per Deum non est infamis, si non obseruat? Resp. quod infamatio non sequitur semper qualitatem culpæ, sed crimen publicum; Statutum est autem, quod iuramentum publicum, & cum deliberatione est quando iuratur per Evangelium, & ideo rationabiliter habetur infamis, non sic autem potest præsumi de aliquo leuiter periurante per Deum. *Scot. 3. sent. d. 39. q. vn. l. Q.*

33 Int. Quid est periurium? Resp. periurium est adducere Deum tamquam testem falsi, & tamquam ignorantem veritatem, vel adducere Deum tamquam volentem testificari quod falsum est, & sic periurus facit irreverentiam Deo, qui facit Deum non omniscientem, & facit contra præceptum illud primæ tabulæ, *Non accipies nomen Domini in vanum.* *Scot. ibid. l. A.*

34 Int. Vtrum periurium sit contra præceptum primæ, vel secundæ tabulæ? Resp. quod in periurio quandoque duplex reperitur peccatum, scilicet mendacium tamquam materiale, & assumptio nomi-

minis Dei in vanum, hoc est, non solum mentiri, sed etiam irreuerentiam facere nomini Dei. Primum est contra præceptum secundæ tabulæ; secundum verò est contra præceptum primæ tabulæ formaliter, vbi reuerentia prohibetur. *Secus ibid. lit. G.*

35 Int. Vtrum possit esse periurium absque mendacio? Resp. affirmatiue, puta si simpliciter dubitans iurat partem, de qua dubitat, quam forte dicendo non mentiretur, quia non habet oppositum in mente, vel saltem in casu, in quo iurans debet esse certus, periuratur, si non est ita certus, sicut tenetur; & tamen si illud assereret sine iuramento, credens illud plusquam oppositum, non mentiretur. Cauendum est igitur iuramentum; periculum est enim habere frequenter iuramentum in ore, quia in multis sermonibus sine iuramento non peccaret; vbi addito iuramento peccat, & grauius, si fiat ex deliberatione. *Secus*

ibid. l. H.



DE

DE
LEGIBUS.

TIT. XXII.



Nt. Quisnam est finis legis? Resp. quod finis legis, loquendo de lege positua lata ab homine, non est ipse legislator, vel bonum eius, sed bonum commune, propter quod est lex, & obseruantia eius. *Secus, 3. sent. dist. 14. quæst.*

2. lit. E.

2 Int. Quenam est differentia inter legem, & iudicium? Resp. hanc esse differentiam, quia lex est de casibus vniuersalibus; iudicium verò est de casibus particularibus. *Secus, 1. sent. d. 44. q. vn. l. D.*

3 Int. Quotuplex est lex, vel ius? Resp. duplex est ius, scilicet ius naturale, & ius posituum; ius naturale est, cuius veritas est nota ex terminis; siue quod sequitur euidenter ex tali vero sic noto, cuiusmodi est Conclusio practica demonstrata, quo modo etiam potest extendi quandoque, quod illud sit de iure naturæ, quod est verum, practicum

con-

consonum principijs, & Conclusionibus legis naturæ in tantum, quod statim notum est omnibus illud conuenire tali legi; ius verò positium est illud, cuius veritas non est nota ex terminis, sed est ab aliquo legislatore, & hoc est triplex, scilicet Diuinum, quod est à Deo, Ecclesiasticum, quod est ab Ecclesia statuente legem, & humanum, quod est ab homine. *Scot. 4. sentent. dist. 17. q. vn. l. A. B. RITATI*

4 Int. Quid requiritur ad hoc, vt lex positua sit iusta? Resp. quòd requiruntur duo in legislatore, scilicet prudentia, vt secundum rectam rationem practicam dicat quid est faciendum pro communitate, & auctoritas; nam cum dicatur lex à ligando, non potest lex prudentis ligare, nisi auctoritatem habeat præsidendo. *Scot. 4. sen. d. 15. q. 2. l. D.*

5 Int. Quotuplex est auctoritas, vel principatus? Resp. duplex est, scilicet paterna, & politica; paterna est illa, qua filij tenentur parentibus obedire; Politica est duplex, vna in persona, alia in communitate, & talis est super extraneos, qua quis potest se committere personæ, vel Communitati, in his, quæ non sunt contra legem Dei. *Scot. ibidem l. E.*

6 Int. Vtrum vna lex possit à diuersis legislatoribus ordinari? Resp. affirmatiuè, nam Communitas aliqua videns aliam Communitatem bene ordinari, potest illas leges, quas indicat rationales,

vt

vt sibi vtilis, assumere, vt ille, qui habet auctoritatem condendi leges, statuat illas ibi obseruari, non quia sunt leges illius Communitatis, sed quia sunt statutz à legislatore in ista communitate; quod patet de potestate alicuius Communitatis; sicut etiam de legibus vnus Regni; nam leges Regni Franciæ posset alius Rex accipere, & statuere eas in suo Regno seruandas. Patet etiam de statutis Religionum; potest enim Religio Prædicatorum accipere Constitutiones, & Regulas Fratrum Minorum, & illas obseruare, non vt statutas à Minoribus, sed vt approbatas in Capitulo Generali Fratrum Prædicatorum. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 3. l. D.*

7 Int. Quænam est lex iusta? Resp. ex D. Augustin. *lib. 1. de lib. arbitri.* quòd nulla lex est iusta nisi quæ descendit à lege Diuina, sicut Conclusiones practicæ à principijs practicis, vel quæ concordat legi Diuinæ, & ad minùs, quæ non discordat à lege Diuina. *Scot. ibid. l. G.*

8 Int. Quando lex dicitur vniuersaliter promulgata? Resp. tunc dicitur, quando in promulgatione non est exceptio personæ, vel aliqua exceptio personæ, vel exceptio alicuius personæ; vel circumscriptio circumstantiæ. *Scot. 4. d. 4. q. 6. l. A.*

9 Int. Vtrum aliquis legislator possit scribere quod est contra legem Superioris? Resp. negatiuè; nam in legibus humanis, quæ multa mala dimittunt inulta, secundum D. August. *1. de lib. arbitri.*

tñE

Et si enim legislator non puniat omne malum, & ita permittat, quia non punit, tamen nullo modo in lege sua illud concedit; vnde iniusta esset lex humana, vel eius lator, quæ vel qui scriberet aliquid, quod est contra illam legem Superioris. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 3. l. C.*

10 Int. Quid est dispensatio legis? Resp. quod dispensare est reuocare præceptum legis, vel declarare qualiter ipsum præceptum intelligi debeat. *Scot. 3. sent. d. 37. q. 9. vn. l. A.*

11 Int. Quotuplex est dispensatio? Resp. duplex est dispensatio, scilicet iuris reuocatio, & iuris declaratio. *Scotus ibidem l. A.*

12 Int. Vtrum legislator possit aliquid prætermittit, ne det alteri occasionem delinquendi? Resp. quod quando illa sunt congrua secundum se in lege ordinata, non debet legislator illa prætermittit, ob occasionem, quam aliqui accipiunt delinquendi. *Scotus 4. sentent. dist. 20. quest. vn. l. F.*

13 Int. Vtrum Prælati possit relaxare Præceptum, etiam si imminet peccatum in subditis? Resp. affirmatiue; nam Prælati videns Collegium pronum ad aliquid, cuius oppositum esset honestius, & vtilius seruare, & si possit illud oppositum statuere vtiliter, si subditi essent facilliter inclinabiles, potest tamen non statuere, vel si statutum est, relaxare verè potest, & hoc iuste, ne stante illo primo præcepto ipsi multiplicius peccent. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 3. l. C.*

14 Int.

14 Int. Quid intelligit legislator in lege? Resp. Respicit legislator in se simpliciter iustum, quod est iustum boni publici; secundum quid autem respicit alia iusta partialia (semper quidem in proportione ad hoc iustum;) & ideo in aliquibus casibus iustum est non seruare leges iustas respicientes aliqua iusta partialia, quando scilicet observatio earum videret in detrimentum iusti publici. *Scot.*

4. sent. d. 46. quest.
1. l. K.

DE

PRÆCEPTIS.

TIT. XXIII.

Int. Quænam erant præcepta in veteri lege? Resp. quod quædam erant moralia, quædam Cærimonialia, & quædam iudicialia. *Scot. 3. sent. dist. 40. quest. vn. lit. A.*

2 Int. Vtrum præcepta moralia sint eadem in lege noua, quæ erant in lege veteri? Resp. quod sunt eadem, quæ tunc erant, sed in noua lege ista præcepta moralia sunt magis explicata. *Scot. ibid. l. B.*

S s s

3. Int.

3 Int. Quid dicendum est de Cæremonialibus? Resp. quod Cæremonialia sunt multo pauciora, & leuiora in lege Euangelica, quæ imposita sunt per Christum, quam illa antiquorum. *Scot. ibid. l. B.*

4 Int. Quid dicendum est de Iudicialibus? Resp. quod nulla iudicialia posita sunt per Christum: nam lex noua est lex mittaris, & humanitatis, in qua non oportet habere iudicialia. *Scot. ibid. l. B.*

5 Int. Vtrum præcepta moralia legis nouæ sint æqualia moralibus legis veteris? Resp. quod accipiendo præcepta moralia secundum se, non differunt quo ad grauitatem, vel leuitatem, tamen potest esse aliqua differentia, & inæqualitas, quantum ad explicationem, quia, si illorum præceptorum explicatio (dummodo ad illam teneantur) erat eadem, grauior erat illa lex, quam nostra; si autem illi non tenebantur ad eam explicationem præceptorum moralium sicut nos, nostra grauior est lex quantum ad moralia, quam lex vetus; sed hæc grauitas non æquiparatur grauitati Cæremonialium veteris legis, cum illa fuerit longe grauior, & etiam ratione iudicialium, quorum grauitas nunc alleuiatur per plura auxilia. *Scot. 3. sent. d. 40. q. vn. l. C.*

6 Int. Vtrum Cæremonialia legis veteris, & nouæ sint præcepta æqualia in grauitate? Resp. quod lex vetus quo ad cæremonialia fuit multo grauior, quam nostra, & quantum ad multipliciter præceptorum, & quantum ad difficultatem obseruandi; hinc D. August. ad *inquisitiones Iannarij*, & tangitur

in *Canon dist. 22. can. 12. Omnia talia*, dicit, quod Rabi Moyles enumerauit plulquam sexcenta præcepta, ad quæ omnia illi tenebantur, quorum quædam erant valde difficilia, puta, quod omne masculinum ter in anno præfentaretur in Hierusalem, quantumcumque dultaret; & septimum annum colere, propter quod oportebat eos duobus annis vacare à collectione fructuum, & alia multa: lex vero noua paucis, & manifestis Sacramentorum ritibus contenta est, scilicet septem Sacramentis, quæ etiam non sunt omnibus Christianis necessaria. *Scotus ibidem lit. C.*

7 Int. Vtrum quantum ad iudicialia lex vetus fuerit grauior, quam noua? Resp. affirmatiue; lex enim noua leuissima est, quia nulla iudicialia Christus imposuit; tamen, si loquamur in quantum sunt per homines declarata, & per alios alia superaddita, forte grauior est lex nostra in iudicialibus; quia cum licitum sit Iudicibus statuere leges ad pacem seruandam, possunt siue leges Moylis, siue alias statuere, & quascumque, & quoscumque; & subditi tenentur eas seruare, dum non repugnant legi Diuinæ, & de facto hoc faciunt; ideoque plura forsam sunt nostra iudicialia, quam illorum; nam iudicibus, & Sacerdotibus veteris legis non licuit eò Jere qualemque leges, sicut nunc Principibus Christianis. *Scot. 3. sent. d. 40. q. vn. l. E.*

8 Int. Vtrum ratione remedij leuior sit lex noua, quam vetus? Resp. affirmatiue, propter quinque; primo

primò propter passionem Christi; secundò propter Sacramenta; tertio propter doctrinam explanatiuam; quarto propter merita Sanctorum; quinto propter promissionem vitæ æternæ. *Secus ibid. l. F.*

9 Int. Quomodo hæc leuitas apparet ex passione Christi? Resp. apparet, quia Patres antiquæ legis habebant gratiam, quam meruit passio Christi exhibenda, sed gratiam nostram meruit passio Christi exhibitæ, & ideo Sacramenta nostra, quæ habent efficaciam à virtute passionis exhibitæ plus conferunt de gratia, quam Sacramenta veteris legis. *Secus ibid. l. F.*

10 Int. Quomodo apparet leuitas ex Sacramentis? Resp. apparet, quia nos in lege noua habemus plura Sacramenta, quam illi; nam præter matrimonium, si tamen fuit illis Sacramentum, de quo dictum est, nullum habuerunt Sacramentum, nisi Circumcisionem, quæ erat remedium contra peccatum originale. Post reciduationem, si aliqui mereri potuerint gratiam motu proprio, benè quidem, nullum tamen habuerunt Sacramentum ad gratiam tunc acquirendam. Non enim habuerunt Sacramentum Pœnitentiæ, nec alia plura adiutoria ad gratiam impetrandam, quæ nos habemus. *Secus 3. sent. dist. 40. quest. 20. lit. G.*

11 Int. Quomodo apparet leuitas ex doctrina explanatiua? Resp. apparet, quia magis nobis declaratur veritas, & confirmatur per exempla Sanctorum, quorum plura, & efficaciora habemus ad imitandum, quod illi nõ habebant. *Secus 3. sent. d. 40. q. 20. lit. G.*

12 Int.

12 Int. Quomodo apparet leuitas ex meritis Sanctorum? Resp. apparet, quia Sancti non tantum sibi, sed etiam nobis, meruerunt, & nos etiam meremur inuocando auxilium, & intercessionem eorum apud Deum. *Secus ibid. l. G.*

13 Int. Ex promissione vitæ æternæ quomodo apparet leuitas præceptorum? Resp. apparet, & est valde notabile, quod nobis pro obseruatione legis Christianæ promittitur explicitè vita æterna, illis autem, vel rarò, vel numquam promittebatur, nisi bona temporalia; numquam enim alliciunt ad legem seruandam bona temporalia, sicut bona æterna. *Secus ibidem l. H.*

14 Int. Vtrum lex noua, quia est virtuosior, possit dici difficilior? Resp. quòd licet virtus sit circa bonum, & difficile, tamen difficultas in opere remoto non est ex parte operantis, sed ex parte operis; nam difficilior est auaro dare vnum quadrantem, quam liberali dare decem nummos, nec tamen virtuosius operatur auarus, quam liberalis, quoniam non omnis difficultas ex parte operis arguit maiorem virtuositatem, sed bene illa difficultas, quæ includit excellentiam obiecti, quò per se attingitur per illam operationem; talis autem difficultas stat cum maiori leuitate; nam leuius est attingere amando obiectum excellentius, quam obiectum minus excellens; & talia opera excellentia immediatè respicientia Deum, plura sunt explicita in lege noua, quam in lege veteri; multi enim actus dilectionis Dei immediatè magis

ex-

explicantur Christianis, quàm Iudæis, qui illa ducitur lex timoris, hæc autem nostra lex amoris; nam amor, & præcipuè finis, reddit onera cuncta leuia. *Scot. ibid. l. 1.*

15 Int. Quodnam præceptum difficilius videtur in Ecclesia Dei? Resp. Confessio videtur difficilius præceptum, difficile enim videtur alicui peccata propria priuata, solis Deo, & sibi nota, reuelare alteri homini; sed huic grauitati apposita sunt remedia, ita quod propter manifestationem talem non oportet timere confusionem; obligauit enim illius peccat audiens ad maximum sigillum secreti, & ideo lex noua, quòd ad ceremonialia, (vt dictum est) longe facilius est lege veteri. *Scot. 3. sentent. dist. 40. quest. vn. tit. D.*

16 Int. Verum lex Mosaica iudicialis remansit? Resp. quòd aliquod præceptum ex lege Mosaica remansit, non quia à Moysè statutum est, sed quia statutum est à legislatore Euangelico, neque hoc repugnat; multa enim iudicialia legis Mosaicæ possunt à Papa, & imperatore statui obseruanda à Christianis; nec esset iudaizare, quia non seruaretur lex iudicialis, quia Mosaica est, sed quia eadem statuitur à Principe, qui potest leges statuere in leges Christiana. Patet hoc, quia in Decretalibus multa talia sumuntur ex iudicialibus legis Mosaicæ, vt habetur *Extr. de Injur. & damn. dat. c. 1. Si rixati fuerint, & sequentibus, scilicet. c. 2. Si quis apernerit. c. 3. Si bos alienus c. 4. Si laeserit quispiam c. 5. Si egressus & c. 6. Si quis do-*

num.

num, quæ omnia sumuntur ex lib. Exod. c. 22. & 23. & seruanda sunt hodie vt iura canonica, non autem vt in lege Mosaica. Scot. 4. sent. d. 15. q. 3. l. D.

17 Int. Vtrum ceremonie veteris, & nouæ legis reducuntur ad aliquod præceptum? Resp. affirmatiuè, & reducuntur ad præceptum illud: *Audi Israël, Deus vnus vnus est, vel saltem ad illud: Memento, vt diem Sabbati Sanctifices;* nam siue per vnum, siue per aliud dicamus præcepisse se honorandum vt Deum, sequitur, quòd illæ Ceremoniæ, quibus se vult colit credant sub illo præcepto, sicut Conclusio sub præmissis. *Scot. 4. sent. d. 17. q. vn. l. X.*

18 Int. Vtrum legalia veteris legis currant cura lege Euangelica? Resp. negatiuè, & habetur *Extr. de Bapt. & eius effect. cap. 3. Maioribus Ecclesia vbi dicitur Innocentius III. Absit, vt illam damnatam heresim incidamus, qua perperam affirmabat legem cum Euangelio, & Circumcisionem cum Baptismo seruandam. Scot. 4. sent. d. 3. q. 4. l. M.*

19 Int. Vnde habet, quòd Ecclesia hoc iudicauerit hæresim? Resp. hoc fecit Ecclesia, non ex omissione Iudæorum ob necessitatem quandam dispersionis, vel huiusmodi, non seruantium legem, sed propter aliquam reuocationem simpliciter factam a Deo *Scot. ibid. l. M.*

20 Int. Quomodo Christus hoc reuocauit si ipse dixit *Matth. cap. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere?* Resp. quòd Christus non venit soluere legem, vel circumcisionem quantum ad fructum, ad quem

erat

erat instituta; imò perfecit eam, copiosius remedium; & longè perfectius instituendo, scilicet Baptismum. *Scot. ibid. l. P.*

21. Int. Vtrum Christus soluerit iudicialia, & moralia? Resp. quòd Christus adimpleuit iudicialia, & moralia, quæ etiam manent, non in se, sed in æquipollenti quantum ad finem, quæ erant pacifica cohabitatio hominum; mores enim Euangelici plus valent ad pacificam conuersationem, quam lex talionis; Cærimonialia verò non manent in se, sed in suis significariis quia umbra transiit, & veritas successit; nam omnes antiquorum purificationes significabant purificationem animæ à peccato. *Scot. ibid. l. O.*

22. Int. An omnia, quæ sunt præcepta in veteri lege sint à Deo? Resp. negatiuè, nam lex de repudio imputanda est Moyfi, non Deo, & congruum est, quia laxationes pertinentes ad industriam humanam; Deus non ita voluit ponere in scriptura tamquam à se prolatas, sed sicut à seruis suis; vnde, & subleuacionem labori Moyfi, qui tota die sedebat ad iudicandum populum, Deus non per se immediatè expressit, sed lethro cognatus Moyfi, tamquam ad humanam industriam perticiens, intruxit. *Scot. 4. sent. d. 33. q. 3. l. C.*

23. Int. Vtrum lex verus fuerit mutata? Resp. affirmatiuè, & præcipuè quantum ad cærimonialia, & hoc fecit Christus, quando dedit legem nouam; non quidem faciens, quòd manente præcepto de cærimonialibus illa non esset seruanda, sed faciens,

ciens, quòd manente illo actu eodem non tenebatur quis ad cærimonialia seruanda, sicut prius. *Scot. 3. d. 37. q. vn. l. A.*

24. Int. Quòdnam est præceptum de iure naturæ? Resp. esse illud, cuius veritas est nota ex terminis, siue quòd sequitur euidenter ex tali vero sic naturaliter noto, cuiusmodi est conclusio practica demonstrata. *Scot. 4. sent. d. 17. quest. 1. l. A.* vide superius tit. 22. inter. 3.

25. Int. Vtrum omnia in lege veteri, vel noua sint de iure naturæ? Resp. negatiuè, quamuis Gratianus aliter dicat *dist. 1. in principio can. Humanum genus*. Quia non omnia in illis contenta sunt de iure naturæ, nec vera euidenter consona talibus principijs, & conclusionibus. *Scot. ibid. l. A.*

26. Int. Vtrum præcepta Decalogi sint de lege naturæ? Resp. quòd esse de lege naturæ potest dupliciter accipi; vno modo vt sint tamquam principia prima practica nota ex terminis, vel Conclusiones necessariò sequentes ex eisdem principijs, quomodo aliqua vocantur strictissimè de lege naturæ, & sic non omnia præcepta sunt de lege naturæ; quam præcepta secundæ tabulæ non sunt tali modo de lege naturæ, quia rationes eorum, quæ in secundæ tabulæ præcipiuntur, vel prohibentur, non sunt principia practica simpliciter necessaria, nec Conclusiones simpliciter necessariae, quia in illis, quæ in secundæ tabulæ præcipiuntur, non est bonitas necessaria ad bonitatem vltimi finis, & ad vltimum finem conuer-

tens, sicut in illis quæ prohibentur, non est malitia necessariò auertens à fine ultimo; alio modo accipitur de lege naturæ, quatenus sunt multùm consona illi legi, licet non sequantur necessariò ex principijs practicis, & hoc modo omnia præcepta, etiam secundæ tabulæ sunt de lege naturæ, quia eorum rectitudo valde consonat primis principijs practicis necessariò notis. *Scot. 3. sent. d. 37. q. vn. l. D. E. & 4. sent. d. 33. q. 1. l. G.*

27 Int. Vtrum præcepta primæ tabulæ sint de lege naturæ strictè loquendo? Resp. duo prima præcepta primæ tabulæ sunt de iure naturæ, quia illa duo immediatè respiciunt Deum pro obiecto, dummodo intelligantur negatiuus Primum scilicet *Non habebis Deos alienos*; secundum, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, idest non facies Deo tuo irreuerentiam, & ista duo strictè sunt de lege naturæ, quia sequitur necessariò, si Deus est, est amandus vt Deus, nec alius est colendus tamquam Deus, nec Deo faciendæ est irreuerentia; & in istis non potest Deus dispensare, vt aliquis possit licitè facere oppositum. *Scot. 3. sent. d. 37. q. vn. l. C.*

28 Int. Vtrum præceptum de Sabbato sanctificando sit de lege naturæ strictè? Resp. quod accipiendo dictum præceptum affirmatiuum tamquam aliquem cultum exhibendum Deo tempore determinato, & quantum ad determinationem huius, vel illius temporis non est de lege naturæ strictè loquendo. *Scot. ibid. l. D.*

29 Int.

29 Int. Vtrum illa pars negatiua, quæ includitur in præcepto de Sabbato sanctificando, scilicet negatio actus seruilis pro tempore determinato, quo impeditur à cultu Diuino tunc Deo exhibendo, sit de lege naturæ strictè? Resp. negatiue, quia ille actus non prohibetur per se, sed solum quia est impediens vel retrahens ab isto cultu, qui præcipitur. *Scot. ibidem lit. D.*

30 Int. Vtrum præceptum de Sabbato sanctificando quantum ad cultum exhibendum Deo pro aliquo tempore determinato sit de lege naturæ? Resp. problematicè; primò affirmatiue, quia aliter Deus posset dispensare, quod homo toto tempore vitæ suæ non haberet bonum morum circa Deum; quod non videtur probabile, quia sine omni bono bonæ finis ultimi non potest aliquis habere simpliciter bonum velle circa ea, quæ sunt ad finem, & ita numquam teneretur ad bonum velle simpliciter, quod non videtur consentaneum; nec valet dicere, non teneretur pro isto nunc, non teneretur pro alio nunc, ergo simpliciter non teneretur, quia est fallacia, quæ appellatur figura dictionis, arguendo à pluribus determinatis ad vnã determinatam. Potest tamen aliter dici. *Scot. 3. sent. d. 37. q. vn. l. D.*

31 Int. Quoruplex est præceptum? Resp. duplex est, affirmatiuum scilicet, & negatiuum, negatiuum est illud, ad quod teneretur seruandum semper, & pro semper; affirmatiuum vero est illud, ad quod seruandum teneretur semper, sed pro aliquando. *Scot. 2. sent. d. 28. q. vn. l. a. A.*

32 Int.

32 Int. An præceptum de Sabbato sanctificando determinetur ad aliquem actum cultus exhibendum Deo? Resp. determinari ad actum exhibendum Deo die Dominico, quantum scilicet ad actum illum, secundum quem debet exhiberi, puta oblationem summi sacrificij, scilicet Eucharistiæ, quam debet Sacerdos offerre pro se, & pro populo, in illa enim oblatione populus etiam offert spiritualiter, hinc tenetur die Dominico audire totam Missam, secundum illud de *Consecr. dist. 1. cau. 64. Missæ die Dominico. Scot. 3. sent. d. 9. q. vn. l. C.*

33 Int. Ille, qui non potest audire Missam, ad quid tenetur pro obseruatione huius præcepti? Resp. quod si aliqua necessitas excuset ab executione huius actus, quem determinauit Ecclesia, necesse est adimplere illum in æquivalente, vt saltem in die illo specialiter deputato cultui Diuino aliquis actus habeatur relatus immediate in Deum ad eius reuerentiam. *Scotus ibidem l. C.*

34 Int. Vtrum in aliquo alio tempore quis tenetur ad actum huius præcepti, scilicet ad actum adorationis, præterquam in die Dominico determinato? Resp. dubium est, sicut certum est in diebus istis esse necessariam adorationem Deo exhibendam ad præceptum implendum. *Scot. 3. sent. dist. 9. q. vn. l. C.*

35 Int. Vtrum præcepta secundæ tabulæ includantur necessario in præceptis primæ tabulæ, *Diliges Dominum Deum tuum*, siue Deus est diligendus

vt inde sequatur illa esse de lege naturæ stricto modo? Resp. quod accipiendo *Diliges proximum tuum*, in quantum debet quis velle proximum diligere Deum (hoc est enim diligere proximum) tunc vtique dilectio proximi est de lege naturæ strictè; tamen non sequitur ex hoc præcepta secundæ tabulæ; puta, quod nolendum sit hominem occidere, quantum ad bonum personæ propriæ; vel nolendum sit adulterari, quantum ad bonum personæ coniunctæ, vel quod nolendum sit furari, quantum ad bonum fortunæ, & sic de alijs, esse de lege naturæ strictè; quia possibile est me velle proximum diligere Deum, & tamen nolle, vel non velle sibi vitam corporalem, vel seruare fidem coniugij, &c. & sic possum simul me velle proximum diligere Deum, sicut debeo Deum diligere tamquam quoddam necessarium conclusum ex principijs practicis, & me nolle proximo hoc bonum, vel illud, quod exprimitur per præceptum secundæ tabulæ. *Scot. 3. sent. d. 37. q. vn. l. E.*

36 Int. Quomodo, qui diligit proximum, legem implet? Resp. legem implet, non quatenus dilectio proximi concluditur ex primis principijs practicis legis naturæ, sed eo modo, quo lex explicata est debere seruari in præceptis primæ tabulæ. *Scot. ibid. l. F.*

37 Int. Vtrum in omni statu seruari debeant præcepta? Resp. quod in statu gloriæ seruabuntur omnia præcepta forte excepto solo illo de honore parentum, quia tunc ibi non erit necessitas impendendi actum

actum reuerentiæ, quamuis ibi erit voluntas honorandi. In statu innocentie, & ante legem scriptam, tenebantur omnes ad ipsa, qui erant scripta interius in corde, vel fortè per aliquam doctrinam exterio-rem datam à Deo, quam discabant parentes, & derivabant in filios, nec oportuit ea scribi in libro, quia potuerunt illa faciliter memoriæ mandare; & ratio- ne, quia populus illius temporis erat longioris vitæ, & fuit melioris dispositionis in naturalibus, quam populus temporis posterioris, quo tempore infirmitas populi requirebat legem dari, & scribi. *Scot. ibi- dem lit. H.*

38 Int. Vtrum Deus dispensauerit præceptum de non furando cum Hebræis, quando præcepit eis, vt spoliarent Ægyptios? Resp. quod ibi Dominus non dispensauit contra præceptum de facto, quia ipsi non acceperunt simpliciter aliena; tum quia erat superior Dominus, & poterat trãsternere dominium illarum rerum in Hebræos, etiam inuitis inferioribus domi- nis; tum etiam quia filij Israël, seruiendo Ægyptijs, meruerunt tanta recipere, quamuis Ægyptij nolent ea illis reddere, & tunc per superiorem Iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filij Israël potue- runt iuste, & licitè recipere. *Scot. ibid. l. I.*

39 Int. Vtrum Deus dispensauerit præceptum de non occidendo? Resp. affirmatiuè, habetur *Exod. c. 21.* dispensauit enim in adulterum, blasphemum, homicidam, & alios multos, & ideo nulla lex de homine occidendo (casibus exceptis) est iusta; Inse-

rior

rior enim non potest in lege superioris dispensare. *Scot. 4. sent. d. 15. q. 3. l. G.*

40 Int. Vtrum ab eodem præcepto de non occi- dendo excipiatur peccatum furti? Resp. negatiuè, non enim habetur in scriptura furem esse occiden- dum, sicut habetur de alijs, nec Bullam super hoc descendentem de Cælo audiuimus, quia talis excep- tio furis habeatur. *Scot. ibid. l. G. H.*

41 Int. Vtrum lex, quæ præcipit furem esse occi- dendum sit iusta? Resp. quod cum Deus non excep- terit ab illo præcepto negatiuò, *Non occides*, peccatum furti, vt scilicet propter hoc peccatum liceat hominem occidere, potius iniusta videtur; Deus enim neque in lege Mofaica, neq̃ in lege Euangelica expli- citè excepit furem à præcepto de nò occidendo, quod debebat speciali reuocationi reuocari, & ideo non videtur, quòd lex aliqua iusta possit statuere homi- nem occidi pro furto solo. *Scot. 4. sent. dist. 15. q. 3. l. H.*

42 Int. Vtrum latro possit aliquo modo iuste occidi? Resp. quod si fuerit simpliciter latro, pro fur- to solo non videtur hæc pena puniendus; sed si fue- rit fur, & inuasor tunc præsumitur homicida, quia paratus est occidere resistentem, & tunc licet eum ad mortem damnare: Patet hoc de fure nocturno, & diurno; fur nocturnus impune occidit, sed qui occiderit intrantem ad furandum de die, homicidij reus est *Exod. c. 22.* & causa diuersitatis est, quia præsumitur, quod qui de nocte furatur, occideret resi-

sten-

stent sibi, si posset, non sic, qui intrat de die ad furandum. *Scot. ibid. l. H.*

43. Int. Anposito, quod quandoque licuisset Iudeis pro furto occidere, possit hoc dici reuocatum? *Resp.* affirmatiuè; nam cum peccatum furti sit multo minus adulterio, & rigor contra adulterium fuerit à Christo reuocatus, vt habetur *Iohan. cap. 8. Nemo te condemnauit, mulier, nec ego te condemnabo*, potest dici, quod rigor etiam contra furem fuerit reuocatus ob misericordiam Euangelicam. *Scot. ibid. l. H.*

44. Int. Vtrum, stantibus omnibus eisdem circumstantijs debitis de præcepto non occidendi, variata solum circumstantia prohibiti, & non prohibiti, possit Deus facere, quod prohibitum non sit prohibitum, sed licitum? *Resp.* affirmatiuè; nam, quamuis fuerit prohibitum occidere, tamè præcepit Abraham, vt filium occideret, quod facere non erat illicitum. *Scot. 3. sent. d. 37. quæst. vn. lit. A.*



PECCATO ORIGINALI.

TIT. XXIV.

Int. Quotuplex est peccatum?

Resp. peccatum est duplex, originale scilicet, & actuale: Peccatū actuale formaliter est iniustitia actualis, scilicet priuatio actualis iustitiæ, quæ debet esse actus; Peccatum verò originale est carentia iustitiæ originalis debita, quia accipitur in primo parente, & in ipso amissæ. *Scot. 2. sent. d. 37. q. vn. l. C. & d. 32. q. vn. l. B.*

2. Int. Vtrum peccatum originale possit dici concupiscentia? *Resp.* affirmatiuè, non accipiendo concupiscentiam, quatenus est actus, vel habitus, vel pronitas in appetitu sensitivo, sed quatenus est pronitas in appetitu rationali, scilicet in voluntate ad concupiscendum delectabile immediate, quæ nata est delectari appetitui sensitivo, qui coniungitur. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vn. l. B.*

stent sibi, si posset, non sic, qui intrat de die ad furandum. *Scot. ibid. l. H.*

43. Int. Anposito, quod quandoque licuisset Iudeis pro furto occidere, possit hoc dici reuocatum? *Resp.* affirmatiuè; nam cum peccatum furti sit multo minus adulterio, & rigor contra adulterium fuerit à Christo reuocatus, vt habetur *Iohan. cap. 8. Nemo te condemnauit, mulier, nec ego te condemnauo*, potest dici, quod rigor etiam contra furem fuerit reuocatus ob misericordiam Euangelicam. *Scot. ibid. l. H.*

44. Int. Vtrum, stantibus omnibus eisdem circumstantijs debitis de præcepto non occidendi, variata solum circūstantia prohibiti, & non prohibiti, possit Deus facere, quod prohibitum non sit prohibitum, sed licitum? *Resp.* affirmatiuè; nam, quamuis fuerit prohibitum occidere, tamè præcepit Abraham, vt filium occideret, quod facere non erat illicitum. *Scot. 3. sent. d. 37. quæst. vn. lit. A.*



DE

DE

PECCATO ORIGINALI.

TIT. XXIV.

Int. Quotuplex est peccatum?

Resp. peccatum est duplex, originale scilicet, & actuale: Peccatū actuale formaliter est iniustitia actualis, scilicet priuatio actualis iustitiæ, quæ debet esse actus; Peccatum verò originale est carentia iustitiæ originalis debita, quia accipitur in primo parente, & in ipso amissæ. *Scot. 2. sent. d. 37. q. vn. l. C. & d. 32. q. vn. l. B.*

2. Int. Vtrum peccatum originale possit dici concupiscentia? *Resp.* affirmatiuè, non accipiendo concupiscentiam, quatenus est actus, vel habitus, vel pronitas in appetitu sensitivo, sed quatenus est pronitas in appetitu rationali, scilicet in voluntate ad concupiscendum delectabile immediate, quæ nata est delectari appetitui sensitivo, qui coniungitur. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vn. l. B.*

Vvv

3 Int

3. Int. Quomodo se habebat iustitia originalis in homine? Resp. se habebat sicut frænum cohibens voluntatem ab immoderata delectatione circa delectabilia eo modo, quo se habet gubernaculum nauis, & frænum æquo, quo fracto, dimittitur sibi; sic per carentiam iustitiæ originalis voluntas exequitur motum inordinatum, quem cohiberet illud frænum, scilicet originalis iustitia. *Scot. ibid. l. B.*

4. Int. Vtrum Adam transfudisset iustitiam originalem alijs? Resp. negatiue, quia iustitia originalis est donum supernaturale, & ex mera liberalitate Dei esset datum proli, sicut fuit datum primo parenti, in qua, si non peccasset, confirmatus fuisset, numquam eam amisisset, nec amplius peccasset. *Scot. 2. sent. d. 20. q. 1. l. C.*

5. Int. Vtrum tunc filij habuissent iustitiam originalem per merita patris? Resp. negatiue, nam iustitia originalis congruebat toti humane nature, & ideo non poterat vni, mediante alio dari, sed singulis iudicialis singulæ fuissent appositæ iustitiæ originales à Deo. *Scot. ibid. l. D.*

6. Int. Vtrum omnes propagati ab Adam contrahant peccatum originale? Resp. affirmatiue, quia quilibet filius Adæ est debitor originalis iustitiæ, quia accepit eam in primo parente, per cuius parentis actum amisit eam, & sic tali modo obligatus dicitur contrahere peccatum originale. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vn. l. C.*

7. Int. Quomodo filius Adæ debitor est iustitiæ ori-

originalis, si ipse iustitiam non accepit? Resp. quod filius accepit in Adam; Adam enim accepit iustitiam filio, sed à Deo, voluntate antecedente, scilicet quantum erat ex parte Dei, quia sine dono speciali daretur iustitia originalis filio Adæ, nisi adesset impedimentum; vnde ex illa collatione iustitiæ facta patri, filius est debitor iustitiæ sic date, & sic, si Adam non peccasset, ex lege Diuina, omnibus filijs propagatis ab Adam daretur iustitia originalis. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vn. l. C.*

8. Int. Quomodo peccatum originale contrahitur, si est inuoluntarium? Resp. quod est voluntarium, quia est in voluntate, non quia elicitur à voluntate; vnde paruuli non dicuntur peccare, quia non eliciunt actum, quamuis in eorum voluntate sit peccatum contractum ab eorum parente. *Scot. 2. sent. dist. 32. quest. vn. lit. G. H. & 4. sent. dist. 4. quest. 1. l. A.*

9. Int. Quot concurrunt ad peccatum originale? Resp. duo concurrunt, carentia scilicet iustitiæ, vt formale, & debitum habendi eam vt materiale. Debitum istud est à Deo statuente legem istam, Deo iustitiam tibi Adæ, & omnibus filijs tuis naturalibus eadem datione, quantum est ex parte meæ; & ideo ex hac datione tenentur omnes habere illam, & etiam ex parte propagantis, per cuius actionem ista est filius naturalis Adæ. *Scotus 2. sentent. dist. 32. quest. vn. l. H.*

10. Int. Vtrum peccatum originale sit à carne in-

facta? Resp. negatiue, quia quamuis à carne sit illa relatio in filio producto ad producentem, quia est filius naturalis Adæ, tamen à carne non est culpa originalis, sed bene consequitur illam filiationem ex Diuina lege. *Scot. ibid. l. M.*

11. Int. Quomodo caro potest esse causa peccatis originalis in filio? Resp. quod potest esse causa instrumentalis, non principalis; nam in quantum in femine est vis acquisitiua producendi filium Adæ, qui filius per hoc fit debitor iustitiæ, qua caret, dicitur, quod caro ex Adam sit causa originalis culpæ. *Scot. ibid. l. M.*

12. Int. Vtrum si non peccasset Adam, sed filius eius, aliqui contraxissent peccatum originale? Resp. affirmatiue; si enim Adam non peccasset, sed Cain eius filius, tunc filij Cain contraxissent peccatum originale non ab Adam, sed à Cain, at quia modo omnes sunt sub Adam, qui pro cunctis accepit iustitiam originalem, omnes contrahunt tale debitum habendi. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vi. l. M.*

13. Int. Vtrum si fuisset facta propagatio in statu innocentie, fuisset libidinosa? Resp. negatiue; fuisset enim omnino sine libidine, quia tunc propagantes habuissent iustitiam originalem, libido consequitur carentiam originalis iustitiæ, & quia aliquando libido accipitur pro illa carentia iustitiæ originalis, dici potest, quod illa libido fuerit causa libidinis in alijs propagantibus in actu propagandi. *Scotus ibidem lit. M.*

14. Int.

14. Int. Vtrum mors sit pœna peccati originalis? Resp. quod quantum ad potentiam mors non est pœna peccati, quia si Adam non peccasset, adhuc haberet potentiam moriendi, sed illa potentia non fuisset reducta ad actum, nisi peccante ipso, & ideo propter peccatum Adæ illa potentia fuit reducta in actum. *Scot. 2. sent. d. 19. q. vi. l. H.*

15. Int. Quenam est pœna grauior inflicta pro peccato originali? Resp. damnationem esse pœnam grauiorem ipsa morte, quamuis mors sit generalior, & magis extensa, sicut maior pœna est decapitatio vnius hominis, quam dehereditatio, quæ sequitur de hereditatum, & totam posteritatem, quamuis illa decapitatio non se extendat ad posteritatem. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 2. l. H.*

16. Int. Quomodo per Baptismum deletur peccatum originale, si paruulus baptizatus, post Baptismum, non recipit iustitiam originalem? Resp. quod per Baptismum soluitur debitum habendi illud donum in se, & commutatur in debitum habendi donum æquiualens, nempe gratiã, quod debitum semper manet, nec prius debitum amplius redit ad iustitiam originalem; imò per gratiam, quæ etiam est donum excellentius, homo restituitur siue pœter ad perfectionem naturalem sibi possibilem; hinc tollitur omnino debitum prius habendi iustitiam originalem. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vi. l. L. M.*

17. Int. Vtrum gratia æquiualeat iustitiæ originali? Resp. affirmatiue, quantum ad acceptationem Diui-

Diuinam, vt propter hanc Animam habenti gratiam non inire peccatum originale; Potuit enim Deus in primo instanti infundere tantam gratiam, quantam alij animæ in Baptismo, vel in circumcissione. *Scot. 3. sent. d. 3. q. 1. l. A.*

18. Int. Vtrum Deus possit dimittere peccatum originale sine gratiæ collatione? Resp. affirmatiuè, loquendo de potentia Dei absoluta, & hoc maximè, quia gratia non opponitur formaliter peccato originali. *Scot. 4. sent. d. 1. q. 6. l. D.*

19. Int. Vtrum per peccatum mortale reddat debitum habendi iustitiam originale? Resp. negatiuè; nam per peccatum mortale actuale peccator grauius peccat, quia caret isto secundo dono, quam quia caret primo; tamen non reddit debitum habendi primam iustitiam originale. *Scot. 2. sentent. dist. 32. q. vii. l. L.*

20. Int. Vtrum in statu innocentie filij fuissent confirmati iniustitiam originale? Resp. affirmatiuè, eo modo, quo merè viator potest esse confirmatus, sed postquam primam tentationem vicissent; sicut pater eorum primus si vicissent; fuisset confirmatus. *Scot. 2. sent. dist. 20. q. 1. l. H.*

21. Int. Vtrum in statu innocentie fuissent nati solum electi? Resp. affirmatiuè, quia prædestinatio æterna non variatur propter statum nature lapsæ, & sic non fuissent nati, nisi illi, qui sunt beatitudini destinati; vnde poterant variari parentes, non variato numero prædestinatorum, cum non repugnet ab in-

trin-

trinseco filium esse Abrahæ, qui nunc est filius Adæ? *Scot. 2. sent. d. 20. q. 2. l. A.*

22. Int. Vtrum Adam potuerit peccare venialiter? Resp. affirmatiuè, quia sicut peccauit Adam contra præceptum Diuinum de non comedendo, ita peccare poterat contra consilium, & non faciendo maximè expedienda, vel faciendo aliqua retardatiua, & sic peccasset tantum venialiter, per quod non habuisset mortem, sed aliam poenam, scilicet displicentiam aliquam, quæ poena non obfuisse eius innocentie. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. A. C. E.*

23. Int. Quale fuit peccatum Adæ, & an fuerit grauissimum? Resp. quod peccatum Adæ fuit per actum voluntatis, qui est velle, & fuit velle amore amicitie, non commodi; non enim fuit ex immoderato amore sui, sicut fuit peccatum Angeli, quia non intelligebat primò se per suam essentiam, sicut Angelus; homo enim cognoscit prius alia, quàm se; sed fuit immoderatus amor amicitie vxoris, quoniam noluit eam contristare; putabat enim sine solatio deficere, & à se alienatam omninò interire, & ideo non fuit amor concupiscentie, seu libidinis, quia ille amor nondum fuerat, & ex hoc amore inordinato peccatum grauius sequutum est, scilicet violare præceptum de non comedendo lignum. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 2. l. A.*

24. Int. Quodnam præceptum erat illud de non comedendo pomum? Resp. quod illud non fuit

ex-

expressè præceptum ex natura rei, vel de lege naturæ, sicut sunt præcepta Decalogi, quia ælius ligni in se non fuit de genere mali, sed fuit solum malum, quia prohibitum ad experiendam eorum obedientiam. *Secus ibidem l. B.*

25 Int. Quot modis peccatum dici potest grauisimum? Resp. multiplex dici potest grauisimum; primo ex intrinseca, & formali ratione peccati, scilicet quando opponitur Deo; secundo ex malitia contra Spiritum Sanctum; tertio ex maxima libidine; quarto ex maximo Dei contemptu; quinto ex bono, quod prius erat ex malo, quod sequitur. *Secus ibidem l. C.*

26 Int. Quomodo peccatum Adæ dici potest grauisimum? Resp. non potest dici grauisimum primo modo, quia non fuit directè contra Deum, qui est maximum bonum; non secundo modo, quia non repugnabat illud fuisse veniale; non tertio modo, quia non se immergit in ærum ligni maiori conatu; non quarto modo, quia non fuit ex immoderato amore sui, unde Dei contemptus oriri poterit, sicut ex immoderato amore Angelis; non quinto modo, quia Adæ peccatum non ademit iustitiam originalem formaliter, sed tantum demeritorie: Hinc huiusmodi peccatum potest dici grauisimū ratione sequelæ, scilicet propter malum inde sequutum, & etiam ratione personæ, in cuius culpa omnes inuolebantur, & etiam, quia non habuit inclinationem, & impulsū ad cadendum, nec resistentiam, vel repugnantiam

tiam ad standum, & tandem quia præceptum fuit leue ad obseruandum. Vel grauitas peccati ex triplici capite concludi potest, scilicet ex hoc, quia peccatum opponitur magis intensè bonitati; vel quia tale peccatum est magis contra plura præcepta, & magis, quàm aliud peccatum; vel ex aliqua circumstantia accidentali. Ex primo capite non fuit grauisimum Adæ peccatum, quia non contra bonum maximum, & Diuinum nisi indirectè, quia directè, & formaliter fecit contra bonum creatum; nec ex alio capite, quia non fuit directè contra arduissimum, vel necessarium præceptum, quod est *Dileges Dominum Deum tuum*, quia tale peccatum est odium Dei, si potest dari; nec contra aliud præceptum necessarium, scilicet *Dileges proximum tuum*; quia non fuit odium proximi, sed excessus in dilectione proximi; & excessus huiusmodi est minus directè contra illud præceptum, quàm odium proximi; potest tamen affirmari, quod ratione circumstantiæ accidentalis peccatum Adæ fuisse grauisimum, scilicet ob excellentiã, & dignitatem personæ, quæ ex hoc magis præcauere debet peccatum, & propter fortitudinem, & possibilitatem resistendi. *Secus 2. sent. d. 2. q. 1. 2. l. D. E. F.*

27 Int. Vtrū peccatum Adæ fuerit contra Deum? Resp. negatiue, loquendo directè, & formaliter, sed solum indirectè, quomodo etiam non formaliter, sed demeritorie tantum priuabat bonitatem maximam. *Secus 2. sent. d. 21. q. 2. l. D.*

28 Int. Vtrum Adam per suum peccatum corru-

perit humana naturam? Resp. negatiue; non enim corruptit naturam hanc numero, neque personam naturam hanc, numero, sed corruptit se peccato personali, & in hoc demeritorie totam posteritatem suam corruptit. *Scot. 2. sent. d. 32. q. vn. l. l.*

29 Int. Vtrum reperiri possit maius peccatum peccato Adæ? Resp. Affirmatiue, multo enim grauiora peccata nunc ab aliquibus fiunt in mundo, & facta sunt, ita quod, si Adam debuisset fuisse damnatus pro illo, multo minorem poenam substituisset Adam, quam illi peccatores. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 2. lit. E.*

30 Int. Quodnam fuit grauius peccatum, Adæ, vel Eux? Resp. quod, si loquamur quantum ad hoc, quod ipsa Eua primo voluit usurpare æqualitatem Diuinitatis, & scientiæ, & quod fuit causa peccati vtri, peccatum Eux grauius fuit peccato Adæ, qui panter æqualitatem appetiit, sed secundario, ut, si loquamur de aliqua circumstantia accidentali, scilicet quia Adam fuit circumspectior, nobilior, & fortior ad resistendum; fuit enim ei data iustitia originalis, ideo grauius peccauit, sic igitur peccatum fuit grauius accidentaliter; sed peccatum Eux fuit grauius formaliter, per se, merè, & præcisè. *Scot. ibid. lit. F. G.*

31 Int. An Adam peccauerit ex ignorantia? Resp. quod Adam non peccauit ex ignorantia erronea, quia error non præcessit peccatum, ita scilicet, quod credere illud factum esse bonum, vel bonum ex illo sequi,

sequi, quia, vt dicit D. Augustin, lib. 3. de lib. arbit. *Approbare vera pro falsis est natura lapsa, non instigare, & sic non poterat ante peccatum inesse homini.* Non peccauit ex ignorantia facti, quia ipse sciuit illam comestionem pomi esse contra Diuinum præceptum. Potest dici, quod fuerit ignorantia aliquarum circumstantiarum, vt puta, vtrum tanta poena sequeretur; quam ignorantiam potuit habere ante peccatum, similiter aliqua ignorantia potuit sequi primum peccatum, in quantum ex immoderato appetitu complacendi vxori suæ, peccando credidit oppositum, scilicet, esse veniale, quod erat mortale, quæ credulitas erronea non præcedebat peccatum, sed concomitabatur, vel sequebatur primum peccatum. *Scot. 2. sent. d. 22. q. vn. l. B. C.*

32 Int. Quotuplex est peccatum ex ignorantia? Resp. triplex est; primum, quod habet ignorantiam vt causam, ad quam peccatum subiequitur quasi effectus, quia, si peccator sciret, non peccaret, & sic est quasi dispositio ad peccatum; secundum est, quod ignorantia concomitatur, & sic dicitur peccare ignorans, vel aliquis ignorando peccare; tertium, quod ignorantia sequitur ex peccato quasi poena peccati. *Scot. ibid. l. A.*

33 Int. Quotuplex est ignorantia? Resp. duplex est; prima est simplex nescientia, & dicitur ignorantia negatiue, vel priuatiue; secunda est ignorantia erronea, & dicitur talis contrariæ, quæ contrariè opponitur scientiæ. *Scot. ibid. l. A.*

34 Int. Quotuplex est ignorantia facti? Resp. triplex est; prima est ignorantia facti in se; secunda est quod ad aliquas circumstantias facti; tertia est quod ad aliud quod consequens ipsum factum. *Scot. ibid. l. B.*

35 Int. Vtrum paruuli sine Baptismo decedentes, propter peccatum originale, habituri sint poenam scntus? Resp. negatiue; solummodo enim habebunt poenam damni, & ratio est, quia in hac vita nullam habuerunt inordinationem sensitiuam, cui correspondeat acerbitas poenae ignis insipientis, vt propria poena. *Scot. 2. sent. d. 33. q. vn. l. A.*

36 Int. Vtrum tales paruuli habuerint aliquam tristitiam interioreni? Resp. negatiue; nam tristitia, secundum D. Augustinum, est de his, quae nobis inuitis, accidunt; si illi tristarentur de statu suo, inuoluntarie sustinerent statum suum, & tunc uellent oppositum, & ideo murmurarent contra dispositionem Diuinam; tales enim paruuli nullam habuerunt uolitionem inordinatam, quamobrem nullam tristitia habebunt. *Scot. ibid. l. A.*

37 Int. Vtrum tales paruuli tristabantur de carentia beatitudinis, & uisionis Diuinae? Resp. negatiue, quia si tristarentur de tali carentia, haberent poenam grauissimam inter poenas damnatorum, scilicet tristitiam ex desperatione habendi beatitudinem; nam est maior poena damnatorum ratione uoluntatis, quam dolor, qui est in parte sensitiua. *Scot. ibid. l. A.*

38 Int. Vtrum tales paruuli habebunt cognitionem

nem intellectiuis? Resp. potest hoc concedi, quia non habebunt intellectum impeditum corpore corruptibili, sicut modo, neque impeditum per tormenta, sicut damnati, & ideo possunt habere cognitionem naturalem rerum, & de nouo acquisitam, quia hoc non repugnat immobilitati status eorum. *Scot. ibid. l. B.*

39 Int. Vtrum tales paruuli possint habere cognitionem de beatitudine? Resp. quod loquendo de aliquali beatitudine naturali, prout est de Deo cognito in uniuersali, potest concedi huiusmodi cognitio, sed de beatitudine in particulari; cum non posset concedi, nisi supernaturaliter, illam non habebunt, quia esset ad tristitiam, propter desperationem habendi, quam non demeruerunt habere. Vel si huiusmodi cognitionem habebunt in particulari de beatitudine, non tristabuntur, erunt contenti de statu suo, scientes Deum de se ita disposuisse, nec suo actu, hoc aliquando demeruisse. *Scot. ibid. l. C.*

40 Int. An secundum D. Augustinum huiusmodi paruuli puniantur poena ignis? Resp. negatiue, quia eorum poenam, D. Augustinus uocat mitissimam, & si aliter dicere uideatur, debet exponi in sensu diuiso, id est punientur poena priuationis Diuinae uisionis, quae poena stat etiam in aeterno igne, sed non punientur carentia uisionis simul, & ignis supplicio, vel tunc D. Augustinus loquebatur per excessum. *Scot. 2. sent. d. 33. q. vn. l. C.*

41 Int. Vtrum huiusmodi paruuli habebunt corpora

pora passibilia? Resp. quod nullam habebunt passionem: nam ex dispositione Diuina illa eorum corpora erunt impassibilia, quamuis non ex dote impassibilitatis, ita quod nec ab extra nec ab intra patientur, *Scot. ibid. l. D.*

42 Int. Vtrum tales paruuli habebunt aliquem motum inordinatum? Resp. negatiue, quia sicut fomes nullum motum inordinatum in eis in vita ista, ita nec ibi aliquem motum inordinatum suscitabit, *Scot. ibidem l. D.*

DE
PECCATO
VENIALI.

TIT. XXV.

INt. Quotplex est peccatum actuale? Resp. duplex est, veniale scilicet & mortale; peccatum veniale est deordinatio opposita ordinationi respectu finis sequendi, quæ ordinatio nõ est necessaria, sed utilis, non de præcepto, sed de consilio, & talis deordinatio nõ facit cade-

re

re à fine necessario, sed facit, quod actus non procedat meliori modo, quo potest. Peccatũ mortale est deordinatio opposita ordinationi, sine qua finis non potest sequi aliquo modo, quæ quidem ordinatio habet præceptum, contra quod deordinatio fit, & ideo omnis deordinatio cadens sub præcepto auertit necessariò à fine, & ex his deducitur differentia mortalis, & venialis peccati. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. B.*

2 Int. Vtrum aliquod peccatum sit veniale ex genere? Resp. affirmatiue; mendacium enim iocolum est peccatum veniale ex genere. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. A.*

3 Int. Vtrum peccatum veniale possit fieri mortale? Resp. affirmatiue, non ex se, sed quatenus super ipsum veniale cadit præceptum Diuinum, sicut patet in Adam, quia ideo peccauit mortaliter, quia habuit præceptum de non comedendo; tamen, excluso tali præcepto, poterat dicere mendacium iocosum, & sic tantum peccaret venialiter. *Scotus ibidem l. A.*

4 Int. Vtrum peccatum veniale, & peccatum mortale sint eiusdem rationis? Resp. quod loquendo in genere naturæ, sunt eiusdem rationis, quia ambo sunt qualitates in anima, sicut etiam in genere mortis, & malitiæ, quia ambo mala sunt; loquendo tamen in genere offensionis sunt diuersæ rationis, imò sunt improporcionabilia, & ideo non remittuntur vniformiter. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. H. C.*

5 Int. Vtrum peccatum veniale possit stare cum gra-

gra-

gratia gratum faciente? Resp. affirmatiue, etiam in perfectissimis viris, & ideo dixit Ioann. in sua Canon. cap. 1. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. A.

6 Int. An ad actum meritorium possit sequi culpa venialis? Resp. affirmatiue nam actum meritorium, quamuis maximum, & excellentem potest sequi vanagloria, quæ sit venialis, nec tolleretur meritum illius actus sic meritorij. Scotus ibid. l. D.

7 Int. Vtrum propter peccatum veniale sit omit-tendus bonus motus ad meritum? Resp. cum pecca-tum veniale deleatur in ista vita, vel post, & per mo-tum bonum, & magnum ad meritum, aliquis possit mereri gradum præmij, qui erit æternus, non vide-tur propter tale malum, quod est temporale, esse omittendum aliquod, quod ex se est causa boni æter-ni. Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. G.

8 Int. Vtrum in Beato possit esse peccatum ve-niale? Resp. quod si Deus dimitteret Beatum in se, possit ioculose verbum dicere, & sic venialiter pec-care; tamen ratione præcepti, quod habet de semper eliciendo illum actum beatificum, & de non diuersi-ficando, neque ad oppositum, neque ad disparatum, & propter præceptum de semper operando optima, quæcumque deordinatio, (si posset dari in Beato) esset peccatum mortale. Scot. 2. sentent. dist. 21. q. 1. lit. D.

9 Int. Vtrum peccatum veniale prohibeat gra-tiam infundit? Resp. negatiue, imò nec etiam (vt

dictum est) prohibet actum meritorium simul ha-bere, quamuis esset actus minus intensus, & ideo mi-nus meritorius, quam foret sine illo veniali; hinc a-dultus cum peccato veniali recipiat gratiam Bap-tismi. Scot. 4. sent. d. 4. q. 7. l. E. F.

10 Int. Vtrum infinita peccata venialia possent æquiparari vnicò, vel minimo peccato mortali? Resp. negatiue, quia sunt inter se improporcionabilia in ratione offensæ, auersionis, & pœnæ; illa enim omnia non auertunt hominem a fine vltimo, scilicet Deo, sicut vnum peccatum mortale; pariter in ratione pœ-næ, si non quantum ad intensionem, saltem quantum ad extensionem. Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. C.

11 Int. Quænam est pœna correspondens pecca-to veniali? Resp. potest dici, quod nulla sit pœna correspondens proprie, sed committens peccatum ve-niale est debitor feruentioris actus voluntaris, quam prius, qui feruor consumeret peccatum veniale. Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. E.

12 Int. Vtrum peccati venialis pœna possit esse æterna? Resp. negatiue, nec per se, nec per accidens, quia talis offensæ venialis est qua secundum se puni-tur per pœnam temporalem sufficientem. Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. D.

13 Int. Vtrum peccato veniali sit soluenda pœ-na æterna, si non fuerit hic dimissum? Resp. negatiue, quia debitum pœnæ æternæ non stat cum cha-ritate; cum qua stat peccatum veniale, non solum peccatum non deletum post actum, sed etiam actua-

liter commissum, & ideo non debetur illi poena æterna; aliter enim quis esset dignus poena æterna, & gloria æterna, quod non est dicendum; nam per charitatem, quis est dignus vita æterna, & non debitor ad poenam æternam. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. B.*

14 Int. Vtrum peccato veniali debeat poena æterna, quia est coniunctum peccato mortali? Resp. negativè, non solum quia Deus semper punit citra condignum, sed etiam quia omnino iniustum esset poenam æternam infligere pro illo; cui secundum se debetur poena temporalis, nec obstat, quod sit alteri coniunctum; hoc enim non facit illud in infinitum exire suum genus, scilicet culpæ venialis, & sic, siue in hoc sæculo, siue in inferno puniendo peccatum veniale, non debetur, nisi sola poena temporalis. *Scot. ibid. l. C.*

15 Int. Quando dimittitur peccatum veniale? Resp. dimittitur quando poena temporalis soluitur, siue hic, siue in Purgatorio, siue alibi, quia pro peccato veniali non debet fieri commutatio poenæ æternæ in poenam temporalem, sicut asserendum est de peccato mortali, quod si non commutetur, semper in inferno poena æterna peccator cruciabitur. *Scot. ibid. l. E.*

16 Int. Potest ne alio modo peccatum veniale dimitti? Resp. affirmatiuè, scilicet per poenam interiorem, per poenam exteriorem, ac etiam per aliquem actum magis acceptum Deo, quam peccatum displicet, siue talis actus referatur ab ipso operante in ordine

dine ad remittendum peccatum veniale, siue referatur à Deo acceptante pro dimissione peccati. *Scot. ibid. l. E.*

17 Int. Vtrum in articulo mortis deleantur peccata venialia? Resp. quod, quamvis opera illius, qui moritur in charitate, post mortem non referantur ad ipso ad delendum peccatum veniale, sicut nec ille habeat actum nouum meritorium talis remissionis; tamen opera prius facta possunt esse à Deo acceptata, & relata ad dimissionem venialis peccati post mortem, & ratio est, quia opera meritoria sunt causa sufficiens deletionis venialium, quando non sunt impedita, sicut dicendum est esse post mortem, pro quando Deus illa acceptata. *Sc. 4. sent. d. 21. q. 1. l. E.*

18 Int. Vtrum per mortem voluntariè acceptam possint remitti peccata venialia? Resp. affirmatiuè; mors enim non solum est poena sufficiens pro poena cuiuscumque peccati venialis, sed fortè etiam pro magna parte poenæ debitæ pro mortalibus dimissis, nec obstat, quod mors sit necessaria, quia aliquis potest voluntariè necessarium acceptare; & hoc sufficit. *Scot. ibid. l. l.*

19 Int. Vtrum ad hoc, vt quis possit resurgere à peccato veniali, requiratur posse mereri? Resp. quod ad hoc non requiritur actus voluntatis meritorius, qui tunc insit, sed sufficit actus meritorius, qui prius insuit, & pro hoc acceptetur; vel sufficit pati poenam condignam pro illo peccato.

Scot. ibidem

l. G.



D E

PECCATO MORTALI.

T I T. XXVI.



Nt. Quid est peccatum secundum nominis rationem? Resp. peccatum est formaliter privatio boni, scilicet privatio concordie cum regula superiori; agens enim in agendo tenetur se conformare agenti superiori, quando vero potest se conformare, & non se conformat, sed discordat, tunc peccat, & talis non conformatio dicitur peccatum. *Scotus 2. sent. dist. 37. q. vn. l. a. A.*

2 Int. Quid est formaliter peccatum mortale; Resp. peccatum mortale formaliter est corruptio rectitudinis in actu secundo. *Scotus ibid. l. B.*

3 Int. Quomodo intelligitur definitio D. August. dicentis; *Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei?* Resp. quod illa tria, scilicet dic-

dictum factum, & concupitum accipiuntur tamquam materiale peccati; duo prima, ut materiale remotum, tertium verò, scilicet concupitum, ut materiale proximum; contra legem Dei, accipitur ibi, ut formale peccati. *Scotus 2. sent. dist. 37. quest. vn. l. G.*

4 Int. Quot concurrunt in peccato mortali? Resp. concurrunt duo, scilicet reus positivus ut materiale, & privatio iustitiæ debitæ, ut formale, respectu cuius privationis nulla datur causa efficiens, sed deficiens, quia voluntas, quæ est debitor dandi rectitudinem suo actui, non dando, deficit. *Scot. ibidem. lit. Q.*

5 Int. Vtrum peccator peccando appetat Dei æqualitatem? Resp. affirmatiue, si loquamur interpretatiue, quia, ut dicit D. Anselm. *de casu Diab.* Omnis peccans vult rapere æqualitatem Dei; imò vult esse maior Deo, in eo, quod voluntatem suam vult, præferri voluntati Diuinæ, non obediendo eius voluntati, & hoc est interpretatiue appetere; loquendo verò formaliter, & directe peccans non appetit Dei æqualitatem. *Scot. 2. sentent. dist. 21. quest. 2. l. I.*

6 Int. Quomodo per peccatum mortale homo fit inimicus Deo? Resp. non formaliter peccator sit inimicus Deo, sed solum demeritoriè, quia per peccatum peccator demeretur Dei amicitiam. *Sc. 4. sent. d. 1. q. 1. l. Q. 9.*

7 Int. Quot modis accipitur peccatum? Resp. dupliciter accipitur, vno modo pro ipso actu elicitio deformi, loquendo de peccato commissionis; alio modo

pro

pro macula, quæ remanet post actum elicitum siue pro reatu permanente quovsq; peccatum fuerit deletum per pœnitentiam. *Scot. 2. sent. d. 28. q. vn. l. A.*

8 Int. Quid remanet in peccatore post actum peccati? Resp. post actum transeuntem remanet in peccatore culpa quò ad reatum ad pœnam debitam, quæ in peccato veniali est temporalis, sed in peccato mortali, nisi fuerit prius commutata, est pœna æterna. *Scot. 4. sententiarum dist. 14. quæst. 1. l. H. & dist. 21. quæst. 1. l. E.*

9 Int. Quid auferitur per secundum peccatum additum primo? Resp. quòd cum per peccatum primum, quòd quandoq; minus est, auferatur bonum, quòd inerat, scilicet habitus gratuitus, qui vocatur bonum habituale; per secundum peccatum admittitur bonum, quòd infuisset, quia nullum bonum præerat, quòd priuari potuisset. *Scot. Quolib. q. 18. l. B. b.*

10 Int. Quid est reatus? Resp. Reatus est obligatio formaliter ad pœnam; quæ manet in peccatore (passiue loquendo) post transitum actus exterioris, & interioris peccati. *Scot. 4. sent. d. 14. quæst. 1. l. H. & dist. 16. q. 2. l. P.*

11 Int. Quid est macula peccati? Resp. est ordinatio peccatoris ad pœnam, quatenus est disconueniens ipsi animæ. *Scotus 4. sentent. dist. 14. quæst. 1. l. H.*

12 Int. Quid est offensa? Resp. est actus Diuinæ voluntatis, per quem peccator ordinatur ad pœnam sibi correspondentem pro culpa, *Scot. ibidem l. H.*

13 Int. Quotuplex est peccatum? Resp. duplex est peccatum, commissionis scilicet, & omissionis: Peccatum commissionis est actus deformis elicitus à voluntate; Peccatum verò omissionis est non velle, obseruare præceptum, cuiusmodi est odire Deum quòd est non velle obseruare præceptum, *Diligens Dominum Deum tuum*, & dicitur formalis omisio, & formalis accessio. *Scot. 2. sent. dist. 28. quæst. vn. l. A. & d. 37. q. vn. l. D.*

14 Int. Quenam est essentialis ratio peccati? Resp. essentialis ratio cuiuscumque peccati est hominis auersio à Deo. *Scotus ibidem l. D.*

15 Int. Quid est auersio? Resp. auersio est inordinatio voluntatis circa aliquod ordinatum ad finem ex præcepto Diuino, circa quòd deberet ordinari. *Scot. ibid. l. D.*

16 Int. Quotuplex est auersio à fine ultimo? Resp. duplex est auersio; vna est auersio formalis, altera est auersio virtualis. Auersio formalis, siue contrariè, siue negatiue, est, qua voluntas non vult illum finem, & huiusmodi est odire Deum, & est contra præceptum, *Diligens Dominum Deum tuum*; Auersio verò virtualis est, qua voluntas auertitur ab aliquo, quòd est necessarium ad consequendum vltimum finem; quomodo infirmus se auertit à sanitate, quando se auertit à potione amara, sine qua non potest haberi sanitas. *Scot. 2. sent. dist. 37. quæst. vn. l. D. & quolib. q. 18. l. C. c.*

Vel auersio triplex est; vna dicitur formalis, & est illa

illa, qua peccator habet actualem volitionem finis, quomodo fortè peccator frequenter peccans non actualiter considerat finem, & non actualiter auertit; alia est virtualis, quatenus est quedam acceptatio voluntatis incompossibilis volitioni finis, saltem efficaci, sicut quando voluntas vult omnino aliquid deordinatum, & deordinans à consequuione finis; tertia auersio largius sumpta est quatenus quæcumque malitia dicitur auersio, quia separans à fine efficaciter volendo; vel consequendo, & hæc sufficit ad peccatum. *Scot. quot. q. 18. l. C. c.*

17. Int. In qua auersione consistit malum peccati? Resp. malum peccati consistit in auersione à fine ultimo, siue sit virtualis auersio, siue formalis; sicut bonum reductiuum consistit in conuersione ad finem. *Scot. 4. sent. d. 14. q. 1. l. Z.*

18. Int. Quænam est magis per se de ratione peccati, auersio à Deo, vel conuersio ad creaturas? Resp. quod auersio est magis de ratione peccati; talis enim auersio à Deo est essentialis ratio peccati cuiuscumque; (vt dictum est.) *Scot. 2. sent. d. 37. q. vn. l. D.*

19. Int. Si ratio formalis peccati consistit in auersione, quomodo possunt peccata mortalia distinguï? Resp. quod peccata distinguuntur, vel specie, vel numero distinctione privationum specie, vel numero distinctarum, nam si alia, & alia, est rectitudo, qua peccatum priuat, aliud, & aliud erit peccatum, loquendo de alia, & alia rectitudine, quæ deberet inesse. *Scot. 2. sent. dist. 37. q. vn. l. E.*

20. Int. Si omnia peccata sunt auersiones ab eodem bono, quomodo peccatum vnum potest esse grauius altero? Resp. quod aliquando peccatū est grauius ex genere, & est quando opponitur rectitudini meliori, & dicitur rectitudo melior, quæ est fini immediata, sed loquendo cæteris paribus, tunc vnum peccatum est alio grauius, in quo voluntas maiori libidine, & maiori conatu peccat. *Scot. ibid. l. E.*

21. Int. Vtrum peccatum sit formaliter priuatio, seu corruptio gratiæ? Resp. negatiue, quia si peccatum primum corrumpet gratiam formaliter, tunc peccatum secundum non esset peccatum, quia non corrumpet gratiam; nam illam non inueniret, quia non inellectus similiter gratia creatum à Deo ad quem spectat etiam illam annihilare. *Scot. ibid. l. A.*

22. Int. Quomodo peccatum corrumpit gratiam? Resp. corrumpit gratiam, non eff. & iue, sed tantum demeritorie, quia demeretur peccator, vt Deus cesset à conseruatione gratiæ. *Scot. ibid. l. E.*

23. Int. Quomodo peccatum demeritorie gratiam corrumpit? Resp. gratiam corrumpit, quia voluntas est debitorix, cum in eius potestate sit conseruare gratiam non demerendo, hinc per peccatum demeretur conseruationem; quapropter, si Deus subtraheret manutentionem gratiæ, absque defectu, vel culpa voluntatis create, tunc non esset peccatum, quia voluntas non esset debitorix talis conseruationis, & talis carentia gratiæ non esset ei imputabilis. *Scot. ibid. l. X.*

24 Int. Vtrum Deus possunt sine demerito auferre rectitudinem à voluntate creata? Resp. negatiue, loquendo de potentia ordinata, sed loquendo de potentia absoluta, bene potest, cum nulla sit repugnantia intrinseca. *Scot. 2. sent. dist. 27. q. vn. l. T.*

25 Int. Vtrum peccatum sit corruptio sui subiecti, scilicet voluntatis? Resp. negatiue, quia per peccatum tunc paulatim voluntas potest consumi, cum sit ens finitum, quod repugnat; nam cum voluntas creetur à Deo, non potest ab aliquo creato corrumpi. *Scot. ibid. l. A.*

26 Int. Vtrum per peccatum mortale vulneretur voluntas? Resp. vulneratur voluntas per peccatum, non per amissionem alicuius partis, quæ integra manet, sed redditur in habilis ad usum rectum, quod fit per crebram carentiam rectitudinis actualis. *Scotus ibid. l. E.*

27 Int. Quomodo peccatum nocet voluntati? Resp. nocet voluntati non in se, sed in alio; non in se, quia non auferit ab ea, quod habet rationem naturæ, sed in alio, scilicet auferendo perfectionem sibi conuenientem, idest iustitiam actualem, quam deberet habere. *Scot. ibid. l. G.*

28 Int. Ex quo viator redditur debitor iustitiæ? Resp. ex hoc redditur, quia habet potentiam naturalem voluntatis moderandi inclinationem naturalem, quæ est contra iustitiam, quæ debet infundibilis potentia est libertas, quæ est de per se ratione voluntatis, & non aliquid ei superadditum. *Scot. 2. sent. d. 5. q. 2. l. H.*

29 Int.

29 Int. Vtrum peccatum sit priuatio habituum acquisitorum? Resp. negatiue, quia licet virtus, vt iustitia acquisita, non sit incorruptibilis ex sui natura, nec corrumpatur per vnicum peccatum, vt gratias non tamen peccatum mortale formaliter est corruptio virtutis: ipsa enim potest stare tam in isto peccante, quam in illo non peccante. *Scot. 2. sent. dist. 37. quest. vn. l. A.*

30 Int. Cuius rei peccatum est corruptio, vel priuatio? Resp. quod peccatum est priuatio rectitudinis in actu secundo, quæ deberet inesse, quia voluntas libera est debitor, vt omnem actum eliciat conformiter Regule superiori, scilicet secundum Diuinum præceptum; & ideo, quando agit discorditer illa Regula, caret iustitia actuali debita, quæ deberet inesse actui, & hæc carètia est formaliter peccatum actuale. *Scot. 2. sent. dist. 37. quest. vn. lit. B.*

31 Int. Vtrum per peccatum possit fieri infinita priuatio rectitudinis? Resp. quod si peccata possent in infinitum continuari, tunc priuarent infinitis bonis, idest infinitis rectitudinibus, quæ deberent inesse cuiuscumque actui absque diminutione voluntatis, & cuiuscumque actus primi. *Scot. ibid. lit. E.*

32 Int. Quomodo peccatum potest dici infinitum? Resp. quod peccatum non dicitur infinitum, nisi qua separat ab infinito bono, non quod malitia formaliter sit infinita, quia talis, & tanta est, quanta est bonitas, quæ nata fuisset inesse illi actui, si secundum debitas circumstantias fuisset elicitus, quæ non fuisset.

fuisse infinita, nisi extrinsecè, quia infinito coniungitur. *Scotus 4. sent. dist. 50. quest. 6. lit. T.*

33 Int. Vtrum peccator habitus magis peccet? Resp. quod licet habitus magis per habitum inclinetur, non tamen in eo est peccatum mortale, nec notabiliter grauius, quam esset in alio nullum habitum habente; nam habitus non habet grauitatem, nisi ex grauitate actus, igitur si actus generatiui habitus sunt veniales, habitus non potest habere grauitatem mortalem in actibus illicitis ex ipso. *Scot. 3. sent. dist. 39. quest. vn. l. A.*

34 Int. Vtrum peccatum sit à bono tamquam à causa? Resp. quod peccatum, eo modo, quo potest habere causam, cauatur à bono, & licet cause assimilaretur effectus (quæ tamen assimilatio in causis æquiuocis est remota) nihilominus hic causa peccati est causa non efficiens, sed deficiens, & ideo non est necesse, quod malum sit à malo, sicut bonum est à bono. *Scot. 2. sent. dist. 37. q. vn. l. H. A. a.*

35 Int. Quomodo voluntas dicitur causa peccati? Resp. quod voluntas, prout accipitur in communi, non est causa proximè peccati, quia sic in communi complectitur etiam voluntatem Diuinam; sed bene voluntas, vt contracta, & quatenus limitata, est causa proxima defectiui peccati, & potest dici accidentalitatis, quia accidit voluntati, quod sit voluntas defectiua, eo modo, quo accidit generi differentia. *Scot. 2. sent. d. 37. q. vn. l. Q.*

36 Int. Vtrum alicuius voluntas possit esse causa pcc-

peccati in alio absque eo, quod ipse, cuius est voluntas cauans, peccet? Resp. negatiuè, quia quilibet sapiens tenetur ex præcepto non subuicere proximum, & ideo non potest esse causa, vel auctor, quò proximus sit deterior, & sic, si aliter facit, ipse peccat. *Scot. ibid. l. V.*

37 Int. Vtrum possit esse defectus in causa creata, scilicet in voluntate finita, absque eo, quod sit defectus in voluntate Diuina? Resp. affirmatiuè; non quod causa superior causet rectitudinem in effectu, & causa inferior causet obliquitatem, sed quia causa superior, quantum est de se causeret, si causa inferior secundum suam causalitatem causeret, & ideo rectitudinem non causari, est propter hoc, quia causa secunda, quantum ad se pertinet, non causat. *Scot. ibid. l. T.*

38 Int. Vtrum peccatum possit esse à Deo? Resp. quod, quamuis peccatum possit esse à voluntate creata, non tamen est à Deo, quia Deus non primò deficit, sed quantum est ex parte sua omnino non deficit; nam si est aliquis defectus in actione, est propter defectum cause secundæ in agendo; Deus enim non potest prius deficere ita quod defectus in effectu sit peccatum; sed primò deficere competit voluntati creatæ. *Scot. 4. sent. d. 37. q. vn. l. A. a.*

39 Int. Vtrum peccatum sit volitum à Deo? Resp. quod actus peccati, quò ad materiale, est semper ordinatè volitus à Deo, & si fiat formaliter deformis, prouenit à volunrare creata, quatenus caret illa rectitudine, quam deberet habere. *Sc. 2. sent. d. 37. q. vn. l. B.*

40 Int. Quare Deus non potest peccare, si Deus concurrat ad talem actum peccati? Resp. quod Deus in se peccare non potest, quia non potest se à se auertere, nec formaliter, quia non potest se odire, & non amare summè, & ordinatè cum omnibus circumstantijs, nec virtualiter, quia nihil aliud à se est sibi necessarium; voluntas verò creata potest se auertere à summo bono, vel formaliter, vel virtualiter, & ideo potest peccare. *Scot. ibid. lit. V.*

41 Int. Vtrum potentia peccandi sit à Deo? Resp. quod potentia peccandi potest, vel formaliter accipi, vel fundamentaliter; si formaliter accipiatur, tunc, vel dicit ordinem ad substratum, seu fundamentum deformitatis, & talis potentia est à Deo, quia sic est ens posituum, ad quod omne Deus concurrat & causat. Vel dicit ordinem ad illam deformitatem; tunc talis potentia in se nihil est, & non est à Deo; si verò accipiatur fundamentaliter, tunc est à Deo; tale enim fundamentum potentie peccandi est voluntas, quæ à Deo creatur, & sic potentia peccandi est à Deo, idest natura, quæ est potens peccare, non efficiendo, sed deficiendo, est à Deo, quia hoc est ens posituum. *Scot. 2. sentent. d. 44. quest. vn. lit. A.*

24 Int. Vtrum posse peccare sit libertas, vel pars libertatis? Resp. quod posse peccare, nihil est libertatis, accipiendo libertatem, prout est perfectio simpliciter, quæ conuenit etiam voluntati increate; si autem accipiatur libertas causata secundum ordinem ad deformitatem, sic neque est libertas; accipiendo

tan-

tandem libertatem, ut dicit fundamentum proximum, sic posse peccare est libertas, vel pars libertatis, quia est ens positum, & est à Deo. *Scot. ibid. lit. C.*

43 Int. Quænam est differentia inter posse peccare, & potentiam ad peccandum? Resp. hanc esse differentiam, quis posse peccare dicit ordinem ad actum deformem; potentia verò ad peccandum dicit rationem principij, quo potest elici actus deformis; primus ordo non est liberi arbitrij, nec aliquid eius, quia ordo ad actum non est principium actuum, nec pars principij, similiter posse peccare includit duo, scilicet posse deficere, & illud, quo sic potest deficere, sic posse deficere non est libertatis, sed illud, quo sic potest, est libertatis arbitrij, & potentia. *Scot. 2. sentent. quest. vn. l. T.*

44 Int. Vtrum voluntas Diuina sit Regula voluntatis create? Resp. quod est Regula, in quantum voluntas Diuina est, volens creatam voluntatem sic, vel sic velle, volendo sic voluntate signi, & voluntate antecedenti; non semper autem voluntate beneplaciti, & consequenti; sed Diuina voluntas non est regula voluntatis create quantum ad rectitudinem in ordine ad volitum, scilicet ut voluntas creata concordans voluntati Diuine, sit recta in voto. *Scot. 2. sentent. dist. 37. quest. vn. l. B. b.*

45 Int. Quomodo voluntas est defectibilis? Resp. quod primo voluntas est defectibilis, idest vertibilis in nihil, cum sit ens creatum, & talis defectibilitas conuenit omni creature, quia omnis creatura ex ni-

hilo

hilo est; ultra hoc voluntas est defectibilis à rectitudine, & hoc competit tantum voluntati create, liberæ, quæ defectibilitas consequitur naturam specificam, quæ potest esse principium oppositorum, agendo scilicet, & deficiendo. *Scot. 4. sent. dist. 44. q. 2. in lit. B.*

46. Int. Quid est poena? Resp. poena formaliter est carentia boni convenientis voluntati, & volenti. *Scot. 2. sent. d. 37. q. 2. in l. C. c.*

Vel poena, prout est puniatio est perceptibilis carentia, boni convenientis in natura intellectuali, vel perceptibilis presentia mali disconuenientis in eadem natura. *Scot. 4. sent. dist. 46. quest. 4. l. A.*

47. Int. Vtrum poena debita peccato mortali sit infinita? Resp. est infinita extensiuè, & hoc, quia subiectum semper manet sub culpa (ordinatione Diuina) quia possit illam alio modo punire. *Se. 3. sent. d. 19. quest. 2. in l. H.*

48. Int. Quænam est maxima poena peccati? Resp. Potissima, & maxima poena peccati est priuatio maximi boni, qualis est formaliter in actu malo malitia culpæ auertere peccatorem à Deo. *Scot. 2. sentent. d. 7. quest. 2. in l. Z.*

49. Int. Vtrum peccatum sit poena peccati? Resp. affirmatiuè, quia peccatum est formaliter carentia boni convenientis voluntati, & volenti, siue sit bonum commodum, siue bonum iustum; imò quia bonum iustitiæ est magis conueniens voluntati, quam bonum commodi, sequitur, quod carentia, & ablatio talis

talis boni sit maior poena, & hæc carentia reperitur in peccato secundo respectu primi. *Se. 2. sent. dist. 37. quest. 2. in l. C. c.*

50. Int. Quomodo peccatum potest esse formaliter culpa, & formaliter poena? Resp. quod elicitiuè, scilicet tamquam à voluntate deficiente, tunc est culpa, sed subiectiuè, quatenus est in voluntate, sicut in subiecto, dicitur poena. *Scotus ibid. lit. C. c.*

51. Int. Quænam est differentia inter poenam, & culpam? Resp. hanc esse, quia poena est ordinatiua culpæ, non sic culpa, quæ est maius malum formaliter, quam poena; & ideo, ex quo Deus non vult culpam auferre sine poena, non potest melius, siue ordinatius anima culpabilis esse, quam quod sit in poena, quæ non est tantum malum formaliter, quantum est culpa, quia poena naturam sub culpa manentem ordinat. *Scotus ibid. lit. C. c.*

52. Int. Vtrum poena sit quid minus culpa? Resp. quod loquendo de poena inflicta à Deo semper non est maius malum, quam culpa, quia illa est satisfactoria in Purgatorio, & in via; loquendo autem de poena contracta, vel inflicta à voluntate peccante, deficiente, & à Deo tantum, ut deserente, tunc quandoque, vel est æquale, vel maius malum; hæc enim nullo modo potest esse satisfactoria. *Scot. sentent. dist. 37. quest. 2. in l. D. d. OTECAS*

53. Int. Vtrum omnis poena sit à Deo? Resp. quod loquendo de poena positua, omnis poena est à Deo; sed loquendo de poena priuatiua, quæ est visio-

nis, & fruitionis Dei, hæc non est à Deo deficiente, sed deferente, quatenus Deus naturam, quæ deficit, derelinquit in suo defectu, & in omnibus defectibus consequentibus ad illum. *Scot. ibid. lit. D. d.*

54. Int. Vtrum mors voluntariè accepta possit esse pœna deletiua peccati? Resp. quòd loquendo de peccato mortali, non potest esse delictum eius, nisi susceptio voluntaria Sacramenti penitentiae, vel aliqua dispositio tamquam meritum de congruo; at loquendo de peccato veniali, conceditur, quòd mors voluntariè accepta sit pœna sufficiens pro pœna cuiuscumq; peccati venialis (vt dictum est) & fortè pro magna parte pœnæ debitæ pro peccatis mortalibus dimissis. *Scot. 4. sent. d. 21. q. 1. l. H. I.*

55. Int. Quare peccatum mortale non potest deleri post mortem per merita facta in vita, sicut dictum est de peccato veniali? Resp. hoc est, quia Deus disposuit peccatum mortale non esse delendum, nisi per voluntariam susceptionem Baptismi, (vt dictum est) vel per aliquam dispositionem tamquam per meritum de condigno tunc inhaerentem, quando peccatum mortale deletur, quod non potest dari in decedente in peccato mortali; non sic est de peccato veniali. *Scot. ibid. lit. H.*

56. Int. Vtrum quis possit demereri in instanti mortis? Resp. quòd homo in tota vita sua existens in meritis non potest in instanti mortis demereri, nec ponere obicem; quin præmietur; meruit enim, vt tunc daretur impeccabilitas, nec tunc posset ponere

obi-

obicem, & ideo de meritis per totam moram viæ, non potest, quòd ille in instanti remunerationis ponat obicem, & ille non, per totam moram viæ. *Scotus 2. sent. dist. 5. q. 1. l. D.*

57. Int. Vtrum quis debeat appetere non esse ad vitandum peccatum mortale? Resp. quòd voluntas creata tenetur non vitare non esse à Deo annihilante, quia aliter peccaret mortaliter; quilibet enim secundum rectam rationem tenetur seruare præceptum Diuinum, & per consequens non facere peccatum in quocumque casu, quia peccatum est peccatum, quia est contra Dei præceptum: tunc enim sit contra regulam superiorem. Vnde, si non esse infligeretur à Deo, deberet quis voluntariè accipere. *Scot. 4. sent. d. 50. quest. 2. l. E. F.*

58. Int. Vtrum circa creaturam sit aliquod peccatum mortale ex genere? Resp. negatiue, quia ideo circa creaturam est peccatum, quia est præceptum; nam circa creaturam est actus circumstantionatus, vt cognoscere non suam, & hominem occidere, quæ pollet Deus reuocare, quemadmodum non posset reuocare, si essent actus ex genere mali. *Scot. ibid. l. E.*

59. Int. Vtrum peccatum possit esse in alio, præterquam in voluntate? Resp. quòd loquendo materialiter, peccatum est etiam in alijs actibus, quatenus imperantur à voluntate, scilicet in cogitatione, verbo, & opere; loquendo verò formaliter, & primò, est solum in voluntate, & in actu eius; voluntas enim tenetur habere rectitudinem in illis actibus, quia de-

bet

bet rectè mouere potentias inferiores illorum actuum, & si non rectè mouet, priuat eas illa rectitudine. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 4. l. A.*

60. Int. Vtrum alius actus à voluntate possit esse malus? Resp. nullus actus aliarum potentiarum inferiorum potest esse malus, neque materialiter, nisi qui est sub imperio voluntatis, id est quatenus potest imperari ab actu voluntatis formaliter malo. *Scot. ibid. lit. B.*

61. Int. Vtrum sint tantum tria peccata, scilicet cogitationis, sermonis, & operis, vt dicitur à Diuo Hieronymo? Resp. quod diuisio tradita à Diuo Hieronymo non est de peccato actuali formaliter, nec de subiecto formali peccati, quia tale est actus voluntatis, & non cogitatio sermo, vel opus exterius, sed est diuisio de subiecto materiali peccati, & potest huiusmodi diuisio sic formari. Peccatum, vel est in actu interiori, vel in actu exteriori, si in actu interiori, sic est cogitatio: si in actu exteriori, vel est in loquutione, & sic est sermo, vel in operatione, & sic est opus. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 4. l. S.*

62. Int. Vtrum hæc diuisio debeat intelligi eodem modo de omissione, & commissione? Resp. quod quantum ad peccatum commissionis debet intelligi positivè, sed quantum ad peccatum omissionis debet intelligi negativè, quatenus non concurret voluntas ad rectitudinem habendam, vel cogitationi, vel sermoni, vel operi. *Scot. ibid. l. S.*

63. Int. Quomodo cogitatio est sub imperio voluntatis?

luntatis, si prærequiritur ad actum eiusdem voluntatis? Resp. quod utiq; requirit volitio intellectioem priorem natura, sed sufficit, quod illa intellectio sit imperfecta ad hoc, quod voluntas illi complacat, vel non. Hinc cogitatio potest accipi pro intellectuone, quamvis non cognita, vel obiectum, qua existente perfecta, possunt inesse multæ intellectuones imperfectæ, & tunc voluntas potest velle complacere sibi in illa intellectuone, vel in obiecto illius intellectuonis, qua voluntate volente, & complacente, illa intellectuone intenditur, firmatur, & fit intensa, & perfecta; sicut ipsa voluntate nolente, vel sibi non complacente, illa intellectuone infirmatur, ac fit remissa, & imperfecta, & sic potest voluntas imperare cogitationem, & conuertere intellectum ad illam; quando voluntas non vult aliam intellectuonem, neque in ea complacet, tunc illa remittitur, vel desinit esse, quo modo voluntas facit auertere intellectum à sua intellectuone, quæ vt imperfecta erat prior naturaliter ipsa voluntate. *Scot. 2. sent. d. 42. q. 4. l. F. G. H.*

64. Int. Quomodo potest esse peccatum in cogitatione? Resp. quod quamuis peccatum sit in voluntate, tamen loquendo de cogitatione, voluntas potest concupiscere potentij inferioribus aliquod inordinatum, & delectari in illo, & tunc voluntas imperat cogitationem illius illiciti, quia vult, quod obiectum sit sibi præiens ad continuandam delectationem, & complacentiam in illo, & tunc est peccatum. *Scot. ibid. l. K.*

65 Int. Quando in cogitatione est peccatum? Resp. tunc est in cogitatione peccatum mortale, quando cognitum est illicitum, & delectatur voluntas de illo complacentia plena, & completa, & concupiscit, ad continuandum delectationem, quod semper obiectum illicitum sit præiens, ad quam delectationem sequitur deliberatio, per quam est peccatum mortale.

Scot. ibidem l. K.

66 Int. In qua specie peccati reperitur ista delectatio, & concupiscentia voluntatis? Resp. non solum circa carnalia, ut cogitare luxuriam, sed etiam circa alia peccata, puta morari cum delectatione in cogitatione mortis inimicorum, & circa, similia; unde patet, quod cogitatio de obiecto illicito procedens ex complacentia voluntatis in illo obiecto post deliberationem, est peccatum. *Scot. ibidem lit. K.*

97 Int. Vtrum sit peccatum mortale voluntati concupiscere sibi delectationem de obiecto illicito? Resp. affirmatiue, sicut etiam delectationem concupiscere potentia inferiori, ac etiam velle cogitationem de illo obiecto illicito. *Scot. ibid. l. L.*

68 Int. Vtrum ad hoc, quod cogitatio sit peccatum mortale requiratur consensus? Resp. quod secundum D. August. delectatio siue consensus in opus est peccatum mortale, ita quod sufficit consensus delectationis, non operis, cuius consensus dicitur plenus, & completus. *Scotus ibidem l. L.*

69 Int. Vtrum in eadem cogitatione possit esse peccatum mortale, & non esse? Resp. affirmatiue, quia

quantumcumque; cogitatio sit delectabilis, cum tamen obiectum non est delectabile, non est peccatum, & ideo aliquis vir deuotus potest delectari in cogitatione alicuius peccati, quod ipse detestatur, sicut ex opposito, potest delectari in cogitatione alicuius peccati, quatenus obiectum illicitum sit sibi præiens, ut delectetur illo, tamen in obiecto, & tunc est peccatum mortale. *Scot. 1. 2. sent. dist. 42. quest. 4. lit. L.*

70 Int. Quomodo viri Sancti detestantur cogitationes illicitas? Resp. quod viri Sancti detestantur cogitationes illicitas, illas scilicet, quæ sunt circa obiectum illicitum, ut in ipso obiecto voluntas delectetur; tunc enim est peccatum; at si delectationes placent, & continuatur, non propter obiectum illicitum, sed ut per eas ipsi ad finem debitum deducantur, tunc non est peccatum, & viri Sancti istas cogitationes non detestantur. *Scotus ibidem l. L.*

71 Int. Vtrum peccator recordando peccatum, teneatur illud detestari? Resp. affirmatiue, tenetur enim viator completa deliberatione, recordando peccatum commissum, ut detestetur, vel displiceat, alioquin peccat saltem omitendo. *Scot. 4. sent. dist. 45. q. 3. l. O.*

72 Int. Vtrum prima cogitatio inducat peccatum? Resp. negatiue, quia est prior naturaliter actu elicto voluntatis, tamen eadem cogitatio ut continuata, & firmata est peccatum mortale. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 4. l. M.*

73 Int. Quoties fiunt cogitationes? Resp. fiunt quo-

quoties sibi idest intellectui, occurrunt diuersa obiecta, & quoties homo surgit à somno, quia omnis cogitatio, quam habet, dicitur prima, etiam noua, quamuis de eodem subiecto. *Scotus ibidem lit. M.*

74. Int. Vtū prima cogitatio sit in nostra potestate? Resp. quod vtrique prima cogitatio non est in nostra potestate, tamen complacere cogitationi, acceptare, & tenere intellectum in illa est in potestate voluntatis, etsi nō est peccatum primo modo, est peccatum secundo modo. *Scot. 2. sent. d. 42. q. 4. l. M.*

75. Int. Quomodo sermo est in potestate voluntatis? Resp. est sermo in potestate voluntatis, quia potentia motiua hominis est in obedientia serui respectu voluntatis, quæ vocatur despotica: modo sermo pertinet ad virtutem motiuam, & ideo stat sermo sub imperio voluntatis, dummodo instrumentum non sit impeditum. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 4. lit. N.*

76. Int. Quomodo potest esse peccatum in sermone? Resp. quod peccatum, siue malitia est in sermone materialiter, quia formaliter est in voluntate; nam actus potentie motiue subest imperio voluntatis, & ideo debet esse circumstantionatus; & rectus rectitudine debita, quod transeat ad materiam debitam, vt ordinetur ad finem debitum, scilicet ad edificandum proximum, vt notificet illud, quod est in conceptu mentis, aliter enim esset mendacium; vnde ex defectu alicuius circumstantiæ, sermo est malus, est peccatum, quia voluntas debet imperare illam rectitudinem per omnes circumstantias in ipso sermone; si

im-

luntate, vel sunt actus voluntaris, quando sunt de imperat, non est peccatum, si non imperat, est peccatum. *Scot. ibid. l. N.*

77. Int. Quomodo in voce potest esse malitia? Resp. quod in voce, prout est vox significatiua ad placitum, potest esse malitia materialiter, quatenus ipsa est instrumentum voluntatis. *Sc. ibid. l. O.*

78. Int. Quomodo operationes aliarum potentiarum sunt in potestate voluntatis? Resp. quod tales operationes sunt sub imperio voluntatis, quatenus dependent à virtute motiua, quæ subiacet imperio voluntatis; nam vegetatiua circa nutritionem requirit appositionem nutritibilis, & actiua ad passiuum; sic similiter generatiua, ac etiam operationes sensitivæ, quæ appositio dependet à voluntate, & vltra hoc dependente à voluntate in quantum perfectius istæ potentie possunt in actum, ex hoc, quod voluntas habet actum suum circa idem obiectum. *Scot. 2. sent. d. 42. q. 4. l. P. Q.*

79. Int. Quomodo in operationibus potest esse malitia, & peccatum? Resp. sicut dictum est de alijs, quod potest in operationibus esse malitia materialiter, quatenus non sunt cum debitis circumstantijs, & carent rectitudine participata à voluntate, quam deberet habere. *Scot. ibid. l. R.*

80. Int. Vtrum primi motus sint peccatum? Resp. negatiue, loquendo de primis motibus potentiarum inferiorum, quæ præcedunt actum voluntatis; at loquendo de primis motibus, qui sunt in vo-

B b b b

ob-

obiecto illicito, sunt peccatum, ut quando voluntas delectatur appetitui sensitivo. *Scot. ibid. l. R.*

81 Int. Vtrum primi motus aliarum potentiarum possint esse aliquo modo peccatum? Resp. quod ex hoc, quod voluntas non praevenit dare illi rectitudinem possunt dici peccata, non commissio- nis, sed omissionis; quatenus voluntas omittit praevenire. *Scot. ibid. l. R.*

82 Int. Quomodo in aliquibus operationibus potest esse peccatum, si in illis communicamus cum brutis, quae non possunt auerit a fine? Resp. quod licet appetitus sensitivi sint nobis communes, & brutis, tamen nostri sunt liberi per participationem, quamvis non per actum suum, quo modo non sunt communes cum brutis, quae non sunt participatio- nis, & secundum talem libertatem subsunt imperio voluntatis, & possunt esse materialiter peccata. *Scot. ibid. l. R.*

83 Int. Vtrum tantum sint septem peccata capitalia? Resp. quod, licet communiter detur talis peccatorum divisio, tamen non est sufficiens, quia vel distinguuntur per habitus malos oppositos habitibus bonis, scilicet tribus Theologicis, & quatuor Moralibus, & tunc non est sufficiens divisio, quia desperatio opponitur spei, & infidelitas fidei, & tamen hi duo habitus mali non includuntur inter septem vitia capitalia. Vel distinguuntur per actus bonos, quales sunt decem praeceptorum, & sic deberent esse decem peccata capitalia, & tunc illa divi-
sio

sio in septem non est sufficiens. Fortè ista sunt peccata communiora tamquam radices communes, & ad alia peccata sicut occasiones peccandi. *Scot. 2. sent. d. 6. q. 2. l. Q.*

84 Int. Quomodo peccata capitalia assignantur? Resp. quod voluntas coniungitur, vel appetitui sensitivo circa sensibilia delectabilia, & sic sunt duo vitia capitalia carnalia, scilicet luxuria, & gula; aut voluntas est circa delectabile ipsi voluntati in se non secundum appetitum sensitivum, & sic sunt peccata capitalia spiritualia, ut sunt superbia, ira, invidia, & accidia, aut voluntas est circa delectabile vile, & sic est auaritia. *Scot. 2. sent. d. 42. q. 5. l. T.*

85 Int. Quotuplex est superbia? Resp. superbia est duplex, vna praesumptionis, altera ambitionis: elicitur ex. *Scot. 2. sent. d. 6. q. 2. l. N. O.*

86 Int. Quenam est prima species superbiae? Resp. prima species superbiae est praesumptio. *Scotus ibidem l. O.*

87 Int. Ad quod se extendit praesumptio? Resp. praesumptio se extendit ad velle, quod bonum praesumentis sit secundum se magnum & ita magnum, quod sine alicuius alterius aduentu vult illud esse maius omnibus alijs, quae praesumens non ita diligit. *Scot. ibid. l. P.*

88 Int. Vtrum praesumptio sit peccatum intellectus, vel voluntatis? Resp. quod est peccatum voluntatis immoderate appetentis bonum suum esse tantum, quantum non est. *Scot. ibid. l. P.*

89 Int.

89 Int. Quid est superbia ambitionis? Resp. est immoderatus appetitus propriæ excellentiæ. *Scot. 2. sent. d. 6. q. 2. l. N.*

90 Int. In quo consistit peccatum luxuriæ? Resp. quod quamuis propriè luxuria sit in actibus carnis tamen omne delectabile immoderatè appetitum, in quantum delectabile, potest dici luxuria. *Scot. 2. sent. d. 6. q. 2. l. P.*

91 Int. Quare tentatio carnis difficile vincitur? Resp. quia huiusmodi tentatione de nostro contra nos roboratur. *Scot. 2. sent. d. 21. q. vn. l. F.*

92 Int. Quid est furtum? Resp. furtum est acceptio rei alienæ contra voluntatem eius, cuius est. *Scot. 3. sent. d. 38. q. vn. l. A.*

93 Int. Quid est proprietarius? Resp. proprietarius est ille, qui in habendo rem, nullo modo dependet ab alio. *Scot. 1. sent. d. 12. q. 2. l. B.*

94 Int. Quid est usurarius? Resp. usurarius est ille, qui in habendo rem, ab alio dependet. *Scot. ibidem. l. B.*

95 Int. Quid est irasci? Resp. ex Aristotele, irasci est appetere vindictam secundum rationem apparentem propter apparentem parvipensionem. *Scot. 3. sent. d. 24. q. vn. l. F.*

96 Int. Quomodo potest esse peccatum in Spiritum Sanctum? Resp. quod peccatum in Spiritum Sanctum non recipitur, quod aliquis peccet contra ipsum, non peccando actualiter contra alias personas, sed accipitur appropriatè, quia Spiritu Sancto appro-

appropriatur bonitas, ideo peccatum ex certa malitia opposita bonitati est peccatum in Spiritum Sanctum, sicut ignorantia dicitur esse contra filium, quia filio attribuitur sapientia. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 1. l. C.*

97 Int. Vtrum voluntas possit auerti ab vna persona, non auertendo se ab alia? Resp. affirmatiuè, loquendo de auersione actuali; nam sicut habemus reuerentiam actualiter vni personæ, & non alijs, vt in Collectis, & Hymnis Ecclesiæ hoc fit aperte; sic similiter dicendum est de irreuerentia, & auersione actuali; loquendo tamen de auersione virtuali, nequaquam, quia voluntas non potest se auertere ab vna persona, quin virtualiter se auertat ab alia, & ita non potest peccare in vnâ personam, quin peccet in aliam. *Scot. 2. sent. d. 42. q. 1. l. A.*

98 Int. Vtrum omne peccatum ex malitia sit in Spiritum Sanctum? Resp. negativè; nam potest esse peccatum ex certa malitia contra præceptum secundæ tabulæ, & tunc non erit peccatum grauissimum, quo modo est peccatum in Spiritum Sanctum. *Scot. ibid. l. C.*

99 Int. Quodnam est peccatum in Spiritum Sanctum? Resp. quod cum peccatum in Spiritum Sanctum sit grauissimum, quia opponitur actui perfectissimo conuersiuo in Deum, scilicet charitati, & tale non possit esse odium Dei; quia formaliter Deus non potest odiri, necessariò debemus dicere, quod sit oppositum spei; quod est desperatio, seu obstinatio

tio in malum. *Scot. ibid. l. D.*

100. Int. Vtrū possit esse odium Dei? Resp. quod potest teneri pars negatiua, quia in Deo nulla potest reperiri ratio mali, tamen potest esse odium respectu ad eius iustitiam, non in se, sed quantum ad effectum eius appropriatum, idest volendo iustitiam Dei non esse vindicantem. *Scot. 2. sentent. dist. 6. q. 2. lit. N.*

101. Int. Vtrum damnati delectabiliter habeant odium Dei? Resp. negatiue, quia impossibile est in odio Dei delectari. Hinc verum est, quod *Esai. cap. vii.* dicit, *Vermis enim corum non morietur*, aliter damnati simpliciter, & delectabiliter odirent Deum absque remorsu. *Scot. 3. sent. d. 36. q. vi. l. F.*

102. Int. Quot requiruntur ad peccatum in Spiritum Sanctum? Resp. tria requiruntur; primum, quod sit ex certa malitia; secundum, quod sit contra preceptum primæ tabule; tertium, quod sit actus oppositus perfectissimo actui conuersio in Deum, & tale est impenitentia finalis. *Scot. 2. sent. dist. 42. quest. 1. lit. D.*

103. Int. Quomodo intelligitur impenitentia finalis? Resp. impenitentia finalis est, non quia homo decedit sine penitentia, sed quia homo habet propositum de nunquam penitendo, quod oritur ex desperatione; vnde dicit D. August. quod pessimi incidunt in hoc peccatum. *Scot. 2. sent. dist. 42. q. 2. lit. D.*

104. Int. Vtrum hoc peccatum sit irremissibile? Resp.

Resp. quod loquendo simpliciter non est irremissibile, quia si non remittitur, neque in hoc mundo, neque in futuro sæculo, est, quia non habet penitentiam comitem, quod potest conuenire omni peccato mortali, ac si haberet penitentiam, remitteretur. *Scotus ibidem l. D.*

105. Int. Quomodo hoc peccatum dicitur irremissibile? Resp. primò dicitur irremissibile, quia hoc peccatum opponitur directè principio remissionis, scilicet misericordie Diuinæ, quæ est in principium remittendi peccata, & dat homini iustitiam; talis enim peccator diffidit de Diuina misericordia & desperat; secundò, quia corrumpit dispositionem ad remissionem in eo, cui debet remitti, & talis dispositio est aliqualis displicentia de peccato cum conuersione ad Deum. *Scotus ibid. l. E.*

106. Int. Vtrum in via detur, incorrigibilis? Resp. negatiue, quia voluntas cum sit potentia libera potest malum non operari. *Scot. 3. sent. dist. 36. quest. vi. l. F.*

107. Int. Vnde prouenit obstinatio peccatoris in malo? Resp. quod obstinatio, vt dicit malitiam peccati in voluntate, potest dici à Deo, non positiuè volente, sed deserente, & nolente dare gratiam; sicut enim illum gratificat, cui disposuit gratiam dare, ita illum non gratificat, quem derelinquit, hoc est, habet nolle respectu gratificationis eius.

Scot. 2. sent. d. 7. q. vi. l. N.

DE
VIRTUTIBVS
THEOLOGICIS.

TIT. XXVII.

INt. Quid est virtus Theologica? Resp. est illa, quæ est nata per se infunditur a Deo, & circa Deum immediate versatur. *Scot. 3. sent. d. 26. q. vn. l. 6.*

2 Int. Quot conditiones requiruntur ad virtutem Theologicam? Resp. tres conditiones requiruntur; prima est, quod habeat Deum pro primo obiecto: secunda, quod habeat pro regula primam Regulam humanorum actuum; tertia, quod infundatur a Deo, vt à causa efficiente. *Scotus ibid. l. F.*

3 Int. Vtrum virtus Theologica possit determinare medium? Resp. quod si loquamur de medio ex parte actus, & obiecti simul, hoc est proprium virtutis moralis determinare medium, temperantia enim sic se habet, vt possit tendere in obiectum excedens, & in obiectum deficiens, & possit tendere in obiectum

etiam actu deficiente, & actu excedente; si loquamur autem de medio ex parte actus tantum, conceditur etiam de Virtute Theologica, quia Spes potest tendere in obiectum infinitum actu moderato, & actu immoderato, Fides inter leuitatem, & pertinaciam, & Charitas nimis intense, & remisse potest tendere in Deum. *Scot. 3. sent. d. 26. q. vn. l. M.*

4 Int. Quot sunt virtutes Theologicae? Resp. sunt tres, Fides, Spes, & Charitas; nam homo perficitur, vel circa cognitionem, vel circa appetitum; si circa cognitionem, sic est Fides; si circa appetitum, vel est appetitus in ordine ad Deum in se, & sic est Charitas, vel est appetitus in ordine ad Deum, vt commodum sibi, & sic est Spes. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. C.*

5 Int. Vtrum virtutes Theologicae habeant connexionem cum moralibus? Resp. negatiue; nam si aliquis prius vitiosus de nouo conuertatur, in penitentia habet omnes virtutes Theologicas, & non morales; non enim operatur delectabiliter, & promptè actus virtutum, nisi prius illas acquirat. *Scot. 3. sent. d. 26. q. vn. l. O.*

6 Int. Vtrum virtutes Theologicae sint connexae inter se? Resp. negatiue, quia in patria manebit habitus, & actus charitatis sine habitu, & actu fidei, & spei, sicut in via, in peccatore manet fides, & spes, sed per peccatum corrumpitur charitas. *Scot. ibidem lit. R.*

7 Int. Vtrum virtutes sint connexae in infusione? Resp.

Cccc

Resp. affirmatiue; tamen non necessario contectuntur, sed ex liberalitate Dei; nam Deus potest vnam sine alia virtute creare, & infundere, sed quia sanans sanat totum hominem, ideo sanat intellectum per fidem, & voluntatem per spem, & charitatem, & sic perfecte sanat, vt habetur de Patient. dist. 3. can. 42. Sunt plures. Scot. 3. sent. dist. 36. quast. vn. lit. R.

8 Int. Vtrum voluntas sufficienter perficiatur per virtutem Theologicam? Resp. quod in ordine ad bonum Diuinum, & vltimum finem, sufficienter virtus Theologica perficit voluntatem; tamen quantum ad bonum, quod habet talem bonitatem sibi convenientem, secundum suam propriam rationem, requiritur, quod voluntas perficiatur alio habitu, & est habitus moralis. Scot. 3. sent. dist. 33. quast. vn. lit. N.

9 Int. Quid est fides? Resp. fides, secundum Apostolum Hebr. cap. 11. Est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Scot. 3. sent. d. 31. q. vn. l. A.

10 Int. Quoruplex est fides? Resp. duplex est fides, infusa scilicet, & acquisita; Fides acquisita est habitus credendi acquisitus per assensum ad credibilia reuelata per alios, puta per Ecclesiam, per scripturas sacras, & Auctores suos, de qua dicit D. Augusti. Epist. contr. fundament. Manich. non crederem Euangelio, nisi Ecclesia Catholica crederem; vnde ideo credo Euangelio fide acquisita, quia Ecclesia tenet scri-

scriptores veraces, quos ego audiens, acquirō mihi habitum credendi illorum dictis. Hinc Paul. ad Roman. cap. 10. Quomodo credens ei, quem non audierunt, &c. ergo fides generatur, quia credens audit; Fides autem infusa est habitus inclinans intellectum nostrum in assensum certum, & firmum Articulorum. Vel fides acquisita est certus assensus, quo firmiter adhaeremus credibilibus reuelatis in scriptura generatus ex auditu illorum, & ex actibus nostris. Scot. 3. sent. d. 23. q. vn. l. A. C. E.

11 Int. Vtrum ad salutem necessario requiratur fides? Resp. quod in adultis requiritur fides quō ad actum, non in paruulis, qui non possunt elicere actum fidei; & ideo si habetur Matth. cap. vsi. Qui non crediderit, condemnabitur; intelligitur de fide quantum ad habitum, non autem quantum ad actum credendi, quia paruuli possunt habere habitum fidei infusum, quamuis non actum. Scot. 4. sent. dist. 4. q. 1. l. A.

12 Int. Vtrum fides infusa fuerit necessaria homini saluando pro omni statu? Resp. affirmatiue, quia sicut anima non est accepta Deo, nisi ornetur, & perficiatur per charitatem quō ad voluntatem, sic non acceptatur à Deo, nisi perficiatur habitu supernaturali quō ad intellectum, & talis habitus est fides infusa, & quō ad habitum, & quō ad actum hinc in omni statu est necessaria. Scot. 3. sentent. dist. 25. q. 1. lit. A.

13 Int. Ad quid ponitur fides infusa? Resp. ponitur

tur fides infusa ad firmiter assentiendum credibilibus revelatis propter veracitatem Dei revelantis, & ponitur ad assentiendum Deo, de quo Articuli formantur. Ponitur similiter ad perficiendum animam in actu primo accidentali, ac etiam propter perfectionem gradus actus secundi, quem gradum non potest habere intellectus cum fide acquisita solum, & ad firmiter adherendum, & indeceptibiliter assentiendum sine dubitatione. *Scot. 3. sent. dist. 23. q. vn. l. D. E. F. H.*

14 Int. Quam dubitationem expellit fides? Resp. Fides excludit dubitationem, vincentem, & trahentem in oppositum credibilis. *Scot. ibid. l. G.*

15 Int. An sufficiat fides acquisita ad assensum certam? Resp. sufficit fides acquisita, quatenus credere opponitur opinioni, non autem est ita perfectè certus, sicut cum fide infusa; nec esset actus ita intentus, nec sufficit in actu primo, quia fides acquisita non perficit animam ita perfectè, sicut infusa. *Scot. 3. sent. d. 23. q. vn. l. L.*

16 Int. An possit demonstrari fidem infusam inesse anime nostræ? Resp. negatiue, loquendo naturaliter, sed bene propter auctoritatem scripturæ, & Sanctorum, supposita scilicet fide credendo dictis illorum; quia sicut credo Deum trinum, & vnum, ita credo me habere fidem infusam, qua ego credo Deum trinum, & vnum. *Scot. ibid. l. F.*

17 Int. Quando Deus dat fidem infusam? Resp. Dat Deus fides infusam simul cum gratia in Baptismo.

mo. *Scot. Prolog. sent. quest. 1. lit. I.*

18 Int. Vtrum fides infusa possit inclinare ad aliquid falsum? Resp. negatiue; nam inclinatur ad determinate verum, quia inclinatur virtute luminis Diuini, cuius est participatio, & ideo non nisi ad illud, quod est conforme illi lumini Diuino. *Scot. Quolib. q. 17 l. M.*

19 Int. Vtrum quis possit credere actu fidei infusæ, & testimonio assententis? Resp. affirmatiue; nam credere supernaturale est actus vt elicited secundum inclinationem fidei infusæ, & credere naturale est actus elicited secundum certitudinem acceptam ab aliquo testificante, quæ possunt esse idem, quamuis ille actus, vt naturalis, sit potentialis ad illam perfectionem, quam recipit à fide infusa. *Scotus ibidem l. L. & q. 14. l. I.*

20 Int. A quo dependet actus credendi? Resp. dependet à duobus, scilicet ab habitu inclinante, & à præsentia credibilis, quod credibile non est præsens in habitu, sed præsentatur per doctrinam. *Scot. 3. sent. d. 23. q. 1. l. K.*

21 Int. Vtrum fides possit separari à charitate, & e converso? Resp. quod Deus statuit de lege ordinata perficere totum hominem, videlicet animam quæ ad totum, in voluntate scilicet, & in intellectu per charitatem, & fidem; tamen sine contradictione ista duo possunt separari, & de facto separantur; in via enim datur fides informis, id est sine charitate, & in Patria datur charitas sine fide. *Scot. ib. l. A.*

22 Int.

22. Int. Vtrum fides infusa possit corrumpi? Resp. affirmatiue; potest enim casualiter corrumpi a Deo, a quo creatur, quia eiusdem est creare, & annihilare; sed a nobis demeritoriè, scilicet demerendo conseruationem ipsius fidei infusæ dependentem à Deo, & corrumpitur non per aliud, quam per suum oppositum, scilicet per infidelitatem, & per errorem circa credibilia. *Scot. 3. sententiar. dist. 23. quest. vn. lit. L.*

23. Int. Quanam fides corrumpitur propter hæresim? Resp. fides infusa corrumpitur, qua corrupta, tunc hereticus alios articulos credit hinc acquisita, non fide noua acquisita post errorem, sed acquisita ante illum errorem. *Scot. 3. sent. dist. 23. quest. vn. l. B.*

24. Int. Vtrum errantem circa vnum articulum oporteat errare circa omnes? Resp. negatiue, quia hæreses non sunt connectæ necessariò, & vna potest stare sine alia. *Scot. ibid. l. B.*

25. Int. An heretici adhaerant, & assentiant falsis sine ratione? Resp. negatiue, quia nullus hereticus (loquendo proprie de heretico, & excluendo infidelem) est qui non reputet se Christianum, & ideo talis hereticus errat male intelligendo aliquam auctoritatem sacre scripturæ, & ex illo falso intellectu scripturæ concludit conclusionem falsam, cui pertinaciter adhaeret; exempli gratia; Si quis male intelligat dictum Apostoli *Rom. cap. 14. Quis infirmus est, alius manducet*, & hinc inferat arguendum esse omnem

omnem infirmum, aliud, præter olus, manducantem; nam intelligentia istius auctoritatis non est de infirmitate corporali, sed de spirituali, & vult dicere Apostolus: qui infirmus est per peccatum, olera manducet, hoc est, poenitentiam assumat. *Scot. ibid. lit. L.*

26. Int. Vtrum fides infusa sit habitus perfectior, quocumque habitum acquisito? Resp. affirmatiue, & hinc, ratione suæ perfectionis non potest causari nisi à Deo in ratione causæ, vt causat obiectum, vel per alium modum supplendo vicem obiecti; Deus enim reuelat articulum, qui articulus reuelatus est obiectum fidei. *Scotus ibid. l. L.*

27. Int. Vtrum actus credendi sit simpliciter perfectior, quam actus intelligendi elicitus ab habitu naturali perfecto primorum principiorum? Resp. affirmatiue, si loquamur de actibus in se; quia actus credendi elicitur à perfectiori principio, & tendit in perfectius obiectum, scilicet in Deum; si vero loquamur quantum ad attingentiam obiecti, tunc actus intelligendi est perfectior, quia obiectum non excedit actum in intelligibilitate, quantum Deus excedit actum credendi; quod patet per exemplum de Sole respectu Aquilæ, & de lumine candelæ respectu nostræ visionis, nam respectu Solis, visio Aquilæ est perfectior secundum se, quia elicita est ab aculiori, & perfectionis potentia, sed respectu candelæ, visio nostra est perfectior quò ad attingentiam obiecti; quia magis nostra visio attingit de lumine candelæ, quam visio Aquilæ de lumine Solis; quamuis etiam

in hoc sit perfectior visio Aquilæ secundum proportionem Arithmeticam, quia nobilior est parum attingere de nobilioribus obiectis, quam multum attingere de alijs; non de proportione Geometrica, quia visio nostra perfectior est visione Aquilæ. Scot. 3. sent. d. 23. q. vn. l. M.

28. Int. Vtrum scientia possit simul stare cum fide? Resp. quod accipiendo scientiam, prout est aliqua notitia cum adhesionem firma, talis scientia potest stare cum fide, imò ipsa fides est scientia hoc modo accepta similiter accipiendo scientiam, prout est assensus per credulitatem adherendo testimonio alieno, & assentiendo veritati scitæ, seclusa euidencia necessaria, potest hæc scientia stare cum fide infusa, qua quis firmiter assentitur alteri parti contradictionis, sed accipiendo scientiam propriè cum quatuor conditionibus, scilicet certa, de obiecto necessario, euidens, & per discursum syllogisticum, non potest hæc scientia stare cum fide. Scot. 3. sent. dist. 24. q. vn. l. D.

29. Int. Vtrum notitia, quæ habetur de his, quæ traduntur in Canone Bibliæ habeatur per modum scientiæ demonstratiuæ? Resp. negatiue, quia talis notitia non potest demonstratiue concludi; illa enim, quæ traduntur in Biblia, simul præcipiuntur, eisque omnibus immediatè assentitur, & non assentitur vni propter aliud, imò si vnum probaretur ex alio, non assentiretur ei, quia est sic probatum assentitur enim propter auctoritatem Dei, ratione cuius immediatè assen-

assentitur omnibus traditis in Biblia. Scot. 3. sent. d. 24. q. vn. l. E.

30. Int. Vtrum exponentes sacram scripturam, & contraria soluentes, habeant habitum aliquem distinctum à fide? Resp. quod, quando expositor exponit vnam scripturam per aliam, scilicet vnum locum obscurum per alium locum manifestum, tunc ille non habet maiorem certitudinem de loco exposito, quam de loco exponente, & sic non potest habere scientiam propriè dictam; si verò expositor exponit scripturam per alias scientias immiscendo Metaphysicæ, &c. ad intelligenda plura de fide, tunc talis expositor habet alium habitum à fide, sed non erit vera scientia, quia formando demonstrationes, erunt ex aliquo principio fidei, & tunc conclusio erit de fide, & non habebit euidenciam. Scot. ibid. l. F.

31. Int. Vtrum Prophetæ, quibus primò veritas sacræ scripturæ reuelata est habuerint verè scientiam de reuelatis? Resp. quod Prophetæ, & multi alij habuerunt habitum præbentem magnum assensum, ita quod illum habentes non potuerunt non assentiri veritati; tamen illa certitudo non fuit euidens euidencia rei, & ideo non habuerunt veram scientiam, quamuis certitudo illa fuerit ita firma, sicut certitudo scientialis; fuit tamen maior certitudo, quam certitudo fidei, quia fides non excludit omnem dubitationem, sicut excluderat illa notitia Prophetarum, fides enim, (vt dictum est) non excludit dubitationem non vincentem, & non trahentem ad oppositum,

tum, sicut est dubitatio leuis. *Scorsim ibidem l. G.*
 32 Int. Vtrum quis possit de Articulis reuelatis habere simul scientiam, & fidem? Resp. negatiue, quia euidencia rei repugnat fidei; & licet Petrus, & Ioannes viderint Iesum crucifixum; pro tunc non crediderunt, nec postea recogitando illum articulum, credebant, quia viderunt illum intuitiue; & quia habuerunt veram fidem de alijs, ita credidissent Iesum esse crucifixum, si cum non vidissent. *Scor. 3. sent. d. 24. q. vn. l. L.*

33 Int. Quot sunt Articuli fidei? Resp. si loquamur quantum ad numerum illorum, qui primo distinxerunt, Articuli fidei sunt duodecim, secundum numerum duodecim Apostolorum; si verò loquamur quantum ad ipsa credita; Articuli sunt quatuordecim, & probatur, quia, aut Articuli sunt de Deo tantum, aut de Deo secundum naturam humanam assumptam, si de Deo tantum, aut, ratione naturæ, seu essentia, aut ratione personarum, aut ratione effectus Dei: si ratione essentia, habetur primus Articulus. *Credo in Deum*, si ratione personarum, habentur tres Articuli, quia sunt tres personæ. Primus, *Patrem Omnipotentem*. Secundus, *Iesum Filium eius unicum Dominum nostrum*. Tertius, *Credo in Spiritum Sanctum*. Si ratione effectus Dei, tunc sunt tres Articuli; Primus quò ad creationem, *Creatorem Cæli, & terræ*; Secundus quantum ad gratificationem, *Remissionem peccatorum*; Tertius quantum ad glorificationem, *Carne resurrectionem, &c.* Si fuerint perti-

nentes ad Deum ratione humana nature assumptæ, tunc sunt septem Articuli; Primus pertinet ad conceptionem, *Conceptus de Spiritu Sancto*; Secundus natiuitatem, *Natus de Maria Virgine*; Tertius ad Passionem, *Passus sub Pontio Pilato*; Quartus ad descensionem ad inferos, *Descendit ad inferos*; Quintus ad resurrectionem, *Tertia die resurrexit à mortuis*; Sextus ad ascensionem, *Ascendit ad Cælos*; Septimus ad iudicium, *In die venturus est iudicare vivos, & mortuos*. Ecce quomodo sunt quatuordecim Articuli; at qui a aliqui distinguunt, *Carne resurrectionem*, & dicunt esse vnum Articulum, & *Vita æternam*; alium Articulum, possent quis dicere quindecim esse Articulos fidei. *Scor. 3. sent. d. 25. q. 1. l. C.*

34 Int. Quomodo posuerunt Apostoli hos Articulos? Resp. Petrus tres Articulos complexus est in vnum, scilicet quantum ad vnitatem essentia, *Credo in vnum Deum*, quantum ad omnipotentiam Patris, *Patrem omnipotentem*, & quantum ad opus creationis, *Creatorem Cæli, & terræ*. Ioannes posuit Articulum de persona Filij, *In Iesum Filium eius unicum Dominum nostrum*. Iacobus Zebædi coniunxit Articulos de conceptione, & de natiuitate, *Conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine*. Andreas posuit Articulum de Passione, *Passus sub Pontio Pilato, mortuus, & sepultus*. Philippus de descensu ad inferos, *Descendit ad inferos*. Thomas posuit resurrectionem, *Tertia die resurrexit à mortuis*. Bartholomæus Ascensionem, *Ascendit ad Cælos*. Mathæus Aduentum

tum ad Iudicium, *Inde venturus est iudicare vivos, & mortuos* Iacobus Alphei posuit Articulum de Spiritu Sancto, *Credo in Spiritum Sanctum*. Articulum quò ad opus gratificationis duo Apostoli posuerunt; nam Simon posuit effectum gratiæ quò ad collationem boni, *Sanciam Ecclesiam Catholicam Sanctorum Communionem*, & Iudas Iacobi, posuit effectum gratiæ quò ad mali remotionem, *Remissionem peccatorum*. Matthias tandem posuit glorificationem, *Vitam æternam*. *Scot. 3. sent. d. 25. q. 1. l. C.*

35 Int. An omnes Articuli habentur in Evangelio? Resp. quòd Christum descendisse ad inferos non habetur in Evangelio, & tamen hoc tenendum est, sicut Articulus fidei, quia ponitur in Symbolo Apostolorum, & ita multa alia de Sacramentis Ecclesie non sunt expressa in Evangelio, & tamen Ecclesia tenet illa esse tradita certitudinaliter ab Apostolis, & periculosum esset errare circa illa, quæ non tantum ab Apostolis descendunt per scripta, sed etiã, quæ per consuetudinem vniuersalis Ecclesie tenenda sunt: nec Christus in Evangelio docuit omnia pertinentia ad dispensationem Sacramentorum; Dixit enim Discipulis suis *Iohan. c. 16. Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; multa igitur eos Spiritus Sanctus docuit, quæ nõ sunt scripta in Evangelio. Sc. 2. sent. d. 11. q. 1. l. D.*

36 Int. Vtrum sit necessarium habere actum fidei circa omnes Articulos pro omni statu? Resp.

affir-

affirmatiuè, quantum ad actum implicitum necessarium fuit habere actum de omnibus, & tunc habetur huiusmodi actus implicitus, quando habetur habitus; nihilominus in habente vltim rationis requiritur actus distinctior, & explicitus. *Scot. 3. sent. d. 25. q. 1. l. D.*

37 Int. Vtrum pro statu isto requiratur necessarium in quolibet, quòd credat distinctè omnes illos Articulos fidei? Resp. negatiuè; Deus enim non obligat ad impossibile, ideo, si sit aliquis rudis, qui non possit concipere quid est natura, & quid est persona, non est necesse, quòd habeat actum explicitum de Articulis pertinente ad essentiæ vnitatem, & personarum Trinitatem distinctè, sicut habent. Clerici litterati, & tunc, si non potest talia intelligere, sufficit, quòd credat, sicut Ecclesia credit. *Scotus ibidem l. D.*

38 Int. Vtrum habens vsum rationis teneatur aliquando habere actum explicitum de Articulis? Resp. affirmatiuè, & maxime quantum ad illa, quæ sunt magis facilia ad capiendum; vt Christus natus est, passus, mortuus, &c. & alia, quæ pertinent ad redemptionem; ad istos tenetur pro aliquando ad actum explicitum, & ad alios Articulos in generali, scilicet, vt credat, quòd Ecclesia credit. *Scot. ibid. l. D.*

39 Int. Vtrum aliquis teneatur ad omnia credenda explicitè? Resp. quòd maiores in Ecclesia, qui prædicantur alijs, tenentur alios instruere in fide verbo veritatis, & exemplo honestatis, de quibus lo-

qui-

quitur D. Aug. 14. de Trinit. cap. 1. Aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat, propter adipiscendam vitam beatam quæ non nisi æterna est; aliud est scire quemadmodum hoc ipsum pijs opuletur, & contra impios defendatur, quod est maiorum in Ecclesia, aliter deficeret citò fides simplicium; maiores igitur, qui habent alios instruere, tenentur fidem explicitè habere de omnibus, & pro tempore, & explicare alijs secundum capacitatem eorum illa, quæ sunt credenda. Scot. 3. sentent. dist. 25. quest. 1. lit. D.

40 Int. Vtrum simplex qui non tenetur omnia credibilia explicitè credere, tenetur cauere quemlibet errorem contrarium illis Articulis? Resp. affirmatiuè; quilibet enim simplex tenetur cauere non solum errorem contrarium Articulis numeratis, sed etiam omne, quod est contrarium veritati scripturæ, scilicet Canonis Bibliæ; & si aliquis adhereret pertinaciter contrario alicuius veritatis in Biblia, iudicaretur hæreticus; & quamuis non tenetur ad credere explicitè Articulos, nihilominus debet cauere contrarium, quoniam in moralibus hoc idem patet; nam quilibet tenetur cauere omnes peccatum mortale, & tamen non tenetur scire, cognoscere explicitè in quo gradu superbia, vel gula est peccatum mortale, quia neque multi experti in scientia hoc sciunt. Scotus ibid. l. D.

41 Int. Vtrum si aliquis, cui incumbit, prædicaret oppositum fidei, posset simplex adherere illius doctri-

æritæ credendo, tamquam verum, aliquod falsum? Resp. quod si illa, quæ prædicantur, sunt necessaria simplici ad explicitè credendum, scilicet Christus natus est de Virgine Maria, quod fuit crucifixus pro redemptione generis humani, hæc debet etiam simplex credere, & oppositum cauere; sed si audierit aliquid de nouo prædicari in vno loco, & non in alio, tunc non est necessarium simplici credere illud, adherendo firmiter illi, qui prædicat; imò necessarium est illi non adherere; quovsq; sciat illud credi ab Ecclesia tamquam verum. Scot. ibid. l. E.

42 Int. Quare maiores tenentur ad credendum magis explicitè, & ad veritatem scripturæ magis intelligendam, quam simplices? Resp. quod non habuerunt hanc obligationem ex Baptismo, sed quia curam animarum suscipiunt, & quia sunt in statu altiori, quam simplices, ideo obligant se ad illuminandum alios, & per consequens ad veritatem scripturæ capiendam, & explicitè credendam. Scot. 3. sent. d. 25. q. 1. l. F.

43 Int. An omnes eodem modo debeant credere Articulos de Deo Redemptore? Resp. quod sicut fuit semper necessaria fides de Creatore ad salutem, sic fides de Redemptore post lapsum fuit necessaria ad salutem in omni statu, sicuti in statu naturæ reparatæ; sed non sic explicitè pro omni statu; quia ante legem, necessarium fuit solum credere generaliter, & hoc sufficiebat ad salutem; post legem verò tenebantur credere magis explicitè, quia ipsi habuerunt fidem

dem Redemptoris magis explicitè traditam à Prophetis, & Psalmis. *Scot. 3. sent. d. 25. q. 1. l. F.*

44. Int. Vtrum in lege noua nos teneamur ad tot explicitè credenda, sicut in lege veteri? Resp. quòd nullus in lege veteri habuit tot explicitè credibilia reuelata, sicut nos; & ideo nullus tenebatur ad credendam tot credibilia explicitè, sicut nos tenemur; & si aliquis habuerit tot reuelata, vt fortè Abraham, tenebatur illa credere, & alijs credenda explicare pro captu mentis, siue pro itatu illo. *Scotus ibid. lit. G.*

45. Int. Quenam est differentia in modo credendi veterum Patrum, & nostro? Resp. hæc est differentia, quia circa Articulos de Redemptore illi credebant sub complexione de futuro; nos autem sub complexione de præterito, quia ipsi credebant Christum nasciturum; nos autem credimus Christum natum. *Scot. ibid. l. H.*

46. Int. Vtrum sit vtile asserere rationes ad probandum Articulum fidei? Resp. quòd si haberentur rationes necessariae ad probandum factum; esset vtrique vtile, & etiam ad probandam possibilitatem facti contra infidelem, quia per hoc aliquàlter persuaderetur, ne resisteret talibus creditis tamquam impossibilibus; non tamen est vtile adducere sophismata pro demonstrationibus; tunc enim esset periculosum contra infideles, quia exponeretur fides derisioni, & tunc melius est ignorantem se scire ignorare, quam propter sophismata opinari se scire. *Sc. 2. sent. d. 1. q. 3. l. A.*

47. Int.

47. Int. Quid est spes? Resp. Spes est virtus Theologica, qua desideratur bonum infinitum inesse nobis bonum, à Deo se ipsum nobis liberaliter conferente, non primò, sed propter aliquod aliud acceptum sibi ordinatum ad aliud, vt propter merita. *Scot. 3. sent. 26. q. vn. l. C.*

48. Int. Vtrum actus spei sit debite circumstantionatus? Resp. affirmatiue, primò habet circumstantiam obiecti, quod est bonum infinitum; secundò habet circumstantiam cui, scilicet mihi desidero, quia debitum; tertio circumstantiam efficientis, quia non potest communicari ritu l bonum nisi à Deo liberaliter conferente; quarto circumstantiam modi, quò ad istud bonum perueniatur, & est dispositio Diuina ad hoc bonum consequendum. *Scot. ibid. lit. C.*

49. Int. Quomodo differt actus spei ab actu amoris? Resp. differunt; primò, quia actus spei est ad obiectum vt abiens, & actus amoris est ad obiectum vt præsens, & approximatum; quamuis secundum eandem rationem formalem tam amor, quam spes habeant idem obiectum, nempe Deum sub Deitatis ratione; secundò differunt, quia spes est secundum affectionem commodi, & amor est secundum affectionem iustitiae; voluntas enim secundum istam duplicem affectionem suscipit vtramque virtutem. *Scot. ibidem l. C. G. N.*

50. Int. Vtrum desperatus elicit actum spei, desiderando beatitudinem? Resp. affirmatiue, quia de-

Eccc

spe.

speratus conditionaliter desiderat beatitudinem, id est desiderat eam, si posset eam attingere, & quia intellectus errans ostendit voluntati illam tamquam impossibile attingi, ideo tristatur; non enim desiderat absolute: sicut per exemplum de proijciente merces in mare timore tempestatis, qui habet conditionatum velle ad non proijciendum, quia vellet non proijcere, si posset, hinc proijciendo tristatur. *Scotus ibidem lit. II. I.*

51. Int. Vtrum desiderare bonum infinitum alteri sit actus spei? Resp. negatiue, quia circumstantia talis virtutis est, cui, id est sibi, vt dictum est in definitione spei; imò tale desiderium est actus dilectionis. *Scot. 3. sent. d. 26. q. vn. l. L.*

52. Int. Vtrum spes, & fides euacuabuntur in Patria? Resp. affirmatiue, loquendo de habitu; nam tunc illi habitus essent frustra, quia inclinant ad impossibile; fides enim inclinaret ad verum latens, & spes ad bonum commodi absens, quæ inclinationes in patria non possunt haberi, quia ibi est verum apertum, & patens, & bonum acceptum. *Scot. 3. sent. d. 31. q. vn. l. A.*

53. Int. Vtrum per talem euacuationem succedant alij habitus? Resp. negatiue, quia non est necessarium ponere in patria aliquem habitum creatum in ipsa anima, qui sit principium videndi, & tenendi obiectum, scilicet Deum, nisi charitatem, & hæc sufficit, quia habitus ponitur in potentia ad facilitandum, & habitandum potentiam ad eliciendum actum, vel

vel vt obiectum fiat præsens, in Patria obiectum semper est præsens, semper agens est in potentia, & potentia est summe facilitata, hinc tales noui habitus non sunt ponendi. *Scot. ibid. l. B.*

54. Int. Vtrum actus oppositi, scilicet videre, & tenere, qui succedunt actibus credere; & sperare, habeant aliquam impossibilitatem cum habitibus fidei, & spei? Resp. negatiue illi enim actus non sunt proprie impossibiles dictis habitibus, quia Paulus Apostolus in raptu habebat actum visionis, & tamen non erat in eo euacuatus habitus fidei, vnde ille actus visionis non repugnat habitui fidei. *Scot. ibid. lit. B.*

55. Int. Quare euacuatur fides, & spes in Patria? Resp. euacuatur, non quòd succedat aliquid impossibile, sed quia essent habitus superflui, & etiam quia inclinant ad actus imperfectos, scilicet credendum, & sperandum. *Scot. ibid. l. B.*

56. Int. Vtrum charitas remanebit in Patria? Resp. affirmatiue; non enim euacuatur, quia habitus charitatis non distincte, sed indistincte inclinatur voluntatem ad actum perfectum amandi Deum, sicut amatur, quando est in se præsens. *Scot. 3. sent. d. 31. q. vn. l. D.*

57. Int. Quare non euacuatur charitas, & euacuatur fides, & spes? Resp. illi habitus euacuantur, quia actus credendi, & actus videndi Deum differunt specie; sicut etiam actus sperandi, & actus tendendi in Deum vt commodum sibi, differunt specie; actus

verò dilectionis, & in via, & in Patria non differunt specie, & ideo non euasuntur. *Scot. ibid. l. D. E.*

58. Int. Vtrum, & quomodo charitas proit in via differat à charitate proit in Patria? *Resp.* differat, quia charitas in via habet actum imperfectum amandi Deum, qui est imperfectè præfens, scilicet sicut in ænigmatè, sed in Patria habet actum perfectum amandi Deum, qui est obiectum perfectè præfens, & utraque, scilicet perfectio, & imperfectio accidit actui eius; nam charitas indistinctè inclinat ad utrumque actum, perfectum, & imperfectum, quomodo non accidit spei. *Scot. ibid. l. E. A.*

59. Int. Quare non datur beatitudo in via, sicut in Patria, si eadem concedatur charitas? *Resp.* ex hoc non possumus habere beatitudinem in via, quia non possumus habere æqualem actum utrobique, in quo actu consistit beatitudo, & licet sit æqualis habitus, tamen beatitudo non solum dependet à charitate, & voluntate, sed etiam ab obiecto præfente, quo modo in via (loquendo de lege communi) non potest esse præfens sicut in Patria. *Scot. ibid. l. G.*

60. Int. Vtrum in Patria reperiantur aliqua spectantia ad obiectum fidei unde fides habeatur? *Resp.* affirmatiuè; nam quedam sunt, quorum visio spectat essentialiter ad beatitudinem, sicut est visio Trinitatis & circa ista, fidei succedit visio; quedam sunt, quorum visio concomitanter spectat ad beatitudinè, sicut sunt quedam facta temporalia, ut Articuli de Incarnatione, & de talibus concomitanter fidei succedit.

cedit visio, quia in Patria non videbitur Christus in Cruce, nec in utero Virginis, sed videbuntur hæc in Verbo; quedam verò sunt, quorum visio nullo modo spectat ad beatitudinem, nec principaliter, nec concomitanter, sicut quedam facta pertinentis ad actus humanos, & de his, si vivitur in terra habet fidè, etiam in Patria potest remanere fides. *Scot. 3. sent. d. 31. q. vn. l. H.*

61. Int. Vtrum fides, & spes sint virtutes sine charitate? *Resp.* affirmatiuè, si loquamur secundum speciem suam, quatenus sunt principia propriorum actuum; tamen quantum ad attingentiam finis, ad quem ordinantur ex charitate, non possunt habere illum sine ipsa. *Scot. 3. sent. d. 36. q. vn. l. R.*

62. Int. Quid est Charitas? *Resp.* Charitas est virtus affectiua perficiens voluntatem in quantum habet affectionem iustitiæ. *Scot. 3. sentent. dist. 27. q. vn. lit. A.*

Vel Charitas est habitus, quo Deus habetur carus. *Scot. 3. sent. d. 28. q. vn. l. A.*

Vel Charitas est amicitia Dei, ut est in se bonum. *Scot. 3. sent. d. 31. q. vn. l. E.*

Vel Charitas est illa, qua, habens eam, habet Deum carum, ita quod respicit Deum non in ratione diligentiæ, sed diligibiliæ. *Scot. 2. sentent. dist. 27. q. vn. lit. A.*

63. Int. Vtrum Charitas sit virtus Theologica? *Resp.* affirmatiuè; primò, quia est circa obiectum Theologicum scilicet Deum, immediatè; secundò, quia

quia innititur immediatè primæ Regulæ humanorum actuum; tertio, quia infunditur à Deo. *Scot. 3. sent. d. 27. q. vn. l. A.*

64 Int. Quodnam est obiectum Charitatis? Resp. quod secundum suam primam formalem rationem, obiectum charitas est Deus in se, secundum rationem absolutam; quia præcisa ratio essentiae est ratio formalis terminandi omnem actum, & habitum Theologicum. Vel est Deus in quantum bonum conueniens amanti, quæ ratio est præcedens actum, propter quem natus est elici circa obiectum, & potest dici ratio allicitiua aequaliter ad amandum. *Scot. 3. sent. d. 27. q. vn. l. C.*

65 Int. Quomodo Charitas differt à spe, & fide? Resp. differt à fide per actum, quia actus eius non est credere, sed amare; differt à spe, quia eius actus non est concupiscere bonum amanti, in quantum est commodum amanti, sed est tendere in obiectum secundum se. *Scot. ibid. l. A.*

66 Int. Vtrum sit aliud obiectum Charitatis? Resp. quod, si loquamur de primo obiecto, & quietatio, non est nisi vnum, scilicet Deus, & ipse solus habet rationem terminandi si loquamur de obiectis medijs, alia à Deo possunt dici obiectum, quia charitas non solum inclinatur ad diligendum Deum in se ordinatè, & perfectè, sed etiam ad velle eum diligere a quocumque alio, cuius amicitia sit illi grata; hinc proximus dicitur obiectum amoris in actu reflexo, quatenus amans ulterius tendit in Deum. *Scotus 3.*

sent.

sentent. dist. 28. quest. vn. l. A. B. G.

67 Int. Quid est actus rectus, & actus reflexus? Resp. actus rectus est, quo diligens immediatè tendit in Deum; actus verò reflexus est, quo voluntas mediatè, idest proximi delectione tendit in Deum; ita quod actus recti obiectum est Deus; actus autem reflexi obiectum est diligens, & proximus. Hinc proximus vocatur obiectum accidentale, cum non sit propter se, sed propter alium, quia proximus non habet rationem bonitatis, quæ est ratio determinandi actum amoris. *Scot. ibid. l. B. C.*

68 Int. Quid habet charitas ultra rectitudinem suam? Resp. quod ultra conformitatem sui ad cognitionem directiuam actus charitatis habet propriam bonitatem ex hoc, quod est secundum inclinationem charitatis, imò esse secundum illam inclinationem est habere propriam bonitatem charitatiuam. *Scotus Quolib. q. 17. l. I.*

69 Int. Vtrum quis naturaliter possit diligere Deum super omnia sine habitu infuso charitatis? Resp. affirmatiuè, præcipuè scilicet in statu naturæ institutæ est extensiuè, idest, quod plus diligit Deum, quam omnia alia, & citius velle omnia alia non esse, quam Deum non esse; similiter intensiuè, idest in maior affectu velit Deo bene esse, quam alicui alteri. *Scot. 3. sent. d. 27. q. vn. l. K. L.*

70 Int. Vtrum hoc præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua,* &c. possit impleri in via? Resp. affirmatiuè, sed non quantum

tum ad omnes condiciones, quæ exponuntur per illas aditiones, *ex toto corde, ex tota anima, &c.* quia non potest esse in via, tanta recollectio virium, ut amoris omnibus impediens, possit voluntas tanto conatu frui, quanto possit, si vires essent vitæ, & non impeditur; quo modo solum in Patria, potest quis diligere Deum. *Scot. ibid. l. l. M.*

71. Int. Quomodo obligat illud præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum, &c.*? Resp. quod non tantum obligat ad suum oppositum semper fugiendum, scilicet odium Dei, sed etiam obligat aliquando ad actum elicitem amoris. *Scot. ibid. l. N.*

72. Int. Quando debet homo elicere actum amoris, idest diligere Deum? Resp. forte Deus determinavit hoc præceptum Divinum, Sanctifica Sabbatum, & maneat unusquisque apud se, idest recolligendo se, & ascendendo ad Deum suum; ideo Ecclesia specificavit quantum ad Missam audiendam in die Dominico, ut habetur de *Consecr. d. 1. can. 64. Missas die Dominico*; ideo si quis non eliciat actum amoris circa Deum, peccat mortaliter dicit *Tartaret. Scotus ibid. l. N.*

73. Int. Si possumus diligere Deum naturaliter super omnia, ad quid ergo ponitur charitas? Resp. ponitur Charitas insula; primò quia dat intentionem vteriorum actus, quam voluntas non possit dare proprio conatu; secundò propter circumstantiam actus, ut sit acceptus a Deo, quod principaliter provenit à charitate, tertio quantum ad habitum; nam requi-

quitur, quòd sit infusus à Deo, quòd fide tenetur, sicut de fide, & ipse dicitur est; non enim suprema portio potest perfici nisi à Deo à quo infunduntur habitus Theologici. *Scot. 3. sent. d. 27. q. vn. l. O.*

74. Int. Qua directione diligitur Deus? Resp. Deus non vult amari amore privato, quo amans non vult, ut alter diligit idem obiectum quia amor dicitur potest zelotipias; talis enim habitus non est ordinatus, neque perfectus; sed diligendus est amore communi, quo ipse diligitur, & diligens vult, ut alij Deum ament, dummodo eorum amicitia sit ipsi grata, pro tunc, quando est grata. *Scot. 3. sent. d. 28. q. vn. l. A.*

75. Int. Vtrum vno, & eodem habitu diligitur Deus, & proximus? Resp. affirmatiue, quia idem est habitus actus recti, & actus reflexi; Deus enim diligitur actu recto; proximus verò diligitur actu reflexo; hinc igitur vno habitu charitatis uterque diligitur. *Scotus ibid. l. A.*

76. Int. Vtrum necessario diligendo Deum, diligitur proximus? Resp. negatiue, quia ex dilectione infusæ boni non sequitur necessario dilectio boni finiti; sicut è conuerso, ex non dilectione proximi non sequitur necessario non dilectio Dei, possum enim diligere Deum, proximum non diligendo negatiue; tamen ratione præcepti, debet quis diligendo Deum, diligere proximum; & si quis transgreditur præceptum quantum ad hanc partem de diligendo proximum, destruit habitum charitatis, non positue, sed demeritoriò, quia demeretur, ut Deus se subtrahat. *Scotus ibid. l. D. Fiff 77 Int.*

77 Int. Vtrum charitas acquisita possit excedere charitatem infusam? Resp. affirmatiue, quantum ad intentionem actus eliciendi; tamen quantum ad perfectionem, excellentior est charitas infusa perfectio enim non ostenditur quantum ad gradus, sed ex formali ordine ad obiectum; nam habitus respicit Deum tamquam obiectum dilectum amore communi, sed charitas acquisita potest recipere Deum tamquam dilectum amore priuato. *Scot. 3. sent. dist. 28. quest. vn. l. E.*

78 Int. Quisnam est proximus? Resp. proximus est quilibet, cuius amicum est grata dilecto, vt scilicet ab eo diligatur. *Scot. ibid. l. F.*

Vel proximus est ille, qui potest recipere actum dilectionis, siue interiorē, siue exteriorē a nobis, ac etiam bene pati a nobis. *Scot. 3. sent. d. 28. q. vn. l. G.*

79 Int. Vtrum beatum possit dici proximus? Resp. affirmatiue; beatus enim in Patria quamuis non possim illi benefacere, quia potest a me diligi, dici potest proximus. *Scotus ibidem l. G.*

80 Int. Vtrum Deus possit dici proximus? Resp. negatiue, quia licet Deus bene diligatur, non tamen ex dilectione alicuius potest addi sibi aliquid bonum, & ideo non comprehenditur sub proximo. *Scot. ibid. l. G.*

81 Int. Est ne aliqua differentia in dilectione proximi? Resp. quod loquendo de beatis, debet diligere absolute, idest absolute velle, vt diligant Deum, cui grata est eorum dilectio; sed loquendo de proximo

viatore signato, debet diligere conditionate, idest velle, vt diligat Deum, si placet ei, (idest Deo) quia dubium est, an ille talis sit Deo gratus; si verò loquamur de proximo viatorem communi, debemus diligere absolute, quia supponendum est esse aliquos Deo gratos; vnde apparet, quod non debet summe dilectum a me velle, vt diligatur ab aliquo, cui dilectio non est grata. *Scotus ibid. l. F.*

82 Int. Vtrum quilibet teneatur post Deum, magis se diligere, quam proximum? Resp. affirmatiue; quia charitas, sicut est principium amandi Deum actu recto, ita est principium actus reflexi, quo volo diligere proximum, vt diligat Deum, quo actu reflexo charitas, inquam, est principium volendi cuiuslibet potenti diligere Deum, vt diligat ipsum Deum; hinc post actum rectum dilectionis in Deum, immediatissime quis vult ex charitate se diligere illud, per quod ipse diligit Deum, quod non est aliud, quam se diligere. *Scot. 3. sent. d. 29. q. vn. l. A.*

83 Int. Vtrum quis magis teneatur diligere proximi salutem, quam vitare peccatum mortale? Resp. quod quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in se ipso, quam querere vitam proximi, illumque diligere; quia ordinata charitas magis est ad se ipsum, quam ad alium. *Scot. 4. sent. dist. 5. quest. 3. l. A.*

84 Int. Vtrum quis possit habere charitatem ad se ipsum? Resp. affirmatiue, sed referribiliter, scilicet in ordine ad bonum infinitum, & hoc dilectio-

nis actū tendit in alterum, scilicet in Deum, tamquam in principale obiectum illius actus, & tunc habet etiam charitatem ad se, non vt ad obiectum finale, sed vt ad obiectum proximum, ordinatum ad obiectum vltimum, quod est ab eo distinctum. *Sec. 3. sent. d. 29. q. vn. l. B.*

85. Int. Vtrum necesse sit ex charitate diligere inimicum? Resp. quod inimicus potest dupliciter considerari, vno modo per se ratione vitij, & non solum quia non habet in se bonum virtutis, sed etiam quia positivè habet malum disconueniens bono, tunc inimicus non est diligendus, quia caret obiecto amicitiae, quod est bonum virtutis in amato, & hoc modo odiuit inimicum Propheta, qui dixit, *Psal. 103. Deficiant peccatores a terra, & iniqui; inani non sint.* Non sint quidem inimici, sed iniqui, quia, *verè impij, & non erunt.* *Proverb. c. 12.* secundo modo potest considerari inimicus per accidens, videlicet in quantum homo, & sic est diligendus. *Sec. 3. sent. dist. 30. q. vn. lit. A.*

86. Int. Ad quid tenetur ille, qui debet inimicum diligere? Resp. non teneri diligentem ad actum dilectionis, sed bene, quasi prohibitiuè ad oppositum, id est non odire. *Sec. 3. sent. d. 30. q. vn. l. B.*

87. Int. Vtrum quis teneatur diligere proximum inimicum, vt diligit Deum? Resp. affirmatiuè, quia tenetur ad diligendum inimicum, vt ipse Deum diligit amore amicitiae, vt est bonum honestum, vel amore concupiscentiae, vt est bonum commodi, ipsum

audire

audire Missas, prædicationem, correctionem, instructionem, per quæ conuertitur ad Diligendum Deum, quia aliter sic inimicus odire, non stat cum perfecte diligere Deum; perfecta enim Dei dilectio includit, vt diligens velit alios diligentes Deum, quorum amicitia non noscitur Deo displicere; sicut non stat cum perfecta Dei dilectione nolle alteri media, per quæ inimicus inducatur ad diligendum Deum. *Sec. ibid. l. B.*

88. Int. Vtrum possim licitè odire inimico bona temporalia, & bona indifferencia? Resp. affirmatiuè, quia sicut possum huiusmodi bona ordinatè odire, & nolle mihi, sic possum nolle alteri; imò ipse inimicus potest illa bona temporalia nolle sibi; possum igitur ordinatè eadem nolle illi, nam ordinatè possum nolle mihi diuitias, sanitatem, & vniuersaliter necessaria ad vitam corporalem, vt contemnendo ea, si fiam pauper voluntarius, vel volendo Deus auferre illa a me, propter peccata mea, vel de sic ablatis gaudere; sic pariter possum ordinatè nolle inimico, & à Deo aliqua mala illi infligi ad correctionem, & præcipuè si crederem, quod ipse per talia commoda superadderet ad peccata, possunt tunc velle sibi oppositum illorum bonorum, quod similiter dicendum est de bonis fortunæ, & de bonis corporis. *Sec. ibid. l. B. P.*

89. Int. Vtrum possim licitè, & ordinatè odire, vel nolle vitam corporalem inimico? Resp. negatiuè, non enim potest quis absolutè velle proximo mortem corporalem, vel nolle illi vitam, quia post mortem

tem

tem non est penitentia, vt tenetur, nec conuersio ad diligendum Deum, sicut est post priuationem diuitiarum, fortitudinis, & talis bonorum, imò priuatio bonorum huiusmodi potest esse occasio penitentiae, non sic priuatio vitae. *Scot. 3. sent. d. 30. quest. vn. lit. C.*

90. Int. Vtrum aliquando liceat, vel possit quis velle proximo mortem corporalem? Resp. affirmatiue, sed sub conditione, puta, si credat eum finaliter futurum malum; tunc enim potest illi optare mortem, vel vt det locum Sanctis, quos impedit, vel ne addat peccata peccatis, propter quæ post mortem acrius puniatur. Et hoc colligitur ex legenda B. Anastasie, quam scripsit S. Chrysogonus, de viro suo Publico. *Vt si Deus prouideret eum in infidelitate mansurum, iuberet eum dare locum Sanctis;* & sequitur, quia melius est ei animam exhalare, quam Dei filium blasphemare. *Scot. ibid. l. C.*

91. Int. Vtrum iudex damnans aliquem ad mortem possit ordinatè, & absolute nolle illi vitam? Resp. quòd secundum charitatem debet nolle conditionate, scilicet nolle illum esse reum ex suppositione criminis, & nolle eum deliquisse, & numquam malum egisse, quòd etiam dicendum est de actore. *Scot. 3. sent. d. 30. q. vn. l. D.*

92. Int. Vtrum quis ordinatè possit nolle vitam Tyranno, qui persequitur Ecclesiam? Resp. eodem modo, sed potest vterius dici, quòd potius debet, qui patitur persequutionem, nolle eum esse tyrannum

contra Ecclesiam, & nolle etiam finaliter euocesse reprobum; imò, quia per tyrannos Ecclesia proficit, cum per persequutiones eorum aucta sit; minus videtur quis posse ordinatè nolle illis vitam; tamen si aliquis iuste posset Tyranno mortem inferre, tunc posset quis optare, quòd à tali iusto iudice fieret iustitia, sed cum tristitia, quia semper tenetur nolle ipsum esse dignum pœna mortis. *Scot. ibid. l. D. mod. 2108*

93. Int. Vtrum quis teneatur diligere inimicum positiuè, id est actu elicitò dilectionis? Resp. negatiue; non enim tenetur aliquando elicere actum diligendi proximum, quia non tenetur cogitare de eo; vt si quis esset deuentus in magna contemplatione, tunc non cogitaret plena deliberatione de proximo; multo magis igitur non tenetur elicere actum diligendi circa inimicum. *Scot. 3. sent. d. 30. l. E.*

94. Int. Vtrum si inimicus in aliqua reperiatur necessitate, quòd sine auxilio non possit sibi acquirere necessaria ad dilectionem Dei, ego tenear eum adiuuare, vt fuerit infidelis, vel vitiosus? Resp. affirmatiue; nam si esset aliquis infidelis, & sine doctrina, non potest conuerti ad fidem; similiter, si esset aliquis malus, qui sine mea correctione non posset conuerti ad bonum, tunc teneret ad velle illi bonum finale spirituale, & etiam ad bona necessaria ad consequendum bonum finale: imò debet exequi operatione efficaci, si adest facultas. *Scot. ibid. l. E. mod. 2109*

95. Int. Vtrum quis teneatur diligere inimicum quò ad bona spiritualia? Resp. affirmatiue, non solum

lum interius, sed etiam exterius orando, quia quilibet tenetur orare Deum pro tota Ecclesia, & debet velle orationem suam valere, & bono, & malo quod ad bonum spirituale; alter, qui sic oraret, non esset bonus Christianus; nam esset malus stomachus, qui nollit sustentationem suam valere sustentationi manus, ita non esset bonus Christianus in Ecclesia, qui nollit bonum actum suum, si quem habet, valere omni membro Ecclesie, pro quibus Deus illum acceptat. Scot. *ibid.* l. 1. f. 1.

96. Int. Si inimicus subiret periculum mortis, vel fame, vel infirmitate, deberet quis illi succurrere, ne pereiret? Resp. affirmatiue, quia quilibet tenetur non solum quod ad actum interiore, sed etiam quod ad actum exteriorem, id est pro viribus debet laborare, ne inimicus pereat, precipue, si nullus alius adsit, qui possit eum a periculo liberare. Scotus *ibidem* l. 1. f. 1.

97. Int. Vnde habetur ista obligatio? Resp. non haberi explicitè in sacra scriptura, neque ex ratione, sed solum ex pietate; pius enim est succurrere periclitanti, & laborare pro vita proximi saluanda; quia supponendum est, si ille est bonus, quod erit melior, & sua bonitate valebit sibi, & alijs; & si est malus, supponendum est, quod corrigatur; hoc est: cum pius iudicatur, id est interpretari semper melius, quod oppositum non est manifestum. Scot. 3. sent. dist. 30. q. 1. l. 1. f. 1.

98. Int. Vtrum sit diligendus tantum ille proximus,

mus, quia alteri benefacit, vt habetur hic cap. 10. vbi legitur, quod interroganti, quis est meus proximus, leuitus respondit, qui fecit misericordiam? Resp. quod cum proximus dicat relationem equiparantem, tam est proximus ille, qui facit misericordiam, quam qui recipit, & hoc voluit significare Iesus, quando dixit, *Vade, & tu fac similiter*, id est habe pro proximo omnem, cui potes benefacere; nam, quamuis aliquis sit extraneus, dummodo potest actum dilectionis exteriorem, siue interiorem a nobis recipere dicitur proximus. Scot. *ibid.* l. 1. G.

99. Int. Vtrum habeatur in præceptis Decalogi dilectio inimicorum? Resp. affirmatiue; nam præcepta secundæ tabulæ explicant illud præceptum, *Diliget proximum tuum*, quia significant in quibus non debeo odire inimicum; *Non occides*, includit non odire illi iniuste vitam corporalem; *Non furaberis*, *Non machaberis*, includunt non odire illi bonum fortunæ, vel fame, & sic cæteris. Scotus *ibidem* l. 1. G.

100. Int. Vtrum odire inimicum habeatur aliquo modo ex lege? Resp. negatiue, ideo Saluator Dominus signanter dicit, *Dicitum est*, non *scriptum est*, quia Hebræi arguebant hoc per locum à contrarijs; hinc Iesus illos conuincit, dicendo, *Si tantum diligitis illos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis*; vnde male intellexerunt in hoc, & in alijs locis scripture; & argumentum per locum à contrarijs; solum habet vim in contrarijs præcijs, id est vbi non ambo con-

383 De Virtutibus Theologicis

traria cadunt ex vna parte sub extremo alterius, sicut est hic; nam tam inimicus, quam amicus, licet sine duo contraria, cadunt sub extremo amoris, ideo non potest inimico competere odium, sicut amor odium, sicut amor amico. *Scot. 3. sentent. dist. 32. quest. vii. lit. H.*

101 Int. Vtrum Deus diligit ex charitate omnia? Resp. affirmatiue, quia sicut Diuinus intellectus intelligit omnia intelligibilia, ita Diuina voluntas diligit omnia diligibilia alia a se. *Scot. 3. sentent. d. 32. q. vii. l. A.*

102 Int. Vtrum sit tantum vnicum obiectum Diuinae dilectionis? Resp. si loquamur de obiecto primo, & motiuo, formaliter est tantum vnum obiectum, scilicet Diuina essentia, quae est prima ratio formalis volendi. *Scot. ibid. l. F.*

103 Int. Vtrum Deus diligit se? Resp. affirmatiue, quia Deus est perfecte beatus; beatitudo est actus amoris, qui est actus voluntatis; igitur debet diligere obiectum infinitum, cuiusmodi est ipse Deus; hinc diligendo se Deus, beatificatur; sequitur ergo, quod sicut necessario est beatus, necessario etiam se diligit. *Scot. ibid. l. A.*

104 Int. Vtrum Deus diligit contraria? Resp. affirmatiue, si loquamur de naturis, quae sunt sibi inuicem contrariae, vt album, & nigrum, sed si loquamur de diligere contraria eidem subiecto simul, & semel inesse; Deus non diligit isto modo contraria. *Scot. ibid. l. B.*

105 Int.

105 Int. Vtrum Deus diligit illa, quae non erunt? Resp. affirmatiue; nam de volitione efficaci loquendo, Deus diligit illa, quae aliquando producet in esse, sed de volitione complacentiae Deus diligit entia possibilis, quae numquam erunt, quia ostenduntur ab intellectu Diuino vt possibilis habere tantam bonitatem, sicut illa, quae erunt. *Scot. ibid. l. B.*

106 Int. Vtrum vnico actu Deus diligit omnia? Resp. affirmatiue, quia vnica potentia habens vnicum obiectum, habet etiam vnicum actum infinitum sibi adaequatum, quae omnia non requiruntur ad perfectionem actus, ita quod actus dicatur perfectus, quia illa omnia respicit, sed e conuerso, ex perfectione actus illa sunt volita. *Sc. 3. sent. d. 32. q. vii. l. F.*

107 Int. Vtrum Deus diligit aequaliter omnia? Resp. affirmatiue, comparando actum dilectionis ad voluntatem; tamen comparando actum ad connotata, seu ad illa, super quae transit actum dilectionis; tunc stat aliqua inaequalitas, quia vel volita sunt inaequalia, vt creatura rationalis, & creatura irrationalis, vel quia vel volita bona illis sunt inaequalia, vt bonum volitum Virgini gloriose non est aequale bono volito ipsi Petro; vel quia aliquis ordo inter volita reperitur, & tunc vult inaequaliter, quia cum sit ordinatissime volens; primo vult finem; secundo illud, quod est immediate fini; tertio alia, quae remotius sunt ordinata ad attingendum finem, & haec omnia vult vnico actu, quo diuersimode tendit in obiecta; nam Deus primo amat se; secundo vult habere alios, qui diligant ipsum, *Scot. ibid. l. B.*

107

sum, & hoc est prædestinare, dum modo velit finaliter; tertio vult necessaria ad attingendum finem; quarto vult alia propter illos quæ sunt remotiora, scilicet hunc mundum sensibilem, ut seruiat eis. *Scot. ib. l. G.*

108 Int. Vtrum in volitis alijs à Deo sit ratio bonitatis? Resp. negativè; ratio enim boni est in voluntate Diuina, & nō in alijs volitis; nam ipsa Diuina voluntas, quia acceptat alia in gradu, ita sunt bona in tali gradu, & non è conuerso. *Scot. ibid. l. I.*

106 Int. Vtrum Deus diligit irrationalia ex charitate? Resp. negativè; loquendo propriè, quia ad ipsa non potest haberi amicitia; tamen impropriè, & mediare potest dici, quod Deus illa diligit, quatenus possunt nobis inseruire ad amandum, & diligendum Deum. *Scot. ibid. l. I.*

110 Int. Vtrum Deus diligit ita prædestinatos, sicut non prædestinatos? Resp. negativè; non enim Deus vult tanta bona non prædestinatis, quanta vult prædestinatis, nec tantum bonum vult illis quibus dicitur irasci pro tunc, pro quando dicitur irasci; quantum vult alijs quibus dicitur non irasci, id est peccatoribus; & ratio huius inæqualitatis in bonis volitis non est natura in illo, & in illo volito, sed voluntas Diuina. *Scot. 3. sent. d. 32. q. vn. l. K.*

111 Int. Vtrum charitas perficiat Diuinam voluntatem? Resp. affirmatiuè, quia cum charitas sit attributum, & perfectio simpliciter eius, melius est ei esse, quam non esse, quæ perfectio identificatur

rca-

realiter cum Diuina voluntate, nec dicit perfectione inherenter, quæ præsupponit imperfectionem imperfectibili ab ipsa. *Scot. ibid. l. I.*

112 Int. Vtrum charitas sit idem, quod gratia? Resp. affirmatiuè; nam quæcumque excellentie attribuantur charitati, attribuantur gratiæ, & è conuerso; primò, vtraque formaliter diuidit inter filios Regni, & filios perditionis; secundo quia vtraque est forma virtutis, & neutra potest esse in formis; tertio vtraque coniungit habentem vltimo fini coniunctione perfecta, & qualis potest esse in via. *Scot. 2. sent. dist. 27. quest. vn. lit. a. A.*

113 Int. Quid est gratia? Resp. gratia est, propter quam Deus acceptat habentem, ut dignum beatitudine, dignitate, quæ est in correspondenti merito ad præmium. *Scot. ibid. l. A.*

114 Int. A quo producit gratia? Resp. gratia est à solo Deo per creationem, & ab eo conseruatur, & quando destruitur, à Deo annihilatur. *Scot. ibid. lit. A.*

115 Int. Vtrum gratia sit in essentia animæ, vel in potentia? Resp. quod primò est in potentia; gratia enim perficit animam in ordine ad determinatum actum, scilicet ad actum meritorium, qui est tantum voluntatis; tunc igitur primò, & præcisè perficit voluntatem, quæ est animæ potentia, quæ, cum ipsa pariter sit indeterminata indeterminatione proxima, determinatur ad operationem suam. *Scot. 3. sent. d. 26. q. vn. l. A. B.*

116 Int.

116 Int. Vtrum charitas, & gratia aliquo modo differant, & distinguantur? Resp. affirmatiue; differunt enim, & distinguantur ratione, quia charitas dicitur, qua habens eam habet Deum charum, & respicit Deum in ratione diligibilis, & gratia dicitur, qua Deus habet aliquem gratum, & respicit Deum acceptantem, & diligente in eum, vt dignum beatitudine; & talis habens gratiam non habet omnem perfectionem, cum non sit per se beatus; ideo differt à charitate, quæ excludit omnem imperfectionem; differt igitur, quia charitas dicit perfectionem simpliciter; gratia verò dicit perfectionem limitatam, quæ duæ rationes possunt competere vni, & eidem absolute existenti in anima, per quod anima diligit Deum, & per quod acceptatur à Deo, & ultra hoc, non conuertuntur ad inuicem, quia omnis gratia est charitas, sed non omnis charitas est gratia. *Scor. 3. sent. d. 27. q. vn. l. A. B.*

117 Int. Vtrum quis sine gratia per liberum arbitrium possit seruare præcepta? Resp. quod si loquamur quantum ad rationem obligatiuam; utique potest sine gratia seruare præcepta, vt patet de Baptismo in fæcto, sed non fit retributio per talem obseruantiam; nam si absque gratia non posset quis seruare præcepta, tunc adimplens præceptum, vel negatiuum, vel affirmatiuum sine gratia, peccaret mortaliter, quod dicere, esset peruertere omnes, qui semel commiserunt peccatum mortale, vt nullum bonum opus ex genere faciant postea, ad quod tamen alii sunt

sunt attriti; cum suadendi sint, & monendi ad oppositum, vt faciant bona opera ex genere, quia illa disponunt eos ad gratiam citius, & facilius obtinendam. *Scor. 2. sent. dist. 28. quest. vn. l. a. A. O. 4. sent. d. 4. q. 5. l. G.*

118 Int. Vtrum quis per liberum arbitrium, sine gratia, possit cauere omne peccatum mortale? Resp. negatiue, quia pro statu isto non potest liberum arbitrium cauere omne peccatum mortale sine gratia; anima enim de facto sine gratia maculatur aliquo peccato, vel originali, vel actuali, & remanet ille reatus, vel macula, donec per gratiam, scilicet per penitentiam, deleatur. *Scor. ibid. l. A.*

119 Int. Vnde prouenit, quod non possit cauere peccatum sine gratia? Resp. non prouenit propter immediatam oppositionem culpæ, & gratiæ, quia in statu innocentie potuit aliquis esse in puris naturalibus tam sine gratia, quam sine culpa; & concluditur, quod non sint ista duo immediate opposita; neque prouenit ex potentis facientis, quia qualem voluntatem potuit Deus facere, tale potest eam reparare, postquam peccauerit, sed prouenit tantum ex lege illa vniuersali, qua nullo modo remittitur inimicitia, nisi fiat non solum non iniamicus, sed amicus sibi acceptus per gratiam sanctificantem. *Scor. 2. sent. d. 28. q. vn. l. B.*

120 Int. Quomodo est intelligendum illud dictum Apostoli ad Roman. cap. 2. *Genes, qua legem non habent, naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt?* Resp.

sp. quod aliqui Gentiles, si non erant obligati ad legem Moyfi, quam non habebant, sicut erant obligati filij Israël, potuerunt vivere iuste seruando legem naturæ, & tunc ipsi sibi ipsis fuissent lex, idest per legem scriptam in cordibus eorum interius direxerunt se recte viuendo, sicut Iudæi per legem scriptam in tabulis: sed tales non bene vixerunt sine omnigratia quia gratia potuisset esse in eis data hypothetice, absq[ue] obseruatione legis Mosiacæ. *Scor.*

ibidem lit. B.

DE
VIRTUTIBVS
MORALIBVS.

TIT. XXVIII.

Int. Quid est Virtus moralis? *Resp.* Virtus moralis est habitus electiuus in medietate existens quod ad nos determinata ratione, & vt vtique sapiens determinabit, ita *Arist.* 2. 1. *Ethic.* c. 6. *Scor.* 3. *sent.* d. 36. q. vn. l. A.

2 Int. Vtrum virtus moralis sit in voluntate? *Resp.* affirmatiue, non solum quia electio est actus volun-

tatis, sed etiam quia bonum, quod est per se obiectum virtutis moralis, & per se obiectum voluntatis; ac etiam, quia, cum virtus sit per se principium laudabilis actus, conuenit voluntati liberè agentis, cui debetur laus. *Scor.* 3. *sent.* d. 33. q. vn. l. A.

3 Int. Vtrum bonum sit obiectum voluntatis? *Resp.* affirmatiue, si accipiatur bonum, prout includit bonum formaliter, & apparens, non autem si accipiatur simpliciter, & formaliter tantum, quia aliter voluntas non posset habere actum volèdi circa bonum apparens, & sic nullus viator posset mortaliter peccare. *Scor.* 3. *sent.* d. 33. q. vn. l. C.

4 Int. Ad quid ponuntur habitus morales? *Resp.* ponuntur virtutes morales non solum, vt per eas potentia agant recte, sed etiam vt delectabiliter, & promptè agant, quia rectè agere potest quis sine habitu proprie acquisito, sed non delectabiliter, sicut patet in vitioso nouiter ad bonum conuerso, cui ratio recta dicitur aliquid oppositum vitio consueto esse eligendum, eligit, & rectè eligit; non tamen promptè, & delectabiliter; non enim statim per huc actum virtuosus est corruptus totus habitus vitiosus: imo talis habitus vitiosus est vel nihil, vel parum remissus, quod patet; quia sicut difficile eligit bonum honestum, sic delectabiliter eligeret oppositum secundum consuetudinem præcedentem. *Scor.* *ibid.* l. B.

5 Int. Quot modis possunt moderari animæ passionēs? *Resp.* quod passionēs vel sunt actu existentes in anima, vel possunt inesse; passionēs existentes

H h h h

pos-

sp. quod aliqui Gentiles, si non erant obligati ad legem Moyfi, quam non habebant, sicut erant obligati filij Israël, potuerunt vivere iuste seruando legem naturæ, & tunc ipsi sibi ipsis fuissent lex, idest per legem scriptam in cordibus eorum interius direxerunt se recte viuendo, sicut Iudæi per legem scriptam in tabulis: sed tales non bene vixerunt sine omnigratia quia gratia potuisset esse in eis data hypothetice, absq[ue] obseruatione legis Mosiacæ. *Scor.*

ibidem lit. B.

DE
VIRTUTIBVS
MORALIBVS.

TIT. XXVIII.

Int. Quid est Virtus moralis? *Resp.* Virtus moralis est habitus electiuus in medietate existens quod ad nos determinata ratione, & vt vtique sapiens determinabit, ita *Arist.* 2. 1. *Ethic.* c. 6. *Scor.* 3. *sent.* d. 36. q. vn. l. A.

2 Int. Vtrum virtus moralis sit in voluntate? *Resp.* affirmatiue, non solum quia electio est actus volun-

tatis, sed etiam quia bonum, quod est per se obiectum virtutis moralis, & per se obiectum voluntatis; ac etiam, quia, cum virtus sit per se principium laudabilis actus, conuenit voluntati liberè agentis, cui debetur laus. *Scor.* 3. *sent.* d. 33. q. vn. l. A.

3 Int. Vtrum bonum sit obiectum voluntatis? *Resp.* affirmatiue, si accipiatur bonum, prout includit bonum formaliter, & apparens, non autem si accipiatur simpliciter, & formaliter tantum, quia aliter voluntas non posset habere actum volèdi circa bonum apparens, & sic nullus viator posset mortaliter peccare. *Scor.* 3. *sent.* d. 33. q. vn. l. C.

4 Int. Ad quid ponuntur habitus morales? *Resp.* ponuntur virtutes morales non solum, vt per eas potentia agant recte, sed etiam vt delectabiliter, & promptè agant, quia rectè agere potest quis sine habitu proprie acquisito, sed non delectabiliter, sicut patet in vitioso nouiter ad bonum conuerso, cui ratio recta dicitur aliquid oppositum vitio consueto esse eligendum, eligit, & rectè eligit; non tamen promptè, & delectabiliter; non enim statim per huc actum virtuosus est corruptus totus habitus vitiosus: imo talis habitus vitiosus est vel nihil, vel parum remissus, quod patet; quia sicut difficile eligit bonum honestum, sic delectabiliter eligeret oppositum secundum consuetudinem præcedentem. *Scor.* *ibid.* l. B.

5 Int. Quot modis possunt moderari animæ passionēs? *Resp.* quod passionēs vel sunt actu existentes in anima, vel possunt inesse; passionēs existentes

H h h h

pos-

possunt moderari dupliciter: vno modo minuendo, nō in se passio immoderata, & excessiua, sicut obiectū esset natum delectare potentiam sensitiuam sibi derelictā; alio modo referendo delectationem illam in finē convenientem rectæ rationis; passiones verō futuræ, & quæ possunt inesse, moderantur dupliciter, primo modo fugiendo obiectum, quod natum est delectare immoderate potentiam; secundo modo assumenda sola illa obiecta, quæ nata sunt moderate delectare, & tunc passio futura non moderatur in se, sed præcauetur, ne immoderata insit, qui modis conueniunt potius voluntati, quam potentie sensitivæ. *Scot. ibid. l. 1. f.*

6. Int. Vtrum intellectu ostendente aliquid voluntati, & ipso non errante, possit voluntas in oppositum? Resp. affirmatiue, cum sit potentia libera, & potest velle, & non velle obiectum ostensum; & aliter sentire esset error. *Scot. 2. sentent. dist. 33. quæst. 2. l. C.*

7. Int. Vtrum in voluntate possit esse actus rectus sine habitu morali? Resp. affirmatiue; potest enim esse actus bonus, & moraliter bonus, quia sicut intellectus potest in rectum iudicium sine habitu intellectuali, sic pariter dicendum est de voluntate; & sicut per primum actum, vel plures recte elicitos in intellectu generatur prudentia, sic per primum actum, vel plures recte elicitos voluntatis generatur in voluntate virtus moralis, inclinans ipsam ad recte eligendum. *Scot. ibid. l. 1. f.*

8 Int.

8. Int. Vtrum in appetitu sensitiuo sit virtus moralis? Resp. potest concedi in appetitu sensitiuo aliqua virtus moralis improprie, nam ex imperijs voluntatis factis appetitui sensitiuo ad bene operandum, tunc in ipso appetitu generatur quidam habitus inclinans ipsum, vt delectabiliter moueatur ad sensibilia ex imperio voluntatis, qui habitus sic derelictus, licet non sit proprie virtus, quia non est electiuus, nec inclinans ad electiones, nihilominus aliquo modo potest dici virtus, quia inclinatur ad illa, quæ sunt consona rectæ rationi. *Scot. ibid. l. 1. f.*

9. Int. Vtrum in Angelo possit esse virtus moralis? Resp. quod si Angelus esset creatus in puris naturalibus, & non haberet virtutes morales, tunc ex rectis electionibus possent generari tales habitus, non ad moderandum passiones in vniuersali voluntati ostensas ab intellectu, & dictato, quid esset agendum; nam si possibile esset huiusmodi passiones habere, voluntas Angeli consona tali dictamini, posset habere ex multis electionibus habitum moralem rectum; imo etiam, quia Angelus potest velle habitum temperantiae in quantum velit bonum temperantiae mihi, potest in voluntate Angeli habitus temperantiae dari, quia per mihi, & tibi non variatur ratio formalis habitus. *Scot. ibid. l. 1. f.*

10. Int. Vtrum paruuli habeant in patria virtutes morales? Resp. quod non est necesse illos habere virtutes morales in patria, sed sufficit eis caritas, quæ bene disponit circa omnia volubilia in vna ratione

vo-

volubilis. Vel potest dici, dummodo pertineant tales virtutes morales ad aliquam perfectionem comprehensionis, quod possint in patria acquiri per actus suos, & sic loquendo de cognitione in proprio genere, beati in patria possunt addiscere, quæ in mundo non cognoscebat. *Scotus 3. sentent. dist. 36. quest. vn. lit. P.*

11. Int. Vtrum in Deo possit poni habitus moralis? Resp. quod sicut ponitur in Deo charitas sine accidentalitate, ita posset poni in Deo esse rationem virtutum moralium; nam potest Deus mihi velle bonum virtutis, sicut dictum est de Angelo. *Scot. 3. sent. d. 33. q. vn. l. K.*

12. Int. Vtrum in parte corporea possit generari habitus moralis? Resp. in animatis sensitiuis potest poni quidam habitus improprie, quatenus per actus quosdam generatur quedam qualitas ad promptè operandum, sicut manus in exercitatu per motum est inhabilis ad citharizandum, & è conuerso, manus exercitata fit habilis ad tale opus, & huiusmodi qualitas, prout est habilitas ad opus virtutis, conceditur in animatis, quamuis irrationabilibus; de inanimatis verò simpliciter negatur; nam ex frequentatione tactus alicuius lapidis sursum, non projicitur facilius. *Scotus ibidem l. M.*

13. Int. Vtrum actus moralis ad hoc, vt sit rectus, requiratur referri in Deum? Resp. negatiuè, quia referre tantum conuenit Charitati; charitas enim, quæ est habitus superior, habet, vt referat actum in Deum;

Deum; actus verò moralis ad hoc, vt sit rectus, non requirit hoc, sed sufficit, quod negatiuè se habeat ad referri, & non se habeat contrariè ad referri. *Scotus ibid. l. N.*

14. Int. Vtrum virtus moralis differat specie à charitate? Resp. quod, quamuis differant specie, atamen sunt virtutes ordinatæ, ac vna superior, & alia inferior, & ideo non est necessè, quod bonitas, quam habet actus ab vna, sit distincta absolute specie à bonitate, quam habet ab alia; sicut in virtutibus disperatis potest concedi; vnde debet dici, quod charitas sit forma, & perfectio aliarum virtutum, cuius bonitas ex completiua bonitatis cuiuscumque alterius actu. *Scot. Quolib. q. 17. l. H. I.*

15. Int. Vtrum per vnicam virtutem possit quis agere rectè, rectius, & rectissime? Resp. affirmatiuè, quia habitus moralis potest intendi secundum gradus, & sic operans per diuersitatem gradus se disponit ad diuersitatem modorum circa proprium obiectum. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. a. A. A.*

16. Int. Vtrum in homine viatore requirantur sufficienter ad suam perfectionem solum septem virtutes, scilicet tres Theologicæ, & quatuor Cardinales? Resp. affirmatiuè, quia obiectum, circa quod potest perfici, non potest esse, nisi Deus, vel creatura; circa Deum immediate sunt tres virtutes Theologicæ; circa creaturam verò perficitur viator virtutibus Cardinalibus; nam ex Theologicis intellectus perficitur fide; voluntas verò spe, & charitate; ex Cardinalibus intel-

Intellectus perficitur prudentia, & voluntas perficitur alijs tribus, & secundum istas virtutes, seu gradus istarum in specie, viator est perfectus; secundum eam, quod istae sunt intensiores, & remissiores, homo est magis, vel minus perfectus, & si sint intensissime quantum possunt esse in via, homo est simpliciter perfectus, quantum potest esse in via. *Scot. ibid. l. B. C. I.*

17. Int. Quomodo ostendetur viatorem perfici per quatuor virtutes morales? Resp. sic potest ostendi; quia virtus moralis, vel est habitus intellectivus, vel appetitivus; si intellectivus, sic est prudentia, quae perficit intellectum, si appetitivus, vel est in ordine ad se, vel in ordine ad alium; si in ordine ad alium, sic est iustitia; si in ordine ad se, vel circa appetibilia primò, & sic est temperantia, vel circa appetibilia non primò, & sic est fortitudo. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. E.*

18. Int. Vtrum scientia, quae est habitus speculativus, perficiat hominem? Resp. quòd scientia perficit hominem, sed non ad bene operandum, & ideo non numeratur inter virtutes Cardinales. *Scot. ibid. l. E.*

19. Int. Quotuplex est potentia ad virtutes morales? Resp. duplex, scilicet concupiscibilis, & irascibilis; Irascibilis est potentia respiciens obiectum, quòd ex se natum est esse vindicabile, vel punibile; Concupiscibilis est potentia respiciens obiectum, quòd ex se natum est esse conveniens, vel disconveniens. *Scot. ibid. l. F.*

20. Int.

20. Int. Quomodo differunt istae duae potentiae? Resp. differunt ratione obiectorum, quia aliud est obiectum concupiscibilis, & aliud irascibilis; obiectum concupiscibilis est conveniens, vel disconveniens; obiectum irascibilis est vindicabile, vel punibile, quòd potest dici irascitivum, vel potius offendens. Differunt etiam istae duae potentiae ratione actuum, quia actus concupiscibilis est persecutio, vel fuga; actus vero irascibilis est irasci, vindicare, vel velle vindicare, & iste est adequatus actus eius. *Scot. ibidem l. F.*

21. Int. Vtrum obiectum irascibilis possit esse obiectum concupiscibilis? Resp. affirmativè, sed non de obiecto primo, bene tamen de obiecto quasi secundario, quatenus offendens potest dici disconveniens. *Scot. ibid. l. F.*

22. Int. Vtrum in irascibili sit aliquando tristitia? Resp. affirmativè, quando irascibilis habet sermum imperfectum, scilicet quando desiderat vindicare, sed actu non vindicat, quando vero actu vindicat, tunc est sine tristitia, imò cum magna delectatione propria, secundum Aristot. 2. *Rethoric. vbi dicitur: Ira viri quasi mel.* *Scot. ibid. l. F.*

23. Int. Quomodo debent huiusmodi potentiae ordinari? Resp. quòd irascibilis, ut ordinatè gat, aliquando debet repellere offendens, & aliquando non debet. Ad repellendum offendens, quòd iuste repelli debet, datur quaedam virtus, quae nominatur bellicositas, ad non repellendum vero, sed subitè, dum,

dum, ordinatur per aliam virtutem, quæ dicitur patientia, quæ virtutes dantur, ne immoderate velint operari. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. F.*

24 Int. Vtrum in concupiscibili sit aliquando tristitia? Resp. affirmatiue, quod prouenit propter nolitum positum in esse, per exemplum de cibo; quia carere cibo est nolitum concupiscibilis, ex qua nolitio sequitur tristitia, quæ quasi refugit nolitum illud. *Scotus ibidem l. G.*

25 Int. Vtrum sit vnica tristitia concupiscibilis potentie, & irascibilis? Resp. quod sunt duæ tristitiæ, & loquendo de sensituis, sicut currit exemplum, sunt duo dolores, quod patet, quia sunt duo nolitia posita in esse; tum quia etiam vnus potest intendi sine alio, tum etiam ratione organi, quia habent organa diuersa; nam organum concupiscibilis dilatur in delectatione, & clauditur in dolore; organum vero irascibilis est circa cor cum calefactione, quæ est accensus sanguinis circa cor. *Scot. ibid. l. G.*

26 Int. Vtrum in voluntate sint potentie irascibilis scilicet, & concupiscibilis? Resp. affirmatiue, est tamen vnica potentia distincta per obiecta, sicut patet de portione superiori, & inferiori in eadem potentia, quæ distinguuntur per obiecta; nam voluntas habet suum delectabile sibi conueniens secundum se, vel conueniens appetitui sensitiuo, cum quo coniungitur in eodem supposito, potest eadem voluntas habere obiectum offendens, & illud respicere actu nolendi repulsiuo, & imperioso, scilicet imperando

do appetitui sensitiuo, vt repellat. *Scot. ibid. lit. H.*

27 Int. Quibus virtutibus perficiuntur istæ potentie? Resp. quod proprius habitus perfectiuis concupiscibilis est temperantia, & proprius habitus perfectiuis irascibilis est fortitudo, loquendo de habitibus acquisitis, non de infusis. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. I.*

28 Int. Quam portionem perficiunt habitus infusi? Resp. quod perficiunt concupiscibilem, quia illi habent Deum pro obiecto, qui est tantum volubilis, & non nobilis. *Scot. ibid. l. I.*

29 Int. Vtrum dentur aliæ virtutes in anima? Resp. affirmatiue, quia dantur alij habitus dependentes ab istis; nam temperantia, quæ perficit concupiscibilem, non est vna tantum, sed subiudicatur, quia est genus intermedium, sicut fortitudo, & iustitia; nam prima concupiscibilia sunt duo, scilicet bonum honestum, & bonum delectabile, siue honor, & voluptas, habitus, qui moderatur circa bonum honestum est, humilitas; habitus, qui moderatur concupiscibilem circa voluptatem, vel est castitas, si moderatur circa voluptatem verecandam, vel est sobrietas, si moderatur circa voluptatem gustabilem. *Scot. ibid. l. I.*

30 Int. Quomodo subiudicatur fortitudo? Resp. fortitudo, quæ perficit irascibilem subiudicatur, quia, vel perficit hominem ad repellendum ea, quæ sunt repellenda, & sic est bellicositas, vel perficit ad non repellendum, sed ad sustinendum repellenda, & sic est patientia. *Scot. ibid. l. L.*

31 Int. Quomodo subdividitur iustitia? Resp. Iustitia, quæ dicitur perfectissima virtus subdividitur, quia iustitia est in ordine ad alterum; si est in ordine ad alterum, se communicando illi, quantum potest, sic est amicitia; amicitia enim est, qua quis dat se ipsum proximo, quantum potest se dare, & in quantum potest proximus habere, cum si communicat illi aliquid aliud à se; tunc vel communicat bona temporalia ad vitam humanam, & sic est iustitia commutativa; vel communicat bonum sibi necessarium adiunctum, & tunc, si tale bonum est iustum regimen est Præsentia, vel Dominatio; vel communicat ei iustam subiectionem, & tunc est obedientia. Scot. 3. sent. d. 34. q. vn. l. l.

32 Int. Vtrum habens vnam virtutem possit elicere actum contra aliam virtutem? Resp. affirmatiue, & ideo sicut potest per vnam virtutem delectari, potest tritari per aliam? Vt si temperatus delectabiliter operatur, dum abstinet ab opere intemperantiæ, potest tritari, ne subeat terribilia, & tunc non tristatur circa materiam illius virtutis, quam habet, sed solum per accidens, quia concomitanter alia materia, circa quam non est virtuosè dispositus, vt circa ipsam virtuosè, & delectabiliter operetur. Scot. 3. sent. d. 36. q. vn. l. c.

33 Int. Vtrum vna virtus sola perducit ad finem virtutum? Resp. quod, si loquamur de fine virtutum moralium simpliciter, vtique vna virtus non perducit perfectè; tamen quantum in se est, & quantum suf-

sufficit, perducit ad perfectionem, & ad finem talis virtutis. Scot. *ibid.* l. D.

34 Int. Vtrum virtus sit amissibilis? Resp. affirmatiue; quamuis enim Aristotelis dicat, habitus est de difficili mobilis à subiecto, non tamen dicit, est inamissibilis, sicut habens virtutem, si recedit ab apice virtutis, non sequitur illam non fuisse virtutem, etiam perfectam secundum rationem habitus. Scot. *ibid.* l. D.

35 Int. Vtrum ad esse virtutis, vt sit perfecta, requiratur concordia alterius virtutis? Resp. negatiue, quia tunc vna virtus esset ratio essendi virtutem alij habitu, vt fortitudo temperantiæ, & temperantia fortitudini, & sic vna esset virtus perficiens, antequam esset virtus, quod non videtur asserendum; non enim daretur prima virtus perficiens, si deberet ad alia perfici. Scot. *ibid.* l. A.

36 Int. Vtrum virtutes morales quantum ad genera, puta, fortitudo, iustitia, & temperantia sint necessario connexæ? Resp. negatiue, quia sunt perfectiones partiales, & sic idem perfectibile potest esse simpliciter perfectum secundum vnam perfectionem in summo, & simpliciter imperfectum secundum aliam; sicut exemplificatur de homine perfectè in summo disposito circa auditum, & imperfecto circa alios sensus, sic homo potest esse perfectus quantum ad quoscumque habitus temperantiæ, quamuis carens fortitudine nõ sit perfectus circa materiam fortitudinis; bene tamen carens fortitudine potest dici non

non simpliciter perfectus moralis, & generaliter, sicut carens vno sensu non dicitur perfecte sentiens.

Scot. 3. sent. d. 36. q. vn. l. B.

37. Int. Vtrum virtutes morales sint connexæ inter se secundum species? Resp. negatiuè loquendo secundum bonum virtutis, sed secundum bonum meritorium sunt connexæ; non enim quis mereatur per temperantiam sine virtute humilitatis, vel sine negatione superbiz, quæ est vitium oppositum humilitati, sicut conceditur de paupere non liberali, de castitate coniugali sine virginali, de magnanimo sine humilitate. *Scot. ibid. l. D.*

38. Int. Vtrum virtutes morales sint connexæ cum virtutibus theologis? Resp. negatiuè, non enim, vt sint perfectæ in sua specie requiritur virtus theologica, quia, vt dicit D. August. in *serm. de Patient.* & habetur de *Panit. d. 3. Can. 49. si quis autem.* Si Hereticus, vel Schismaticus pro errore moriatur, habet patientiam morale, & tamen non habet virtutes theologicas. Si postea loquamur quantum ad vltiorem perfectionem, quam possunt habere, debent esse connexæ cum theologis virtutibus: Et sic virtutes morales sunt perfectæ sine virtutibus theologis, loquendo de perfectione intrinseca, non autem de perfectione extrinseca. Vel virtutes morales sunt connexæ cum theologis in ordine ad finem vltimum, sed non in ordine ad finem non vltimum. *Scot. ibid. l. D. N. Q.*

39. Int. Vtrum ad virtutem morale[m] requiratur pru-

udentia, siue dictamen rectum mediorem, vel finis? Resp. quod ad virtutem morale[m] prærequiritur habitus dictatius practicus de fine particulari, & de medijs ordinatis ad illum finem; quia aliter, cum media sint diuersa, si solum de medijs esset rectum dictamen, non haberet prudentia suam vnitatem à fine, sicut quilibet habitus practicus. *Scot. 3. sent. d. 36. q. vn. l. l.*

40. Int. Vtrum possit esse prudentia in intellectu, absque recta electione in voluntate, & è conuerso? Resp. affirmatiuè, quia possunt esse recta dictamina, vel circa finem, vel circa media, & tamen electio voluntatis esse contraria, & non recta; tamen non potest esse actus rectus in voluntate, nisi sit concursus suæ regulæ dictanti, nempe prudentiæ, & sic conceditur, quod virtus moralis etiam potest esse sine prudentia circa suam materiam. *Scot. ibid. l. K.*

41. Int. Vtrum sint plures prudentiæ, vel vnicæ? Resp. quod prudentia potest dici genus intermediu[m], sicut dictum est de virtutibus moralibus, habens sub se plures species prudentiæ, quatenus alia dictat circa finem castitatis, alia circa finem abstinentiæ, &c. & sic omnes virtutes connexæ sunt prudentiæ, quia quælibet virtus moralis habet particulare dictamen rectum, quod dictat circa finem illius, sicut potest dici de facilibus, & ideo potest intellectus practicus dictare circa finem vnius virtutis, & non dictare circa finem alterius virtutis. *Scot. ibid. l. M.*

42. Int. Vtrum possit generari habitus moralis si-

ne prudentia? Resp. negatiuè, quia ex continuatis electionibus potest generari quædam qualitas contra iudicium rationis erroneæ, qui habitus esset concors rectæ rationi, si recta ratio diceret: tamen quia illæ electiones non sunt regulatæ a recto dictamine, non potest ex eis generari habitus electiuus, nec virtus moralis, sed solum quædam qualitas. *Scotus ibidem lit. T.*

43 Int. Vtrum beatitudines, quas ponit Saluator Dominus, scilicet Paupertas, mititas, Luctus, Desiderium, Misericordia, Morditia, Pax, Patientia sint idem habitus, cum habitibus virtutum? Resp. affirmatiuè; nam duæ species temperantiæ, humilitas scilicet, & castitas exprimuntur ibi, *Beati pauperes spiritu*. Vbi D. August. intelligit humilitatem, & ibi, *Beati mundo corde*, quoniam munditia cordis est immunitas voluntatis ab omni inordinata affectione, vel delectatione, tam ratione sui, quam ratione appetituum sensiuorum, quibus coniungitur. Fortitudo exprimitur ibi, *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*. Tres species iustitiæ scilicet amicitia, exprimitur ibi, *Beati mites*: Dominatio, & obedientia, exprimuntur ibi, *Beati Pacifici*; nam pax seruat in hoc, quod Præsidentis rectè regat, & quod subditus rectè obediat; alia autem species iustitiæ exprimitur ibi, *Beati misericordes*, nullus enim est ita dispositus ad communicandum bona, quam misericors. Similiter exprimuntur virtutes theologicæ, charitas enim exprimitur ibi, *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*, spes

spes exprimitur ibi, *Beati qui lugent*, quia luctus est habitus desiderandi, & licet non exprimantur duæ virtutes intellectuales, fides scilicet infusa, & acquisita, & Prudentia, tamen præintelliguntur per appetituum iam applicatas; quia non est voluntas propriè disposita, nisi virtute correspondente in intellectu. *Scot. 3. sent. d. 34. q. vii. l. M. N.*

44 Int. Vtrum liberalitas sit species iustitiæ? Resp. affirmatiuè, sed est species inferior, quam sit misericordia, quia liberalitas non disponit ita hominem ad communicandum bona alteri, sicut misericordia, per quam misericors communicat, non ut reheat, nec ut prius rebeneficiatus ab eo, cui communicat, & licet liberalis communicet amico, tamen inferior esse potest liberalitas, quam misericordia. *Scotus ibidem lit. N.*

45 Int. Vtrum septem dona Spiritus Sancti, scilicet Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, & Timor sint idem cum virtutibus moralibus? Resp. affirmatiuè, quia per sapientiam exprimitur charitas, & spes, quia charitas est habitus, quo sapit habenti illud obiectum, quod est in se sapiendum, quo scilicet placet mihi bonum in se; sed quatenus illud bonum volo mihi, exprimitur spes. Per intellectum, & scientiam exprimitur fides infusa secundum actum imperfectum, & perfectum, scilicet implicitam, & explicitam. Per Consilium exprimitur prudentia; Prudentia enim est habitus consiliatiuus, quia est habitus rectè syllogizandi præti-

Eticè. Fortitudo exprimitur proprio nomine. Per timorem exprimitur humilitas, quæ est species temperantia, & per pietatem exprimitur misericordia, quæ est species iustitiæ. Scot. 3. sentent. dist. 34. q. 2. in li. Q. in li. 2. in li. 2.

46. Int. Vtrum duodecim fructus Spiritus Sancti, Caritas scilicet, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas, sint idem cum virtutibus moralibus? Resp. quod sanctus spiritus, vel sunt virtutes in se, vel sunt in speciebus virtutum, vel Passiones, quæ consequuntur virtutes: Nam caritas exprimitur proprio nomine, sic pariter fides. Per longanimitatem exprimitur spes. Fortitudo per patientiam. Iustitia in specie sua, scilicet misericordia exprimitur per Bonitatem, quia communiter dicitur bonus, qui communicat se proximo, esse in alia specie, id est amicitia, quæ per benignitatem exprimitur. Dominatio, & obedientia exprimuntur per mansuetudinem. Temperantia exprimitur in suis speciebus per Continentiam, & Castitatem, quia, si est moderantia circa venerea, tunc est Castitas, si vero est moderantia circa delectabilia, tunc est Continentia. Prudentia exprimitur per Modestiam, quia sicut modestus est ille, qui tenet modum debitum in actione, sic Prudentia est inuenire modum in actione, & præfigere, & terminare. Gaudium vero, & Pax sunt delectationes concomitantes, vel consequentes actum, quia Gaudium proprie est delectatio in

in voluntate, & Pax est securitas habendi obiectum sine repugnantia. Scot. 3. sent. d. 34. q. vi. l. P.

47. Int. Vtrum detur virtus heroica distincta ab alijs? Resp. negatiue, sed solum virtus dicitur heroica quo ad perfectissimum gradum, quia eadem virtus in specie circa obiectum vnum perfecte circumstantionatum contingit recte, rectius, & rectissime agere, & in hoc ultimo gradu dicitur heroica: & metaphoricè dicitur quod perficiat modo inhumano, quia scilicet non est communiter hominis ad illum gradum attingere, licet sit eiusdem speciei. Scotus ibid. lit. R.

48. Int. Vtrum sapientia, Consilium, scientia, & Intellectus sint habitus intellectuales? Resp. quod sapientia potest dupliciter considerari, vno modo vt est habitus maxime scibilia, primas causas, & prima principia contemplans, & sic est intellectualis; alio modo, vt est habitus, quo sapiens sapit obiectum dilectum, & sic est donum, & spectat ad voluntatem, cum sit caritas. Consilium similiter potest dupliciter considerari, vno modo, vt dicit deliberationem agendi circa omnia agibilia, & sic est virtus moralis, alio modo prout est deliberatio de operibus arduis, siue ad quæ tenemur, siue ad quæ non tenemur, & sic est donum. Scientia etiam dupliciter accipitur, vno modo vt est cognitio certa, euidens, de obiecto necessario, acquisita per discursum, sic est habitus intellectualis, alio modo accipitur, vt distinguit cognitionem explicitam credendorum, & sic

non distinguitur à fide, & est donum. Sic Intellectus dupliciter accipitur, vno modo, vt est habitus principiorum, & sic est intellectualis habens euidentiã ex terminis; alio modo accipitur, vt importat implicitam cognitionem de credibilibus reuelatis, &

sic est Donum. Scot. 3. sent. d. 35.

quæst. vn. lit. A.

DE
ACTIBUS
HUMANIS.

TIT. XXIX.

IN. Quoruplex est bonitas? Resp. duplex est bonitas, naturalis scilicet, & moralis. Bonitas naturalis est illa, quæ cõpetit cuiusque enti positio secundum gradum suæ entitatis. Scot. 2. sent. d. 7. quæst. vn. lit. E.

Vel bonitas naturalis (non entitativa) est perfectio secunda alicuius rei integrata ex omnibus conuen-

nientibus sibi. Scot. 2. sent. d. 40. q. vn. l. A.

2. Int. Quid est Bonitas moralis? Resp. Bonitas moralis est integritas omnium conditionum in actu, & circumstantiarum, & hoc præcipue, vt illæ conditiones distentur à recta ratione debere inesse actui simpliciter. Scot. 1. sent. dist. 17. q. 2. l. X. & 2. sent. d. 7. q. vn. l. Q.

Vel Bonitas moralis est integritas eorum omnium, quæ recta ratio operãtis iudicat debere ipsi actui, vel ipsi agenti in suo actu conuenire. Sc. Quol. q. 18. l. C.

3. Int. Quid est bonum morale? Resp. Est ens per accidens aggregans in se aliquem actum, & circumstantias multis actui conuenientes, ita quod totum ratione vnius circumstantiæ potest concludi tanquã bonum eligibile, qua circumstantia circumscripta, ratione alterius circumstantiæ non erit eligibile. Scot. 3. sent. d. 15. q. vn. l. V.

4. Int. A quibus dicitur actus naturaliter bonus? Resp. tunc actus dicitur naturaliter bonus, quando conuenit cause efficienti, obiecto, fini, & formæ: quia ista nata sunt conuenire naturaliter, & conuenire ad eius esse naturale; & istis deficientibus omnibus, actus dicitur perfecte malus; quibusdam verò subtractis dicitur malus, sed non perfecte. Scot. 2. sent. d. 40. q. vn. l. A.

5. Int. Quoruplex est bonitas moralis? Resp. triplex est; prima est bonitas ex genere; secunda bonitas virtuosa, sive circumstantionata; tertia bonitas meritoria. Prima est illa, quæ conuenit volitioni,

ni,

ni, quatenus talis actus transit super obiectum conueniens tali actui secundum dictamen rectæ rationis, & dicitur ex genere, quia est quali materialis respectu alterius bonitatis in genere moris. Secunda est illa quæ conuenit uolitioni quatenus elicitur à uoluntate cum omnibus circumstantijs dictatis à recta ratione, ut debeant si competere in eliciendo ipsam uolitionem. Tertia est illa, quæ conuenit actui, quatenus supposita iam dicta duplici bonitate, ipse actus elicitur conformiter principio merendi, quod est gratia, seu charitas, siue secundum inclinationem Charitatis. Primo ut dare eleemosynam Secundo dare eleemosynam Pauperi. Tercio dare eleemosynam ex charitate, non ex inclinatione naturale. Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. E. & in Addit. Quolib. q. 18.

6 Int. Quor circumstantiæ requiruntur ad actus moralis bonitatem? Resp. multæ requiruntur; primo, quod actus sit ab agente libero. Secunda, & uocatur circumstantia obiecti (quod debeat esse conueniens agenti, & actioni illius, ex quo obiecto conuenienti habet actus bonitatem ex genere, cum sit prima bonitas in genere moris, quæ potest per alias circumstantias determinari, sicut genus per differentias. Tertia est circumstantia finis, quia actus moraliter bonus, ut sit bonus, necesse est, ut habeat finem cum ordine ad Deum, id est facere illum actum moralem propter Deum, secundum naturalem inclinationem, esto quod per actum illum elicitum extra, non attin-

gatur finis electionis. Quarta est circumstantia modi. Quinta circumstantia temporis, quia posito tali agenti libero, propter talem finem, & secundum talem modum, non debet ei conuenire semper talis actio, sed pro tempore, pro quo est ordinabilis ad talem finem, vel pro quo potest talem finem habere. Sexta est circumstantia loci. Scot. 2. sent. d. 40. quæst. vn. l. B. & Quolib. q. 18. l. F. G. H.

7 Int. Vtrum bonitas moralis sit tantum ex fine? Resp. negatiue, quia, ut dicit D. August. Cont. mendac. Multi actus non possunt esse boni, etiam si propter finem bonum fiant; requiritur enim ad bonitatem moralem actus, ut sit ex aggregatione omnium conuenientium actui secundum rectam rationem. Scot. 2. sent. d. 40. q. vn. l. A.

8 Int. Quid est malitia moralis? Resp. malitia moralis est disconuenientia circumstantiarum, quæ deberent inesse actui, siue sit priuatiua per carentiam circumstantiæ debitæ actui, siue in contraria per positionem circumstantiæ repugnantis. Scot. Quolib. q. 18. l. K.

9 Int. Quotuplex est malitia moralis? Resp. triplex est. Prima est ex genere; Secunda ex aliqua circumstantia deordinante; Tertia est malitia de meritoria. Prima est quando actus bonus ex bonitate naturæ est malus, quia transit super obiectum disconueniens, puta odire Deum, si odium posset transire super Deum. Secunda est illa, quæ licet transeat super obiectum conueniens secundum rectam rationem

nem actui, oritur ex aliqua circumstantia deordinante actum. Tertia est illa, quæ oritur non ex charitate, & gratia, sed ex demerito. *Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. F. & Quolib. q. 18. in Addit.*

10. Int. Quot modis accipitur malitia? Resp. duobus modis accipitur, contrariè scilicet, & priuatiuè. Priuatiuè, & est quando quis agit non cum circumstantia debita, neque cum circumstantia indebita, vt quando quis non ordinat actum ad finem debitum, nec ad finem indebitum, & ex talibus actibus potest generari in malitia habitus consimilis, quod patet exemplo; Nam dans elemosynam non propter amorem Dei, neque ob vanam gloriam, facit actum malum malitia priuatiua, qua ille actus est non bonus. Contrariè est quando quis agit cum circumstantia positina includente aliquam deformitatem, vt qui facit elemosynam non propter amorem Dei, sed propter vanam gloriam. *Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. F. & Quolib. q. 18. l. k.*

11. Int. In quo reperitur malitia? Resp. malitia reperitur in illo, in quo reperitur iustitia, seu bonitas nam iustitia habitualis, vt contra distinguitur à peccato originali, & iustitia actualis est in voluntate, sic pariter malitiæ habitualis, nempe peccatum originale, & malitia actualis, scilicet peccatum actuale est in voluntate. *Scot. 2. sent. d. 23. q. 4. l. A.*

12. Int. Quotplex est iustitia? Resp. duplex est vna est iustitia habitualis, quatenus est rectitudo habitualis, à qua voluntas dicitur habitualiter recta;

alia

alia est iustitia actualis, & est rectitudo in actu, quæ est conformitas actus eliciti ad suam Regulam. *Scot. Quolib. q. 18. l. F.*

13. Int. Vnde dicitur actus rectus, vel iustus? Resp. actus dicitur iustus à iustitia actuali, non ab habituali, quæ est rectitudo propter se seruata, verum tamen est, quod talis iustitia primaria dicitur, & voluntas seruat illam propter se, hoc est tenet in actu suo; Datur etiam alia iustitia actualis, quæ dicitur secundaria, quæ est rectitudo actus, siue conformitas actus, & hæc est in actu imperato voluntatis, vel potest dici iustitia voluntatis, non subiectiue, sed casualiter, quia voluntas est causa imperans actum alterius potentie. *Scot. ibid. l. X.*

14. Int. Vtrum vnus actus possit esse circumstantionatus pluribus circumstantijs? Resp. affirmatiuè, non solum pluribus circumstantijs partialibus, quæ integrant vnã bonitatem, sed etiam potest idem actus esse circumstantionatus completè omnibus circumstantijs pertinentibus ad vnã virtutem. Exemplo, vado ad Ecclesiã ex iustitia, quia teneor per obedientiam, vel ex voto, vado ex charitate ad Deum, vt orem, vel vt exhibeam Deo cultum Latræ: vado etiam ex charitate fraterna, vt ædificem proximum. *Scot. quolib. q. 18. l. L.*

15. Int. Vtrum vnus actus possit esse melior alio actu eiusdem virtutis? Resp. affirmatiuè loquendo tam de bonitate morali, quam de bonitate meritoria, quia quanto plura motiua ordinata agendi concurrunt,

runt,

runt, tanto est melior; quod è conuerso dicendum est de malitia, quando concurrunt plura dictamina de oppositis, quæ deberent inesse actui. *Scot. ibid. l. l.*

16. Int. Datur ne aliquis actus, qui sit moraliter bonus ratione obiecti? Resp. affirmatiuè, & talis est amare Deum, quod non potest esse contra rectam orationem, imo necessario est secundum rectam rationem, quod talis actus tendat in tale obiectum; & hoc est, quia tale obiectum est finis ultimus secundum se volendus à quolibet ordinato ad finem illo modo, quo potest finem amare. *Scot. 4. sent. d. 26. q. vn. l. C.*

17. Int. Quomodo contrariatur malitia, & bonitas ex genere? Resp. contrariatur contrariè, quia necessario actus, vel est circa obiectum cõueniens, vel circa obiectum disconueniens, & sic vel est bonus, vel est malus ex genere. *Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. F.*

18. Int. Vtrum sint idem malitia priuatiua, & contraria ex circumstantia? Resp. negatiuè, potest enim aliquis actus carere aliqua debita circumstantia requisita ad perfectionem actus virtuosi, & tamen non elici cum circumstantia repugnante, vt si quis daret eleemosynam pauperi sine circumstantia finis, quia non considerat finem, tunc iste actus esset malus malitia priuatiua, & non contraria, quia non ordinatur ad finem indebitum, sicut esset, si fieret eleemosyna propter vanam gloriam. *Scot. ibid. l. F.*

19. Int. Vtrum sit idem malitia demeritoria contrariè, & priuatiuè, accepta? Resp. negatiuè, potest enim

enim actus esse malus malitia priuatiua, quia non elicitur à gratia, & tamen non est demeritorius, quia actus bonus simpliciter in genere moris non est demeritorius, neque meritorius, quia est sine charitate. *Scot. ibid. l. F.*

20. Int. Vtrum actus bonus naturaliter possit esse indifferens ad bonitatem, & malitiam moralem? Resp. affirmatiuè, potest enim actus naturaliter bonus esse, neque malus, neque bonus moraliter; nam habitus iustitiæ generatur ex actibus iustis, qui actus non sunt facti à iustitia habitus, quia habitus sequitur ad actus, & sic illi actus non sunt moraliter boni, quia non sunt facti per virtutem, neque sunt moraliter vituperabiles, sed sunt actus indifferenter ad vtrumque. *Scot. 2. sent. d. 41. q. vn. l. A.*

21. Int. Vtrum si actus fieret per virtutem, ille actus esset necessariò moraliter bonus? Resp. negatiuè, quia quamuis per virtutem actus fiat, tamen non videtur necessitas, quod voluntas habens virtutem, semper vtatur ea necessariò ad eliciendum actum correspondentem virtuti, & illa virtute semper vtatur sed tantum quando occurrit passio contraria ita vehemens, quod subuertat rationem, nisi vtatur illa virtute, & sic ille actus elicitus à virtute, scilicet ab habente virtutem, est indifferens ad bonum, & malum moraliter, quia est elicitus præter inclinationem virtutis. *Scot. 2. sent. d. 41. q. vn. l. a. A. & d. 7. q. 7. l. F.*

22. Int. Vtrum detur actus indifferens quantum

LIII

ad

ad bonitatem, & malitiam ex circumstantia? Resp. affirmatiuè loquendo de malitia contraria, sed de priuatiua negatur; quia semper actus dicitur malus, qui non elicitur cum omnibus circumstantijs debitis. *Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. F.*

23 Int. Quomodo se habet actus moralis ad esse meritorium? Resp. circa hoc esse sciendum, quod actus naturalis, hoc est naturæ nudæ præsupponitur virtuti morali, ex qua accipit perfectionem illam, que non transcendit ad facultatem naturæ, cuiusmodi est perfectio secundum virtutem moralem: pariter actus moralis, & completè circumstantionatus præsupponit ad perfectionem simpliciter supernaturalem, ad quam dicitur potentialis. *Scot. Quolib. q. 17. in. H.*

24 Int. Vtrum actus moraliter bonus possit esse indifferens ad meritorium, & demeritorium? Resp. affirmatiuè, quia potest dari actus, qui non habeat sufficientem, rationem boni pertinentem ad meritum, sicut est actus, qui habitualiter tantum refertur in Deum. *Scot. 2. sent. d. 40. q. vn. l. A. B.*

25 Int. Quando est actus indifferens quantum ad bonitatem, & malitiam meritoriam? Resp. tunc est, quando actus est bonus ex circumstantia, ad quam non inclinatur ex charitate, nam ille actus, si est malus ex circumstantia, est etiam malus demeritoriè, quia prima malitia infert secundam; si esto bonus ex circumstantia, & non est factus secundum inclinationem charitatis, tunc est bonus non meritoriè; & tunc sic

sic non est bonus, nec malus, sed neuter, quamuis sit bonus ex circumstantijs debitis. *Scot. 2. sent. dist. 7. q. vn. l. F.*

26 Int. Vtrum actus meritorius sit bonus ex fine? Resp. affirmatiuè, quia actus meritorius præsupponit bonitatem moralem cum omnibus circumstantijs, & ideo sufficit illa relatio debita ad finem vltimum, in quantum ille actus elicitur a charitate inclinante ad vltimum finem, indeque sit meritorius. *Scot. 2. sent. d. 7. quest. vn. l. F. & d. 40. q. vn. l. B. & d. 41. q. vn. l. A.*

27 Int. Quinam sunt actus imputabiles? Resp. actus imputabiles ad laudem, vel vituperium, primus est vt sit liberè productus à voluntate, secundus est actus virtuosus secundum virtutem moralem; tertius est charitatiuus, quartus est actus meritorius. Primus dicit respectum ad potentiam liberè elicientem actum; secundus addit respectum ad virtutem inclinantem, vel ad regulam virtutis, scilicet rationem, vt dictamen. Tertius dicit respectum ad charitatem, quartus dicit respectum ad voluntatem diuinam specialiter acceptantem. *Scot. 2. sent. d. 7. q. vn. l. E. & quolib. q. 17. l. P.*

28 Int. Vtrum actus indifferens siue neuter, dummodo sit in potestate agentis, sit imputabilis? Resp. affirmatiuè, quia quodam modo est vituperabilis, quia agens poterat ordinatè agere, quod non fecit; vel saltem non est laudabilis propter suum defectum, quia poterat laudabiliter egisse. *Scot. Quolib. q. 18. l. N.*

29 Int.

29 Int. Quot modis actus meritorius potest ex charitate referri in finem vltimum? Resp. tripliciter potest referri; primo actualiter, sicut cogitans actualiter de sine diligit, & vult aliquid propter illum: Secundo virtualiter, sicut quando ex dilectione, & cognitione Dei pertinente ad portionem Superiorem, tunc portio inferior considerat talem actum, puta, poenitentiae, esse assumendum, & postea illum exequitur volendo, sed non referendo illum actum in Deum, tunc enim Deus nec actualiter cognoscitur, nec diligitur. Tertiò habitualiter, vt est quilibet actus manens cum charitate, quæ est principium referendi in Deum, & tunc illi huiusmodi actus, cum sint referribiles, dicuntur referri habitualiter. *Scot. 2. sent. d. 41. q. 22. l. A.*

30 Int. Quot modis actus potest dici non referri? Resp. tripliciter potest non referri, primo negatiuè, & tunc est, quando actus non refertur, nec actualiter, nec virtualiter. Secundo priuatiuè, quatenus actus non est natus referri, quamuis sit cum charitate. Tertiò, contrariè, quatenus corrumpit principium referendi scilicet charitatem. *Scotus ibid. l. A.*

31 Int. Vtrum stante actum non referri, sit peccatum? Resp. quod stante actum non referri priuatiuè, tunc est peccatum veniale, quod potest stare cum charitate, & non esse referibile ad Deum cum charitate. Stante autem actum non referri contrariè, tunc est peccatum mortale, quod demeritoriè corrumpit charitatem, quæ est principium referendi; *stan-*

stante vero actum non referri negatiuè, id est nec actualiter, nec virtualiter, tunc non est peccatum mortale, quia ille actus potest stare cum charitate, quod repugnat peccato mortali, quod est corruptiuu charitatis: Nec est peccatum veniale, quia in tali actu est possibile nullam deordinationem reperiri, quæ sufficiat ad peccatum veniale, & sic est actus indifferens. *Scot. ibid. l. A. B.*

32 Int. Vtrum actus, qui refertur actualiter in finem, sit meritorius? Resp. affirmatiuè, quia tunc actus fit ex charitate, quod pariter dicendum est, si actus referatur in Deum virtualiter, quia ille actus est à charitate virtualiter. *Scot. ibid. l. A.*

33 Int. Vtrum actus, qui refertur in finem habitualiter tantum, sit meritorius? Resp. negatiuè, non est meritorius, neque demeritorius, sed indifferens: est cum charitate, ideo non est demeritorius; Non est meritorius, quia ad meritum requiritur relatio vel actualis, vel virtualis, quæ non est hic, & ideo est actus indifferens. *Scotus 1. sentent. dist. 41. quest. vn. l. B. C.*

34 Int. Vtrum quis teneatur referre semper actum suum in Deum? Resp. negatiuè, non enim tenetur ex necessitate propter peccatum mortale vitandum, nec propter vitandum peccatum veniale ad quod est minor necessitas, quia Deus non obligauit nos ad hoc, vt, vel actualiter, vel virtualiter semper referamus actus nostros in ipsum. *Scot. ibid. l. C.*

35 Int. Vtrum sicut datur actus indifferens, possit

fit dari habitus indifferens generatus ex pluribus actibus indifferentibus? Resp. affirmatiuè, qui habitus non inclinaret ad actus, neque. vt bonos, neque vt malos, sed ad actus indifferentes sicut ipse est habitus indifferens. *Scot. 2. sent. d. 41. quest. vn. l. D. & 4. sent. d. 6. q. 10. l. O.*

36 Int. Vtrum actus exterior habeat à se aliquam malitiam, vel bonitatem propriam, ultra illam, quam habet actus interior? Resp. affirmatiuè, & deducitur ex diuersitate præceptorum negatiuorum; aliud enim præceptum datum est contra actum interiorem, & aliud contra actum exteriorem; & licet actus exterior, quando est distinctus ab interiori, non habeat rationem voluntarij, nisi ponatur in esse per actum interiorem, qui est effectus propinquior, & immediatus voluntatis, quia elicitur à voluntate: tamen quando actus exterior coniungitur cum actu interiori, ex quo aliquo modo procedit, tunc ille actus exterior, vt distinctus, habet distinctam rationem voluntarij, quæ dicitur imperata, & mediata, & ideo distinctam habet bonitatem, vel malitiam. *Scotus Quol. 9. 18. l. E. c.*

37 Int. Vtrum actus exterior habeat aliam imputabilitatem ab illa, quam habet actus interior? Resp. affirmatiuè, accipiendo imputabile generaliter, quatenus non solum amplectitur, quod est immediate in voluntatis potestate, sed etiam, quod est mediatè, & per actum imperatum: nam ex distincta bonitate vel malitia, sequitur distincta imputabilitas; quam-

uis ambæ se habeant ad eundem terminum, scilicet, vel ad pœnam, vel ad gloriam, ad vituperium, vel ad laudem. *Scot. Quol. 9. 18. l. D. d.*

38 Int. Vtrum malitia actus exterioris addat ad malitiam actus interioris, quæ præfuit, sicut etiam bonitas actus moralis addat ad bonitatem alterius? Resp. affirmatiuè, alia enim est integritas vnius actus ab alterius integritate, & sic alia est carentia vnius à carentia alterius: Nam impossibile est conuenire actui exteriori, quod conuenit actui interiori; & si aliquo modo potest conuenire, est per solam denominationem extrinsecam. *Scotus ibidem l. Q. R. S.*

39 Int. Vtrum auersio actus interioris, & exterioris sit tantum vna? Resp. negatiuè, nam loquendo de auersione, quæ est actualis nolitio finis, quæ dicitur formalis auersio, & loquendo etiam de auersione, quæ dicitur virtualis, prout voluntas non respicit finem sed vult omnino aliquid inordinatum, & deordinans à fine, quod impedit consequutionem finis, hæc auersio est solum in voluntate; sed loquendo de auersione, prout est malitia quæcumque separans à fine efficaciter volendo, vel consequendo, tunc talis auersio potest esse in actu exteriori, & imperato, sicut iam dicta, duobus modis accepta in actu interiori, & elicto voluntatis, & sic non est tantum vnicuius actus interioris, & exterioris. *Scot. ibidem lit. C. c.*

40 Int. Vtrum voluntas creata possit peccare ex malitia, volendo malum sub ratione mali? Resp. prob-

blematicè, primo affirmatiuè, quia voluntas creata potest velle, quod non vult Deus, pura deformitatem peccati, in qua est malitia; similiter odium Dei cognitum ab intellectu non errante potest esse volitum à voluntate, quod est malum sub ratione mali. Similiter, qui potest velle malum ex sua libertate, sine occasione passionis, & erroris; nam peccando ex intrinseca passione, est peccatum ex infirmitate contra Patris potentiam; peccando vero ex errore est peccatum ex ignorantia, contra Sapientiam filij. Secundo potest responderi negatiuè quia nullus operatur ad malum aspiciens, dicit D. Dionys. & cum hoc etiam potest stare peccatum ex certa malitia, & est, quando voluntas ex se, sine passione in appetitu sensitivo, & sine errore in intellectu, peccat, sed ex pura sua libertate. *Scot. 2. sent. d. 43. q. 2. l. A. B.*

41. Int. Vtrum Deus possit facere voluntatem rationalem impeccabilem per naturalem? Resp. negatiuè, quia voluntas, quæ in appetendo actualiter non est satiata, nec quietata, nec potest, sibi dimissa, quietari, nisi in bono infinito, potest secundum se appetere aliud ab illo infinito, & sic tendere in aliud quod bonum apparet, & deficere in appetendo, Bene potest Deus per Donum suum supernaturale facere voluntatem humanam impeccabilem, per gratiam, idest, quod non peccet. *Scotus 2. sent. dist. 23. q. vn. l. D.*

22. Int. Quomodo imputatur peccatum voluntati creata? Resp. imputatur, non quia ipsa causet sub-

stra-

stratum peccati, vel quia per accidens causet defectum, sed quia voluntas creata tenetur agere rectè, & eum sit libera, agit nõ rectè, & hoc illi imputatur pro peccato. *Scot. 2. sent. d. 37. q. vn. l. 4. A.*

43. Int. Vtrum voluntas teneatur moderari intellectum? Resp. quod voluntas tenetur auertere intellectum ne speculetur speculabilia, circa quæ inclinatur, si speculatio sit peccatum materialiter intellectui, & formaliter voluntati. *Scot. 2. sent. dist. 6. q. 2. l. k.*

44. Int. Quid est portio superior? Resp. Portio superior est potentia, quæ intendit æternis, & superioribus contemplandis, ac vltimo fini, à quo accipit regulas agendorum. *Scotus 2. sentent. dist. 24. quest. vn. lit. B.*

45. Int. Quid est portio inferior? Resp. Portio inferior est potentia quæ intendit temporalibus agendis, secundum regulas æternas. *Scot. 2. sent. dist. 24. q. vn. lit. B.*

46. Int. Vtrum portio inferior, & superior sit alia ab intellectu, & voluntate? Resp. negatiuè, quia in qualibet istarum potentiarum est dandus portio superior, & inferior, superior respectu æternorum, & inferior respectu temporalium. Imago enim trinitatis consistit in illis tribus potentijs cum actibus suis secundum portionem superiorem, dicit D. August. hinc dicendum est in qualibet earum reperiri vtramque portionem. *Scotus ibid. l. B.*

47. Int. Vtrum portio inferior sit distincta poten-

M m m

tia

tia à portione superiori? Resp. negatiuè, tum quia vnica beatitudo est vtriusque portionis, quia meritum, per quod habetur beatitudo, est portionis inferioris, quæ pariter beatificatur eadem beatitudine, qua beatificatur portio superior. Tum quia habitus simplex non perficit duas potentias, sicut habetur de charitate, quæ perficit vtramque portionem, vnde deducitur esse vnica potentiam. Eadem enim voluntas cum eadem charitate diligit Deum, & proximum per duplicem portionem; neque quia Deus, & proximus sunt duo distincta obiecta, sequitur, quod exinde oritur distinctio potentiarum, & præcipue quando vnum obiectum potest considerari vt principium cognoscendi aliud, sicut est in casu istarum potentiarum. *Scot. ibid. l. B. C. F.*

48. Int. Vtrum deordinatio in portione superiori sit peccatum mortale? Resp. quod non semper est peccatum; Nam habens aliquem motum subreptiuum, & leuem de opinione aliqua circa Articulos fidei, habet deordinationem in portione superiori, & tamen non est peccatum mortale, licet peccatum grauius sit in portione superiori, quam in inferiori. *Scot. 2. sent. d. 21. q. 1. l. E.*

49. Int. Quid est intentio? Resp. Intentio est actus voluntatis liberè tendentis ad finem, quo actu voluntas non ducitur, sed se ducit ad finem. *Scot. 2. sent. d. 38. q. vn. l. A.*

50. Int. Vtrum in huiusmodi intentione includatur relatio vnus ad alterum? Resp. quod loquendo

de

de relatione, quæ est conferre per modum iudicij, talis non reperitur in intentione, quia sic est solius intellectus, loquendo verò proar includit vnum amabile ad aliud, sic relatio, seu referre, cum sit actus voluntatis, includitur in dicta intentione. *Scot. ibidem lit. D.*

51. Int. Quid est Sinderesis? Resp. Sinderesis est habitus principiorum; quo intellectus semper necessario tendit in actum iustum, & resistit peccato, quibus principijs per liberum arbitrium voluntas nata est concorditer velle. *Scot. 2. sent. dist. 39. quest. 1. lit. B.*

52. Int. Vtrū sinderesis sit remurmuratiua? Resp. est remurmuratiua offensiuè, quia ostendit bonum esse volendum, & in hoc est occasio remurmurandi contra malum, at non est remurmuratiua formaliter, & elicitiuè, quia sic pertinet ad voluntatem. *Scot. ibid. lit. B.*

53. Int. Quid est conscientia? Resp. Conscientia est habitus proprius conclusionis practicæ secundum cuius actum nata est conformari electio rectè in agendis, hinc dicitur stimulare ad bonum. *Scot. 2. sent. d. 39. q. 2. l. B.*

54. Int. Qui actus assignantur Conscientiæ? Resp. assignantur plures actus, vt testificari, accusare, iudicare, stimulare, & alij multi. *Scot. ibid. l. A.*


55. Int. Quomodo sinderesis, & conscientia possunt dici habitus boni, vel mali, cum bonitas, vel malitia pertineat ad voluntatem? Resp. quod tales,

&

& huiusmodi habitus intellectus practici dicuntur boni, vel mali propter convenientiam eorum ad voluntatem, sicut è conuerso, voluntas potest dici recta, vel curua propter convenientiam eius ad actum rectum, vel non rectum speculatiuum, cui est formaliter in intellectu. *Scot. 2. sentent. dist. 39. quasi. 2. lit. D.*

56 Int. Vtrum magis sciens sit magis conscientiatu-
tus? Resp. quod sicut simpliciter sciens scientia practica est conscientiatu, ita magis sciens practice est magis conscientiatu, non sciens tantum speculatiue. Vel potest dici, quod magis sciens est magis conscientiatu, quando est sciens actu, & habitus modo aliquis in passionibus existens est sciens habitu, non actu, & ideo non potest dici nec conscientiatu, nec magis, quia passiones vehementes tollunt liberum vsum talis habitus.

Scot. ibid. l. D.



DE
ORATIONIBVS
SANCTORUM

TIT. XXX.



Int. Vtrū beati possint cognoscere orationes, quas nos offerimus eis in terra? Resp. affirmatiue, dummodo reuelentur ab ipso Deo, quod congruum esse videtur, quia sic Beati sunt coadiutores Dei in procurando salutē electi eo modo, quo sibi potest competere. *Scot. 4. sent. d. 45. q. 4. l. D.*

2 Int. Vtrum Beati cognoscentes nostras orationes, vel sibi, vel Deo per merita ipsorum factas, orent pro nobis? Resp. loquendo de oratione mentali, quæ est desiderium oblatum Deo ea intentione, vt ab ipso habeatur optatum, & loquendo de oratione habituali, quæ est perpetua, & generalis pro omnibus electis, orant vtique pro electis, at loquendo de oratione actuali, quam habet sanctus aliquis, specialiter quando sibi reuelatur aliquem in terra ipsum inuocare, tunc similiter orat pro illo, & hoc rationabile.

se est, vt Beatus velit merita sua valere ad salutem illius, qui specialiter inuocat sibi per illa merita subuenire. *Scot. 4. sent. d. 45. q. 4. l. E.*

3 Int. Quid facit Beatus sic orando? Resp. tunc Beatus vult per sua merita, per quæ ipse summam perfectionem est adoptus, quod alius attingat eandem perfectionem, per suam orationem, ita vt tua merita non sibi soli sint propria, sed alijs etiam, de beneficio Dei acceptantis. Sicut patet in humanis de aliquo, qui iam peruenit ad summum gradum in curia Regis, qui deinde per aliquos obsequia vellet pro alio Regem orare. *Scot. ibid. l. F.*

4 Int. Vtrum sciant Beati Deum, velles eos potali in terra existente orare? Resp. quod Beati non sciunt neque Deum velle, neque Deum non velle, loquendo de salute finali illius, qui orat, ac pariter de exauditione orationis, quam tunc offert; Nam quatenus Deus reuelat Diuo Petro Riccardum nunc petere eleemosynam per Petri merita, non sequitur, quod etiam reuelat Riccardum esse saluandum, vel non saluandum, siue esse exaudiendum, vel non exaudiendum. *Scot. ibid. l. G.*

5 Int. Vtrum si Deus reuelaret Riccardum esse exaudiendum, vel non exaudiendum, esset frustratoria Beati oratio? Resp. negativè, quia sicut Deus vult. v. g. Joannem saluare, & exaudire, ita vult illum sic per determinata media saluare, vt per orationem talis Beati v. g. S. Ioseph. finem allequatur, & si Deus reuelaret D. Ioseph, quod Deus nollet ipsius

ora-

orationem exaudire, D. Ioseph, tunc non esset mediator orando. *Scot. ibid. l. G.*

6 Int. Si non reuelat Deus Beato, quod velit, nec quod nolit exaudire, quid dicendum? Resp. quod tunc Beatus orat expectans, vt orationem suam subsequatur determinata reuelatio exauditionis, vel saltem determinatus effectus exauditionis, quantum ad ipsum petentem. *Scot. 4. sent. d. 45. q. 4. l. G.*

7 Int. Quomodo hoc dicendum est, si Beati non merentur, cum sint in termino? Resp. quod sicut Beati impetrant alijs, & non sibi, orando, ita causant meritum, non sibi, sed alijs: Oratio enim Beatorum est dispositio de congruo, vt propter eam Deus concedat illud, quod impetrant illi, cui petunt, & tunc est meritum non Beatorum pro se, sed pro illo, cui redditur, quod huic merito, quali pro premio proximo correspondet.

Scot. ibid. l. K.

FINIS.





UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA